MANTISSA

IN

VOLUMEN PRIMUM

SYSTEMATIS VEGETABILIUM

CAROLI A LINNÉ

EX EDITIONE

JOAN. JAC. ROEMER M. D. etc.

ET

JOS. AUG. SCHULTES M. D. etc.

CURANTE

I. A. SCHULTES,

M. D. ET PROF. P. O.

Mo. Bot. Garden,
1893

STUTTGARDTIAE

SUMTIBUS J. G. COTTAE.

1822.

DIEDERICO. FRIDERICO. CAROLO.
DE. SCHLECHTENDAL.

EQVITI. ORDINIS. AQVILAE. RVBRAE. III. CLASSIS.
PRAESIDI. PRIMARIO. SVMMI. IVDICII.
PADERBORNENSIS.

SOC. NAT. CURIOS. BEROLIN. ET. WETTERAV. ACAD. CAES. LEOP.
CAROL. SOCIET. PHARMAC. GERMAN. BOR. ET. HIST. NAT. ARTISQVE.
MEDIC. AD. RHEN. INF. BONN. SODALI.

IN. TESSERAM.

REVERENTIAE. SVAE. GRATIQVE. ANIMI.

P. D. V.

I. A. SCHVLTES.

M. D. E. P. P. O.

Praefatio.

Antea, quam Classem VI. Systematis Vegetabilium typis mandarem, volumen ingens explentem, visum est potius vela dare et iterare cursus, quam ulteriora petere, speciesque novas, ab anno 1817, quô volumen primum Syst. Veg. editionis nostrae comparuit, repertas et descriptas, quatenus nobis saltem innotuissent, suis, ne obsolescant interea, locis inserere. Quod quidem jam prius a me factum fuisset, nisi duobus abhinc annis gravissimum, quod in patremfamiliae cadere poterit fatum, ut liberos meos matre, sic me omnibus fere viribus orbasset ita, ut nonnisi operibus aliorum edendis par essem, quorum alterum interea (*Flora capensis* illustrissimi Commendatoris de *Thunberg*) jamjam feliciter absolutum est.

Dum species, quae interea novae reperiebantur, suis locis insererem, jam olim cognitas non neglexi, synonymiam, si quae nova interea occurrebat, adjunxi, descriptionem passim uberiorem addidi, et, quae emendanda fuere, quatenus id potui, emendavi, in his plurimum adjutus a clarissimis viris: *Balbis*, specimini-bus inprimis ab indefesso *Bertero* in India occidentali lectis, *Bertolone*, *Besser*, *Dietrich*, *Dufour*, *van Hall*, *Ledebour*, *Lehmann*, *Marschall de Bieberstein*, *Martius*, *Moretti*, *Otto*, *Panzer*, *Reichenbach*, Max. *Römer*, *Roth*, de *Schlechtendal* (patre et filio) *Schrader*,

Schwaegrichen, Stokes, Weinmann, Wickström, tam speciminibus siccis et descriptionibus, quam operibus et excerptis e rarioribus libris; quibus publicas et sincerissimas hîc gratias agere, omni, quam viri optimi demerent, pietatis non tantum, sed officii primi est.

Si forte videar quibusdam prolixior in describendis speciebus, naturam potius et hodiernum scientiae statum, quam me carpant, qui, donec omnes in orbe terrarum nascentes species, ad sua genera rite relatas, ante oculos habuerit generum horum Monographus (e Monographiis enim scientiae salus omnis nunc pendet) historice potius quam dogmatice scientiam colendam esse semper ducam, ratus, dubiis potius quam commentis et effatis veritatem, si unquam, in lucem fore proditurum.

Quô facilius in Mantissis futuris classibus singulis in primo volumine contentis addenda suo loco inseri possint, singulae classi proprium paginae numerum adposuimus, sub quo dein suo tempore eidem adjungendae.

Landishuthi Bojorum
24. Junii 1822.

I. A. Schultes,
M. D. et Prof. p. o.

MANTISSA.

Classis I.

MONANDRIAE

GENERA.

Tomo. I. Pag. 1. post CANNAM inseratur:

1. a. CALATHEA.

Corollae limbus interior bifidus. *Anthera* simplex, *filamento* petaliformi latere adnata. *Stylus* petaliformis. *Stigma* obsolete trigonum. *Caps.* 3-locularis, 3-valvis. *Sem.* 3. *Meyer Essequebo p.* 6.

Perianthium commune polyphyllum, foliolis oppositis; *proprium* superum triphyllum. *Cor.* tubus oblongo-cylindricus compressus obliquus: limbus exterior 3-partitus, laciniis subaequalibus lineari-lanceolatis, interior laciniis oblongo-obovatis, obtusis, concavis. Ovarium conicum obsolete triquetrum. *Caps.* chartaceo-membranacea, trigona, calyce coronata. *Sem.* oblonga, obtusa, subtetragona. *Meyer l. c.* Familia SCITAMINEARUM.

Pag. 1. n. 2. MARANTAE adde:

Anthera irregulariter margini petali aut filamenti petaliformis ad dextram sinistramve adnata incrassato deorsum, quasi a filamento involuto, subinde etiam reapse sub anthera a petalo emergente. Caulis ramosus, saepe dichotomus. *Roscoe observ.* in *Roxb. Asiat. research.* XI. in *Jahrb. d. Bot.* I. 2. St. *p.* 61.

n. 3 THALIAE addatur:

Anthera medio filamenti proprii affixa, stylo brevi oppositi. *Stigma* irregulare, labiatum, rostrum cyathi referens. *Inflorescentia* terminalis in caule longo e centro foliorum. *Roscoe* l. c. in *Jahrb.* *Cal.* petaloideus, 6-partitus. *Caps.* 1-locularis s. nux putamine flexili. *Inflorescentia* panicula sparsa, floribus radicalibus s. terminalibus, solitariis geminisve in spatha bivalvi. *Nuttall gener.* 1. *p.* 4.

Pag. 1. n. 4. PHRYNIO addatur:

Anthera supra in filamento fortiter revoluto, quo erecto, dorsalis esset. *Stigma* infundibuliforme. Exscapum, flores e petiolo folii radicalis. *Roscoe l. c.*

Obs. MARANTA, THALIA, PHRYNIUM, genera affinia, conveniunt etiam seminibus albumine perforato ab embryone filiformi.

Pag. 4. n. 18. CERATANTHERA deleatur, est enim, fide *Link Enum. alt. p. 5.*, GLOBBA *marantina*, ad quam transferenda. Hujus generis loco substituatur:

n. 18 MANTISIA. *Anthera* duplex. *Filamentum* lineare, longissimum, apice bilobum, basi utrinque appendiculatum. *Inflorescentia* radicalis.

Sims Bot Mag. 1320. GLOBBA *Andr.*

Pag. 5. n. 23. HOPEA deleatur jubente *Roxburgh*; est enim eadem cum CANSCORA, ad quam releganda. Et hujus loco inseratur:

23. SCHWEIGGERIA.

Cal. corollinus triphyllus. *Cor.* tripetala, petalo tertio calcarato, duobus erectis cartilagineis. *Glandulae* 5 ovatae stamen columnare triquetrum circumstantes. *Anthera* unica. Nec pistilli nec fructus vestigium. *Spreng. N. Entd.* II. *p.* 107. An dioica? Familia vel IONIDIORUM vel GERANIORUM.

Pag. 5. n. 24. CUCULLARIAE addatur:

Obs. CUCULLARIA et QUALEA cum SALVERTIA apud *Aug. de St. Hilaire Mém. d. Mus.* VI. *p.* 253. familiam nunc propriam constituunt VOCHISIEARUM, et CUCULLARIAE character genericus reformatus: „*Cal.* coloratus, laciniâ superiore calcaratâ magnâ, quatuor minimis. *Pet.* 3, duobus lateralibus duplo minoribus. *Filamenta* 3 petalis oppositâ; intermedium fertile antherâ continuâ immobili apice cucullatâ; duo sterilia minima. *Stigma* terminale, obtusum." *Ibid. p.* 266.

24 a. SALVERTIA.

Cal. subaequalis. *Pet.* 5, superiora 2 angustiora. *Filamenta* 3 petalis inferioribus alterna; intermedium antheriferum, lateralia 2 sterilia, minima. *Stylus* clavatus. *Stigma* terminale, obtusum. *Aug. de St. Hilaire Mém. du Mus.* VI. *p.* 266.

Pag 5. n. 25. QUALEA. Addatur:

Obs. Character reformatus apud *Aug. de St. Hilaire* l. c. p. 265: „*Petalum* unicum. *Stamen* unicum alternum."

Pag. 6. n. 31. SALICORNIAE addatur:

Obs. Exc. *Marsch. a Bieberst. Suppl. Taur. Cauc. p.* 1. characte-

rem generis SALICORNIAE, species plerasque generis hujus sub HALOCNEMO collocans, sequentibus distinxit: „*Cal.* 1-phyllus utriculatus. *Cor.* o. *Sem.* 1, intra calycem persistentem.“ Calycem interdum deesse, et hujus loco occurrere involucrum laxum, subinde triphyllum *Link Jahrb.* 1. 2. *p.* 26, quo genus HALOCNEMI *M. a Bieberst.* confirmatur, tum ait l. c. p. 3.: „ob diversam perigonii structuram, ex legibus systematis, HALOCNEMUM a SALICORNIA: quamvis habitu simillimâ, genere separandum erat. Inflorescentia in HALOCNEMO, nec in SALICORNIA, vere amentacea: in hac, delapsis calycibus fructiferis persistunt rami foveolati, quibus flosculi innidulabant, in illo autem cum flosculis amenti squamae quoque defluunt, solâ rhachi filiformi demum superstite.“

Pag. 7. ante CORISPERMUM inseratur:

37 a. HALOCNEMUM. *Cal.* communis amenti squama: proprius 3-phyllus clausus. *Cor.* o. *Semen* 1, calyce persistente tectum. *Marsch. a Bieberst. Suppl. taur. cauc.* I. *p.* 3. Confer *Obs.* ad SALICORNIAM. *)

*) LOZANIAM ex *Flor. bogot. ex Semanario del nuevo reyno de Grenada*, novum hujus classis genus, omisimus, cum a clo *Sprengel* forte idem cum AGARDHIA in suis *Grundzügen* censetur in *Neu. Entd.* II. *p.* 303.

PSILURUM *Cav.*, (MONERMAM *monandram* s. NARDUM *aristatam Linn.*) quem *Trinius* Monandriae Digyniae inseruit, cum tot gramina passim monandra occurrant, haec inter in Diandria reliquimus.

MANTISSA.

Classis I.

MONANDRIAE

MONOGYNIAE

SPECIES.

Tom. I. Pag. 10. n. 1. CANNAE subscribatur:

Nota. **Species generis hujus in duas sectiones dividi posse:**

1. laciniis corollae lineari-lanceolatis, erectis, rubris vel rubro-flavoque variegatis. Huc: CANNA *indica*, *coccinea*, *lutea H. Kew.*, *patens H. Kew.* (cui flores ceteris majores, nectarii labellum inaequale, incisum, laciniae simile corollae, cum in *indica* integrum, spathulatum, reflexum: haec *patens* eadem cum *latifolia Sion-House*.)

2. laciniis corollae latis ovatis pallide flavis vel sulfureis. Huc CANNA *glauca*, *flaccida* (Cannacorus *Dillen. H. Eltham. t.* 59.) CANNAM *paniculatam*, *iridiflora*, *junceam* se non vidisse. *Roscoe Obs. in Roxb.* in *Link Jahrb.* 2. *p.* 59.

Pag. 11. n. 1. CANNAE *indicae* addatur synonymon:

C. foliis ovato-lanceolatis, laciniis limbi corollae interioris lanceolatis et bidentatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 1. et, hoc teste, Katubala *Rheede mal.* 11. *p.* 85. *t.* 43. *Cannacorus Rumph. amb.* 5. *p.* 177. *t.* 71. *f.* 2. *Roscoe Observ.* in *Roxb. monandr. asiat. Research.* in *Link. Jahrb.* 2. St. *p.* 60. (*Tratt. tabular. t.* 304. C. *variabilis Link Enum. alt.* I. *p.* 1.)

Obs. **Divus *Roxburgh* l. c. monet in utraque varietate (*rubra* et *flava*) partes corollae exacte similes esse; *luteam Rosc.* ergo, in qua limbus interior corollae bifidus, differre necesse. *Roscoe* l. c. in C. *indica* iterum „nectarii labium integrum, spathulatum, reflexum“ petit; clo *Link* CANNA *indica Ruiz* et *Pav.*, a pluribus huc tanquam synonymon ducta, excludenda, est enim C. *Lamberti Bellend.***

Pag. 11 n. 2. CANNA *coccinea*. Expungatur hic synonymon CANNAE *rubrae*, quae species propria, monente *Link*, sic exponenda:

2. CANNA *rubra*, calycis foliolis oblongis obtusis, corollâ sexpartitâ, foliis ovato-oblongis utrinque acutis cordatis. *Willd. Enum.* I. *p.* 1. *Mag. Gesellsch. naturf. Fr. Berl.* 1808. *p.* 169. *Link Jahrb.* I. 3. *H. p.* 19. *Ejusd. Enum. alt.* I. *p.* 1. *n.* 2. (CANNACORUS *ovatus Mönch?*)

Huic subscribatur adumbratio *Willdenowiana* in *S. V. edit. nostr.* p. 11 *coccineae* addita: „Varietas duplex" etc. Cor. coccinea. CANNA *coccinea* vero exponatur sic:

3. C. *coccinea Ait.*, foliis sessilibus lanceolatis, corollae limbo interiore quadripartito, labello integro reflexo. *Link Jahrb.* I. *B.* 3. *H. p.* 19. *Ejusd. Enum. alt.* I. *p.* 1. *n.* 3. et, hoc teste: C. *coccinea Ait. Kew.* I. *p.* 1. *Roscoe Linn. Trans.* 8. *p.* 338. *Röm.* et *Schult.* S. V. I. *p.* 11. *n.* 2. (excl. synon. *rubrae.*) C. *indica Curt. Bot. mag. t.* 45[illegible]. C. *crocea Röm.* et *Schult. l. c. n.* 3. (quae ergo delenda sub n 3.)

Corolla a clo *Link* l. c. 4 partita dicitur, cum labellum illi lacinia corollae interioris, nec nectarium. „Cor. coccinea, subtus labelloque flava, rubro maculata. Mirum div. *Willdenow* speciei hujus in hortis vulgaris nec meminisse in *Enumeratione*, nec specimen asservasse in *Herbario* suo; occurrere hanc speciem in hortis passim nomine C. *angustifoliae*, et C. *angustifoliam Linn.*, quae clo *Salisbury*, fide *Herbar. Linnaeani* varietas C. *indicae*, fors hujus esse loci, haud vero *Synonymon Pisonis* s. *Marcgrav.*, quae species propria, tubo corollae longissimo distincta, quam Com. a *Hoffmannsegg* e Brasilia tulit." *Link* l. c. qui staturam humiliorem notavit.

Obs. Cls. *Bertoloni*, qui CANNAM *coccineam* non reformatam admisit, hujus distinguit varietatem δ, quae illi: CANNA *coccinea* δ., corollae laciniis interioribus binis, undique viride coccineis, labello apice coccineo, basi luteo, maculisque coccineis, variegato, rhachi trigonâ. *Bertolon. Plant. del Brasil. p.* 1. *n.* 1. *Opuscol. scientif. di Bologn.* 3. *p.* 405.

Cal. foliolis 3 inaequalibus obtusis strictis striatis margine albidis. Corollae laciniae 3 exteriores germine duplo longiores, inaequales, ex albo rubidae, apice viridi-albidae; laciniae interiores 2 erectae inaequales oblongo-spathulatae emarginatae aut erosae, totae a calce ad verticem viridi-coccineae; labellum revolutum basin versus canaliculatum ibique luteum, maculis coccineis intermixtis, exteriora versus totum viride coccineum. Filamentum petaloideum rubrum. Stylus linearis-spathulatus crassus rubens nitidus. Reliqua speciei. In Brasilia. *Bertolon. in litt.* An haec illa, de qua cls. *Link* in *Jahrb. d. Gewächsk.* I. 1. H. p. 184. CANNA *brasiliensis*, foliis petiolatis ovatis, corollae limbo interiore tripartito, laciniâ infimâ reflexâ, cui caulis 4-5 ped.,

folia fere 1 1/2 ped., per petiolum decurrentia ut in C. *patente* et *chinensi*, flores flavi lineolis rubris interruptis? In *Jahrb.* 3. H. vero, ubi Scitamineas *Horti r. Berol.* enumerat, hujus nulla amplius fit mentio, nec in *Enum. alt.* CANNAE *coccineae* subjungatur:

3 a. CANNA *Lamberti Bellend. Ker.*; foliis glabris; corollae laciniis interioribus ternis: labello oblongo, patentiusculo, integro. *Bot. Reg. n.* 470. C. *indica Ruiz et Pav.*

In Trinidad.

Pag. 12. n. 4. CANNAE *giganteae Desfont.* addantur synonyma: *Bot. Reg. t.* 206. *Link Enum. alt.* I. *p.* 1. *Jahrb.* I. 3. *H. p.* 20., et, hoc teste: C. *iridiflora Willd. Enum. Suppl.* 1. (utrum vero C. *iridiflora Ruiz et Pav.* ed. nostr. S. V. n. 7, silet.)

Obs. CANNA *neglecta Weinm.*; corollae limbo interiore quadrifido; laciniis oblongis, subspathulatis, apice repandis; foliis oblongis acuminatis. *Weinmann* in *Bot. Zeit.* 1820. *p.* 607. hujus videtur loci. Caulis 6 ped., compressus, crassus. Folia 1 1/2 ped. et ultra, 8 poll. lata, nervosa. Petioli canaliculati. Flores paniculati geminati. Rhachis acute trigona. Flos alter pedicello fere 1/2 poll., alter fere sessilis. Bracteae 2 inaequales ad basin pedicellorum. Calycis foliola 3 inaequalia, 1/2 poll. et ultra, viridi-albescentia, canaliculata. Corolla tota croceo-miniata, 4-poll., segmenta 3 exteriora 1 1/2 poll., acuminata, involuta, interdum reflexa, 4 interiora obtusa, apice inflexa, excavata. Filamentum polymorphum. Stylus claviformis. Capsula? Nomine HELICONIAE *psittacorum* ex Anglia missa. *Weinm.* l. c. Tulimus quoque nomine C. *punctatae*.

5. CANNAE *patenti* addantur synonyma:
Roscoe Jahrb. d. Bot. 1. *B.* 2 *St. p.* 59. *Link Enum. alt.* 1. *p.* 1.

Folia petiolata ovata, *Link.* Nectarii labium irregulare, incisum, laciniam corollae referens. *Roscoe.*

5 a. CANNA *rubricaulis Hort. Breit.*; foliis sessilibus, ovatis, subtus in vaginis nervisque ruberrimis; corollâ rubrâ: limbo interiore quadripartito (cum labello). *Link Enum. alt.* I. *p.* 1. *n.* 6. *Hort. Breit.* 68. *Wendland?*

6. CANNAE *luteae* addantur synonyma:
Bot. Mag. t. 2085. *Link Enum. alt.* I. *p.* 2. n. 7.

Folia sessilia, ovalia. Cor. lutea, maculis coccineis, limbo interiore tripartito (cum lab.) *Link. Hab?*

Pag. 13. n. 7. CANNAE *iridiflorae* addatur cum? synonymon:
C. floribus nutantibus; laciniis interioribus emarginatis; filamento revoluto; nectario bifido. *Sims Bot. Mag.* 1968.

Species omnium pulcherrima. Folia magna, speciosa. Racemi longi, plerumque gemini. Flores penduli. Tubus corollae

triplo longior (bipollicaris): laciniae 3 exteriores angustae, convolutae, interiores magnae, patentes, emarginatae elegan-ter kermesinae. Filamentum petaliforme supra antheram con-tinuatum; nectarium vel lacinia interior quartâ paulo majus, bifidum. *Sims.* *Habitat?* An potius ad *giganteam?*

n. 10. CANNAE *glaucae* addatur synonymon:
Link Enum. alt. 7. I. *p* 2. *n.* 8.

Folia sessilia. Cor. flava, limbus interior 4-partius (cum lab.) *Link.* CANNA illa *flava Mich.*, de qua ill. *Lamarck* in *Obs. nostr.* l. c., ad *flaccidam* spectat, super qua confer *Link* l. c. n. 9.

Obs. Colantur in *H Berolin.* CANNA *latifolia*, (an *latifolia Mill.?*) *polymorpha*, *speciosa*, *sanguinea*, *HH. Angl.*, quae nondum floruere.

Pag. 13. post CANNIS inseratur:

1a. CALATHEA.

1. C. *discolor Meyer*; foliis oblongis, pruinosis; bracteis spicularum obcordatis. *Meyer Essequeb. p.* 7. MARANTA *Cassupo Jacq. Fragm. f.* 4. *p.* 51. *t.* 63. *f.* 4.

„Herbacea 12-14 ped. Folia radicalia?, caulina longe petiolata obtusa, 2-5-ped., integerrima, venis parallelis approximatis, supra pulchre viridia, subtus incano-pruinosa. Petioli cana liculati, basi dilatati, amplexicaules. Pedunculi 5-7 e geni-culis caulis plerumque in ejus apice flabellatim rhachi brevis-simae insidentes, dodrantales, latere interiori canaliculati, glabri. Spatha universalis coriacea, pedunculos aequans, li-neari-oblonga, concava. Spathae partiales cuique pedunculo duae: exteriores omnes universali incumbentes, eâdem formâ, sed duplo minores; interiores exterioribus oppositae, cum pedunculis alternantes, singulae pedunculos singulos amplec-tentes, submembranaceae, exterioribus paulo longiores, ob-longae, obtusae, concavae, dorso bicarinatae, carinis alato-marginatis, pilis rigidiusculis. Flores ad apices pedunculo-rum in spica conica 4-6 poll., e spiculis alternis approxim atis. Spiculae ovatae 9-12-florae, externe inclusae bracteâ coriaceâ, subrotundo-obcordatâ, acumine brevi, 1 1/2 poll. longâ latâ-que, fusco-purpureâ, spiculam alteram oppositam semiam-plectente. Flores sessiles „(supra in pedunculis dodrantali-bus?)“ imbricati involucro polyphyllo, bracteâ breviore, in-carnato, cujus foliola exteriora oblongo subrotunda, obtusa, glabra, interiora bicarinata, apice truncata, saepe 2 3 den-tata, dorso pilosa, flores imbricatim tegentia. Calycis foliola lineari lanceolata, diaphana, albida Corollae laciniae exte-riores acuminatae sordide virentes, interiores crenulatae lu-teae.“ *Meyer* l. c. qui fructum etiam uberrime descripsit. *In sylvaticis circa Arowabischkreek.* 24.

Obs. Generi huic, praeter speciem fusius descriptam, adnumerantur a clo *Meyer* l. c.

2. CALATHEA *Caeupito.* MARANTA *Caeupito Jacq. fragm.* 4. *p.* 51. *t.* 64. *f.* 3. *S. V. ed. nostrae* p. 17. n. 15.

3. CALATHEA *lutea*. MARANTA *lutea Lam. ill.* 1. *p.* 9. *n.* 21. *Enc meth.* II. *p.* 590. *S. V. ed. nostr.* p. 558. n. 4. M. *distícha Buchoz?*

4. CALATHEA *juncea*. MARANTA *juncea. Lam. Enc. meth p.* 589. fere. MARANTA *Arouma. S. V. ed. nostrae. p.* 14. *n.* 5. quae ergo huc cum diagnosibus et adumbrationibus suis transferendae.

n. 2. MARANTA.

Pag. 14. n. 1. MARANTAE *arundinaceae* addantur synonyma:

M. culmo ramoso; foliis ovato-oblongis, acuminatis, subtus pubescentibus; floribus paniculatis; pedunculis bifloris. *Meyer Essequebo p.* 11. *Link Enum. alt.* I. *p.* 2.

Germen glabriusculum. *Link.* „Caulis plus minus pilosus. Flores laxe paniculati, partim laterales sessiles, partim in apice paniculae ramorum gemini, pedicello altero 1/2 poll., altero quadruplo breviore. Caps. baccata, calyce coronata, trigona, trisulca. Semen oblongum trigonum, basi apiceque gibbum, fuscum, nitidum.“ *Meyer* l. c.

Obs. Hasce M. *arundinaceae*,

M. *indica Tussac*, (quae GALANGA *indica Poir. Enc. meth. Suppl. V. p.* 686.)

M. *Tonchat*, quamvis fructus ex descriptione *Rumphii* paululum discrepet, *Meyer* et *Humb. Bonpl.* (fide *Link Enum. alt.* I. p. 2.

M. *Jacquini* M *lutea Jacq*) ut videtur, quamvis fructus descriptio cum icone collata, non omnino clara, genuinae elo *Meyer* MARANTAE videntur.

M *capitata Huiz et Pav.* vero, et

M. *lateralis Eorum d. Fl. peruv.* I. *p.* 3. 4. *t.* 8. generi MARANTAE alienissimae.

M. *obliqua Rudge* et

M. *gracilis Rudge Guj.* I. p. 8. t. 2. 3. dubii generis, ob corollae limbum interiorem bifidum, et fructuum descriptionem deficientem. Filamentum omnino MARANTAE. *Meyer Essequeb. p.* 11.

1 a. MARANTA *gibba H. Liverpool*; caule ramoso; foliis oblongo-seu ovato-lanceolatis, pubescentibus; germinibus hirsutissimis. *Link Jahrb.* I. 3. *H. p.* 20. *Ejusd. Enum. alt* I. *p.* 2. *n.* 2.

Similis M. *arundinaceae*, floribus etiam albis. *Link* l. c.

Habitat?

Pag. 14 et 558. n. 4. MARANTA *lutea* deleatur, et subscribatur CALATHEAE *luteae*.

n. 6. MARANTA *arouma*. Confer sequentem *petiolatam*.

n. 10. MARANTA *allonia* nobis etiam nomine *semperflorentis* venit.

Pag 16. n. 12. MARANTA *petiolata* deleatur; est eadem planta, quae M. *Arouma*, cui majore jure nomen M. *junceae* tribuendum; et CALATHEA *juncea*.

Obs. „Cls. *Rudge* M. *petiolatam* in *Plant. Guj.* I. p. 25. t. 37.

uti novam delineans et describens valde erravit, apicem caulis inferne aphylli, 10-ped., folia floresque in vertice gerentem, totam stirpem esse ratus; unde folia caulina pro foliis radicalibus describit, plantam acaulem opinatus. *Plumier* et *Jacquin* flores 5-partitos indicant; *Rudge* 6 partitos, quia filamentum petaloideum pro corollae lacinia habuit. *Meyer. Essequebo p.* 10.

Pag. 16 n. 13 a. MARANTIS addantur:

M. *zebrina Sims;* acaulis; spicâ ovatô-compactâ; spathi obtusissimis, imbricatis, multifloris; foliis ellipticis, acuminatis, striatis. *Sims Bot. Mag.* 1926. *Bot. Reg. t.* 185. *Link Enum. alt.* I. *p.* 2. *n.* 13.

Scapus radicalis brevis, petiolo vaginante folii junioris involutus Folia transverse et oblique striata, supra lacte viridia, subtus caerulescenti purpurea, 1/2 ped. 3-4 poll. lata. Petioli purpurei. Spica florida, subrotunda; bracteae exteriores rigidae, alias plures oblongas, tenellas, purpureas, bifloras includentes. Calyx laciniis 3 distinctis, ovatis, concavis, petaloideis, pallide violaceis. Tubus corollae filiformis, longitudine calycis; limbi laciniae exteriores subaequales, saturate violaceae, interiores inaequales, albidae purpurâ tinctae. Floribus primum expansis lacinia major columnam pilei adinstar tegit, et appendice polliciformi, postea reflexo, filamentum amplectitur: laciniae 2 reliquae angustissimae. Stylus columna crassa, subincurva, extremitate bilobâ, malleiformi; laciniâ suporiore obtusâ, rotundatâ, inferiore concavâ. *Sims. In Brasilia.* 2.

13 b. M. *pilosa Humb.* et *Bonpl.;* caule ramoso, pubescente, ad geniculos hirto; foliis lanceolatis, petiolatis, glabris, basi rhombeis; floribus pedicellatis; germinibus subtomentosis. *Link Jahrb.* 1. 3. *H. p.* 20.

MARANTAM certe esse, quatenus licuit flores evolvere; in *nov. gener.* non descriptam fuisse; occurrere quoque in *Herbario* nomine THALIAE *racemosae* e *Caripe; Link l. c. In montibas Quindiu.* 2.

Pag. 16. n. 16. MARANTA *Casupo* deleatur hic, et subscribatur CALATHEAE *discolori.*

Pag. 17. n. 17. (sphalmate 15.) MARANTA *Casupito* deleatur hic et subscribatur CALATHEAE *Casupito.*

n. 3. THALIA.

Pag. 17. n. 1. THALIAE *geniculatae* addatur synonymon:
MARANTA *geniculata* incerti auctoris apud *Steudel Nomencl. p.* 509.

n. 3. THALIA.

Pag. 18. n. 2. et 559. n. 2. THALIAE *dealbatae* addantur synonyma:
Pursh Fl. Amer. bor. II. *p.* 677. *Nuttall gener.*

I. *p.* 1. *Link Jahrb.* I. 1. *p.* 185. 3. *p.* 21. *Enum. alt.* I. *p.* 2. (PERONIA *stricta Decand.* et *S. V. ed. nostr.* I. *p.* 18. hujus quoque videtur loci clo *Poiret* in *Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 294.)

Cal. epigynus 3-phyllus. Cor. limbus exterior 3-partitus, laciniis lanceolatis, interior 4 partitus, laciniâ superiore breviore concavâ latissimâ, lateralibus oblongis, infimâ longissimâ concavâ. Filamentum filiforme; anthera ad apicem margine membranacea simplex. Stylus incurvus; stigma infundibuliforme cinctum membranâ inflexâ. Folia radicalia petiolis 4-5 pedum, oblonga, 1/2 — 3/4 ped., apice convoluta, pruinâ spatharum albâ. *Link* l. c.

Obs. Divum *Willdenow* characterem suae *cannaeformis* ex planta longe alia, THALIA *dichotoma Roxb.*, serius ab ipso *Roxburgh* PHRYNIUM *dichotomum* dicta, desumsisse, quam *Roxburgh* MARANTAM *Tonchat Willd.* credidit, et THALIAM *cannaeformem Forst.*; huic demum junxisse similem plantam in *Sime's Ambassy*: THALIAM *cannaeformem Willd.* ergo esse PHRYNIUM *dichotomum Roxb.*, quod nunquam in H. *Berol.*; *Link*, l. c. qui tres adhuc asservari in *Herbar. Willdenow.* species *Humboldtianas* in *nov. gen.* non descriptas, quarum altera

THALIA *pubescens* sine floribus; altera

THALIA *nemorosa*, habitu ALPINIAE *racemosae*, tertia, nomine *Alpiniae latifoliae* in *Herb. Willd.*, est

THALIA *latifolia*, spicâ (ut videtur) radicali, foliis late ovato-oblongis pilosiusculis margine ciliatis, spicae bracteis rotundato retusis.

Quid THALIA *sylvestris Willd. Herb. e Humb. et Bonpl.* apud *Steudel Nomencl.*?

n. 4. PHRYNIUM. *)

Pag. 18. et 559. n. 1. PHRYNIO dichotomo addatur synonymon: *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 2. (THALIA *dealbata Hortus.* THALIA *dichotoma Roxb.* in *Herb. Willd.*)

---

*) PHRYNIUM *dichotomum* et *virgatum* vix hujus esse generis ob habitum omnino diversum —; MARANTAM, THALIAM, PHRYNIUM esse genera proxime affinia, in quibus seminis nuciformis albumen embryone filiformi perforatum. In MARANTA Anthera irregulariter margini petali vel filamenti petaliformis nunc dextro nunc sinistro affixa, margo semper subtus incrassatus quasi filamento incluso, quod subinde specie fili libere sub anthera emergit e petalo. In THALIA anthera in medio filamenti proprii a contrario styli brevis, terminati stigmate irregulari labiato, rostrato, ab omnibus generibus diverso. In PHRYNIO anthera ad apicem filamenti incurvi ita, ut dorso infixa videretur, si erectum esset: stigma infundibuliforme ut in plerisque *Scitamineis*. Habitus aeque ac characteres hi generici diversus: *Maranta* caule ramoso saepe dichotomo; *Thalia* floribus terminalibus in caule praelongo medio folioso; *Phrynium* acaule, floribus e petiolo folii floralis. *Roscoe Obs.* in *Roxburgh* apud *Link Jahrb.* 2. p. 61.

Rad. ramosa, lignosa. Caules recti, attenuati, crassitie pollicis, 3-5 ped., nitide virens. Rami numerosi, dichotomi, undique patentes, glabri, articulati ad singulam bifurcationem. Folia alterna, glabra, ovato-cordata integerrima, acuta, 4-8 poll., venis numerosis, tenuibus, parallelis. Petioli, praeter 1/10 longitudinis suae ad apicem, ubi teretes, vaginantes. Racemus terminalis, plerumque solitarius, articulatus, subflexuosus. Bracteae glumaceae per paria ad articulos racemi pedicellum bilorum amplexantes. Flores alterni, magni, candidi. Pedicelli clavati, crassi, albi, carnosi, apice bipartiti, divisionibus inaequalibus, glandulis 2 ad apicem instar rudimenti florum. Cal. e foliolis 3 oblongo-conicis, attenuato-acuminatis, tubo corollae multo brevioribus. Cor. tubo infundibuliformi: limbus exterior laciniis 3 aequalibus, linearioblongis, recurvis; interior multum elevatus in continuatione tubi, laciniis 5, maxime inaequalibus: exterioribus 2 majoribus, obcordatis, undulatis, expansis, tertiâ s. mediâ a regione earumdem latâ, obcordatâ, profunde emarginatâ, intus ad basin corpusculo semilunari antheram inter et stigma prominente; interioribus 2 parvis, faucem tubi claudentibus, stigma arcte cingentibus et antheram. Filamentum breve, margini laciniae minimae limbi interioris corollae affixum. Antherae erecta, simplex, ovato-oblonga, polline, ut in *capitato*, granis magnis, rotundis. Germen villosum. Stylus tubo adnatus, nec, nisi supra faucem, manifestus, ubi dilatatur in stigma chamatum, margine calloso, lobato cinctum, antherae oblique adversum. Caps. late turbinata, magnitudine cerasi, rugosa, subtriloba, apice dehiscens. Semen solitarium, globosum, arillo partiali, squamoso. Integumentum externum molle, spongiosum, internum naciforme. Perisperma corneum, caeruleum. *Roxb.* l. c. *In Bengalia et variis Indiae locis.* 4.

Pag. 18. et 559. n. 2. PHRYNIO *virgato* addatur synonymon:

PH. caulibus simplicibus; foliis bifariis, lanceolatis; spicis terminalibus, filiformibus, compositis. *Roxb. Fl. ind.* ed. *Carey* et *Wall.* p. 4. n. 2.

Rad. crassa tenax incurva, rhizomate horizontali, fibris numerosis crassis, inodora. Caules erecti, tenues, articulis 2 inferioribus tumidis, tecti vaginis foliorum, fistulosi, majores basi crassitie baculi, apice calami scriptorii. Folia ad vaginam breviter petiolata, vaginis petiolisque extus glabris, intus pilis aliquot longis raris. Spicae 2, rarius 3, vel trifidae, saepius pedales, articulatae, pedunculo bifloro ad articulum singulum. Bracteae 2-3 ad divisionem singulam, pedunculos amplexantes, magnitudine variae, ensiformes, canaliculatae. Cal. e foliolis 3 acutis parvis distinctis conicis. Cor. tubo brevi; limbus exterior laciniis 3 subaequalibus oblongis reflexis, intus 2 inaequalibus latioribus, alterâ obcordatâ, alterâ obovatâ; interior laciniis 3 angustioribus, quarum 2 longiores pileos efformant margine flavo cinctos antheram et stigma obtegentes. Filamentum intra lacinias 2 interiores insertum, erectum. Antherae uniloculares, ovatae.

Germen pilosum. Stylus tubo adnatus, uncinatus. Stigma infundibuliforme. Capsula oblongo-ovata, magnitudine fabae, rugosa, matura pallide flava, dissepimentis oppositis. Semen solitarium oblongum in loculo singulo, arillo parvo lobato circa umbilicum ad basin seminis. Integumenta exterius fuscum, nitens, interius membranaceum. Perispermium ut in P *capitato*, materiâ fuscâ a basi ad curvaturam embryonis excurrente. *Roxb.* l. c., qui minime esse confundendum cum ALPINIA *Cardarmomo* sua. *In Malabaria, unde pro* CARDAMOMO *missa ad div. Anderson.* 4.

Huic subjungantur:

3. PHRYNIUM *spicatum Roxb.*; acaule; foliis radicalibus, (sub) bifariis, oblongis; spicis radicalibus, petiolo breviore, subcylindricis, bifariam imbricatis. *Roxb. Fl. ind.* ed. *Carey* et *Wall. p.* 5. *n.* 3.

Rad. flexuosa, horizontalis, profunde sub terra repens, crassitie *Calami Rotang*, fibris numerosis e rhizomate, undique sparsis. Petioli vaginantes ad pollices 6-12 coadunati, ut, tanquam in *Curcumis*, unicum sistere videantur. Folia in cespitibus radicalibus parvis 3 4, petiolata, lineari-oblonga, basi lata, rotundata, apice attenuata, acuta, utrinque glabra, subhorizontalia, 6-10 poll. longa, 2 3 lata. Petiolus exterior vaginans, supra convexus, glaber, interiores petioli (1-2) vaginâ destituti, teretes, glabri, 6-12 poll., i. e. altitudine fere plantae. Spicae solitariae in centro petiolorum, vel laterales ad eorumdem basin, breviter pedunculatae, acutae, apice parum supra humum elevatae, bracteis vaginisve 4 8 alternis bifariis: bracteâ singulâ spiculam e floribus 8 10 geminatim sessilibus parvis albicantibus, a basi inflorescentibus, intus amplexante. Rhachis flexuosa, glabra. Bractea exterior sive communis ad articulum singulum spicae, subteres, vaginans, glabra, obtusiuscula; interior seu propria ad par singulum florum. Cal. foliolis 3 lanceolatis glabris. Cor tubo longo, tenui, glabro. Limbus exterior corollae laciniis 3 reflexis oblongis obtusis, quas intra 2 latiores, rotundato obovatae, erectae, crispatulae; interior, s. nectarium, parva, et, ut in speciebus reliquis, inaequaliter triloba. Anthera unilocularis, margini interiori corollae affixa. Stylus tubo corollae adnatus Stigma uncinatum, crassum, carnosum. Caps.? *Roxb.* l. c. *In Pegu, unde ad H. B Calcutt. missa a D. Felix Carey.* 4.

4. PHRYNIUM *imbricatum Roxb.*; acaule; foliis radicalibus; spicis simplicibus, petiolaribus, solitariis, breviter pedunculatis; bracteis imbricatis, truncatis, multi-dentatis. *Roxb. Flor. ind. ed. Carey* et *Wall.* I. *p.* 6. *n.* 4.

Rad. tuberosa. Folia oblonga lateque lanceolata, utrinque attenuata, glabra, integerrima, tenuiter acuminata, 12-24 poll., 4 8 lata. Petioli foliis longiores, teretes, glabri, floriferi medio articulo piloso, unde sursum versus rima ad pollices 2-3 protensa pro spica, marginibus tenuibus pilosis. Spica pedunculo brevi, lineari-oblonga, 3-4 poll., imbricata.

Bractea exterior ovata; apice transverso, glabra, singula amplectens flores plures pallidos, rubrofuscescentes, parvos; interior parva, membranacea. Cal. cor. stamen ut in *parviflora*. Stylus tubo corollae adnatus, apice libero, crasso, hamato. Stigma oblique hians versus antheram. Caps. oblonga, magnitudine fabae majoris, rugosa, apice hians. Semina sessilia in arillo partiali, tunicâ exteriore durâ, fuscâ, politâ. *Roxb. l. c.* *In Chittagong.* ♃

5. PHRYNIUM *parviflorum Roxb.*; acaule; foliis radicalibus; capitulis florum petiolaribus; bracteis acutis. *Roxb. Fl. ind. ed. Carey* et *Wall.* I. *p.* 7. *n.* 5.

Rad tuberosa, horizontalis, pilosa, caeterum ut in *capitato*. Folia longe petiolata, elliptico-ovata, nitida, integerrima, brevia, acuta. Capitula florum subglobosa, sessilia, e parte petiolorum internâ circa medium eorumdem emersa, spicis pluribus imbricatis, sessilibus, distichis, compactis, simplicibus compositisve. Bracteae 2 exteriores late ovatae, capitulo communes: interiores minores: omnes glabrae, acumine rigido brevi acuto terminatae. Flores parvi, fere inconspicui, flavi, per paria dispositi. Cal. Cor. Stamen ut in *capitato*. Germen breviter pedicellatum, glabrum, ad insertionem calycis tantum pilosum, triloculare, unico tantum loculo fertili, cum in *capitato* loculamentum singulum suo semine gaudeat. Stylus ut in reliquis speciebus, apice liber, uncinatus. Stigma infundibuliforme. *Roxb. l. c.* *In regione orientali Bengaliae.* ♃

6. PHRYNIUM *capitatum Willd.*; acaule; foliis radicalibus, longe petiolatis, oblongis; capitulis florum petiolaribus et terminalibus, glomeratis; bracteis truncatis incurvatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 7. et, hoc teste, *Willd. Spec.* I. *p.* 17. (*S. V.* ed. nostrae *p.* 560. *n.* 3., quam confer) PHYLLODES *Placentaria Lour. Cochin.* 16. 17. Naru-Killa *Rheede Mal.* XI. *p.* 67. *t.* 34. (at silet de PONTEDERIA *ovata Linn.*!)

Rad. tuberosa, ut in *Zingibere*, fibris longis, carnosis. Folia radicalia integerrima, utrinque glabra, 6-18 poll., venis numerosis, tenuibus, parallelis. Petioli foliis longiores, teretes, glabri, parum attenuati, basi subvaginantes, floriferi supra medium articulati, incrassati, unde flores, ut in PONTEDERIIS indicis, interdum non ultra tumorem huncce extensi. Flores numerosi, in capitulo sat magno sessiles, parvi, fereque absconditi in bracteis magnis, rosei sub Auroram, vespere purpurei. Bracteae (calyx *Lour.*) plures, collectentes flores parvos sessiles in fasciculorum paria 2-4, successive florentes: exterior fasciculi singuli major, subcylindrica, firma, rubella, apice truncata, margine incurva, scariosa: reliquae minores, plus minus acutae. Cal. foliolis 3 ensiformibus, longitudine tubi corollae, apice pilosa. Cor. tubus infundibuliformis vix perforatus, limbo exteriore laciniis 3 aequalibus, purpureis, spathulatis, recurvis; interiore in con-

tinuatione tubi magis elevato, laciniis 5 inaequalibus: 2 exteriores majores rotundae crispae, interior parva, alae adinstar per filamentum decurrens. Filamentum breve, fauci tubi insertum. Anthera simplex polline albo, magno, sphaerico. Germen oblongum, brevissime pedicellatum, pilosum. Stigma magnum, ad antheram obliquum. Caps. brevis, turbinata, 3-gona, sat glabra, magnitudine baccae Grossulariae, apice dehiscens. Sem. solitarium, subglobosum, glabrum, profunde griseum in arillo parvo squamiformi. Integumentum exterius spongiosum, interius tenue, durum. Perisperma corneum, caerulescens. *Roxb.* l. c. *In Chittagong et aliis Indiae partibus.* 4.

n. 6. PERONIA.

Pag. 18. n. 6. PERONIA *stricta Laroche* in *Redonté* l. c. clo *Poiret* eadem omnino videtur cum THALIA *dealbata*.

7. HEDYCHIUM.

Pag. 19. et 560. n. 7. HEDYCHIO *coronario* adde synonymon:
H. foliis lanceolatis; spicis compacte imbricatis; laciniis labii fissi corollae semilunaribus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 9. (qui iterum *Gandsul Rumph* V. *t.* 69. *f.* 3., prius exclusum, laudat). *Link Enum. alt.* I. *p.* 2.

Obs. Duarum varietatum, alterius profunde, alterius pallide flavae, nonnisi obiter meminit cls. *Roxburgh* l. c. ex interioribus Bengaliae, ubi variis locis sponte crescit, nec tantum, ut vulgo credebatur, colitur. — Folia hirta. Cor. alba, odora, labello cuneiformi bilobo. *Link.* — Huic subjungantur:

2. HEDYCHIUM *coccineum Smith.* foliis distichis, lanceolato-linearibus; ligulis elongatis; spicae spathis bifloris. *Link Enum. alt.* I. *p.* 3. *Smith* in *Rees Cyclop.* HEDYCHIUM *angustifolium Link Jahrb.* I. 1. *H. p.* 184. 3. *H. p.* 22. (se ipso teste in *Enum.*)

Caulis 3-4 ped. subcompressus. Folia fere pedis, parum ultra pollicem lata, vaginâ appressâ, apertâ tamen, sessilia, maculis 2 rubris ad basin; ligula ultra vaginam emersa, albovirens, apice rubra. Spica terminalis coarctata, depressa vel erecta; spathae vix pollicares, 3 lin. latae, in quarum axillis flores 2 sessiles. Germen subglobosum, calyce supero spathaceo. Corollae laciniae 3 exteriores longae, angustae, cito emarcescentes; interiores 2 longae, angustae, tertia filiformis, apice dilatata, lata. Anthera loculis 2 parallelis. Stylus filiformis, gracilis, in sulco antherae. Flos ruber, odorus. *Link Jahrb.* Folia margine hinc inde hirta. Cor. rubra, labello spathulato integro. *Link Enum.* ubi clare monet, *angustifolium Bot. Mag.*, ad quod H. *coccineum Smith* nonnisi cum? ducitur, differre corollae formâ et colore. Ibidem p. 443 tamen addit: H. *coccineum* et *angustifolium Bot. Mag. t.* 2078. sibi non videri differre. *In Ind. orientali.* 4.

3. HEDYCHIUM, *angustifolium Roxb.*; foliis lineari-lanceolatis; spicis patentibus; fesciculis florum subternis; segmentis laciniae fissae oblongis: reliquis 5 corollae linearibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Carey* et *Wallich* I. *p.* 11. n. 2. *Roxb. Corom.* 3. *t.* 251. *Edwards Bot. Reg. n.* 157. (fide *Wallich Fl. ind. p.* 82. excludente H. *coccineum Smith.*) (*Bot. Mag. t.* 2078.)

Rad. tuberosa, articulata, horizontalis. Caules erecti, 3-6 ped., tecti vaginis foliorum. Folia bifaria, sessilia, apice fere filiformia, acuta, utrinque glabra, 10-14 poll., 1-2 poll. lata. Spica terminalis erecta, rigida, 6-8 poll., glabra. Fasciculi florum satis e rhachi emergentes. Bractea exterior fasciculi cylindrica, linearis, interior, singula ad florem singulum, minor. Flores lateritii, minusculi, plerumque quaterni, successive evoluti. Cal. cylindricus, longitudine tubi corollae, fauce aequaliter tridentatus. Cor. tubus gracilis, cylindricus, pollicem circiter longus, segmentis 5 subfiliformibus, varie revolutis. Labium laterale laminâ bipartitâ lineari canaliculatâ, laciniis semiovatis. Filamenta labio opposita eodemque duplo longiora; fere recta, filiformia, excavata ad recipiendum stylum. Anthera biloba, nuda. Germen ovatum, subpilosum, seminibus pluribus axi affixis. Stylus filiformis, basi more solito corporibus 2 subulatis. Stigma infundibuliforme ex apice antherae prominens. *Roxb.* l. c. In *Bot. Mag.* l. c. flores, ubi primum expanduntur, eleganter dilute fusco-flavicantes, demum aurantiaci, vix coccinei dicuntur, praeter stamen, et videtur clo *Sims* varietas *coccinei Buchan.*, quod ill. *Smith* (aeque ac clo *Wallich*) species distincta videtur. H. *coronario* minus fragrans. *In Chittagong, Silhet, et Bengaliae regionibus orientalibus.*

4. HEDYCHIUM *gracile Roxb.*; foliis lanceolatis; spicis terminalibus, patentibus; floribus solitariis, sparsis; laciniis labii bifidi sessilis semilanceolatis; reliquis 5 corollae linearibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Carey* et *Wallich* I. *p.* 12. *n.* 3.

3-4 ped. Flores albi, in varietate ochroleuci, filamento coccineo. *Roxb.* l. c. *In montibus ad fines Bengaliae Eurum versus.*

5. HEDYCHIUM *villosum Wallich*; spicâ elongatâ, villosâ, patente; fasciculis approximatis, copiosis, sparsis geminatisve, trifloris; labio breviter unguiculato, bifido, longitudine laciniarum 5 corollae. *Roxb. Fl. ind. ed. Carey* et *Wallich* I. *p.* 12. *n.* 4.

Caules erecti graciles glabri, uti folia, 2-3 ped. Folia plana, lanceolato-oblonga, petiolo brevissimo e vaginae dorso, subtus glauca. Vaginae ligulâ oblongâ obtusâ arcte appressâ, longâ. Spica terminalis erecta, cylindrica, obtusa 10-12 poll., omnibus partibus tecta tomento brevi sericeo. Bracteae ovatae, tubo multo breviores, rufescentes; exterior 3-

communis plana, 3-rarius 2-flora; interior singula ad florem singulum huncque basi amplexans. Flores etiam sicci, gratissime suaveolentes, minus quam in H *coronario* et *angustifolio* succulenti, pallide flavi. Cal. gracillimus, tubo filiformi 1 1/2 poll. quidquam brevior, fauce oblique bifidâ. Limbus glaber, laciniis linearibus, subclavatis, patentibus, tubo dimidio brevioribus, laciniis unguis s. superioris laciniae limbi interioris lineari-oblongis obtusis. Filamentum longitudine tubi, filiforme, glabrum, coccineum. Anthera brevissima, ovata, biloba. Germen dense villosum. Stigma subciliatum. Differt a *gracili* longitudine et villositate spicae, floribus copiosis fasciculatis, laciniis limbi longitudine aequalibus, staturâ majore. *Wall.* l. c. *In montibus Bengaliae Earum versus.* Rob. *Smith.*

6. HEDYCHIUM *speciosum Wallich*; spicâ elongatâ, patente, glabrâ; fasciculis approximatis, sparsis, bifloris; labio integerrimo, sessili, acuto. *Roxb. Fl. ind. orient. ed. Carey* et *Wallich* I. *p.* 13. *n.* 5.

Folia sat magna, oblongo-lanceolata, utrinque attenuata, acumine longo, margine subundulata. Spica terminalis, magna. Fasciculi copiosi, patentes. Bractea exterior satis grandis, obtusa, uti reliquae, apice pilis aliquot albis; interior e duabus oppositis; rhachi propior obtusa, denticulis quibusdam ad apicem; altera multo angustior, lineari-lanceolata, acuta. Flores pallide flavi, fragrantes. Cal. cylindricus, dimidiae tubi longitudinis, fauce oblique bifidâ, dentibus 2 3 ovatis, barbatis. Tubus 2 pollicibus longior, filiformis. Laciniae exteriores lineares, sat longae, virentes; interiores clavatae. Labium longitudine laciniarum interiorum, ovatum, basin versus attenuatum. Filamentum filiforme coccineum, tubo parum longius. Anthera elongata fornicata. *Wallich* ad spicam unicam foliaque quaedam. *Cam villoso.*

7. HEDYCHIUM *flavum Roxb.*; foliis late lanceolatis, utrinque attenuatis; spicis terminalibus, imbricatis; bracteis subquadrifloris; laciniis 2 corollae interioribus linearibus; labio obcordato, apice profunde retuso. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 81.

Rad. tuberosa: caules erecti 2-3 ped., proceres. Folia tenuiter acuminata, utrinque glabra, ut vaginae stipulâ magnâ membranaceâ adscendente ex ore vestitae. Spica solitaria erecta, oblonga, 6-8 poll. Flores copiosi, magni, flavi, fragrantes, similes *coronario*. Bracteae exteriores ovatae et oblongae, obtusae, glabrae, tenuiter nervosae, 2-3 1/2 poll., 1 1/2 poll. latae; interiores singula ad florem singulum, multo minores. Cal longitudine fere corollae, membranaceus, inflatus, oblique 2-3-dentatus. Cor. tubus gracilis, longitudine bractearum exteriorum: laciniis limbi 5 linearibus, interioribus 2 profundius coloratis et obtusis. Labium s. lacinia sexta superiora versus, e regione filamenti linearis, hujusque longitudinis. Germen pilosum. Stylus longitudine

corollae, stigmate magno et villoso. Caps. turbinata, magnitudine olivae, glabrae, flavae. Sem. pauca glabra, laete profunde rubra, arillo concolore lacero. *Roxb.* l. c. Differt a *coronario* floribus triplo minoribus, laciniis interioribus lineari-clavatis, fissurâ labii angustâ, laciniis rectis, labio basi unguiculato. Utrique odor MICHELIAE *Chambaca*, sed minus fortis, eôque gratior; utrique habitus et statura idem. *W. Wall.* *In vallibus collium Silhet.*

Obs. „Nomine PHRYNII *spicati* plantam colimus, quae apud nos non floruit, sed monente *Jacquinio* HEDYCHIUM est.“ *Link Enum. alt.* p. 3, qui *ibid. p.* 443. H. *luteum* quoque ex Anglia adducit, quod nondum floruit.

8. ROSCOEA.

Pag. 19. n. 8. ROSCOEAE *purpureae* addantur synonyma: *Smith exot. Bot.* 2. *p.* 97. *t.* 108. *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 697.

9. ALPINIA.

Pag. 20. et 561. n. 4. ALPINIAE *Galangae* addatur synonymon: *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 58. (et, hoc teste) *Rumph.* V. *t.* 63.

Rad. perennis, tuberosa, ut in *Zingibere*, subaromatica, fortiter, instar piperis, pungens, et amara, vera *Salanga major Off.* Caules perennes, ut videtur, suberecti, teretes, glabri, 6-7 ped., crassitie baculi tenuioris. Folia a medio apicem versus (inferne foliola tantum) breviter petiolata, bifaria, utrinque attenuata, margine alba, subcarnosa, utrinque glabra, 12-24 poll., 4-6 lata. Vaginae glabrae, processu ligulaeformi brevi, rotundato, ciliato ad insertionem folii. Panicula erecta, oblonga, ramis numerosis, patentibus, simpliciter dichotomis, singulo floribus 2-6, pallide ex virenti albis, subfragrantibus. Involucrum Königii plerumque diphyllum, lanceolatum, marcescens, dein deciduum. Bracteae concavae, solitariae, ad divisiones et subdivisiones paniculae. Cal. subcylindricus, glaber, albus, vix longitudine tubi corollae, fauce unidentatâ. Cor. limbus exterior laciniis 3 subaequalibus, linearibus, recurvis, glabris, pallide viridibus; interior, s. labium, subascendens fere ad antheram usque, ovatus vel ovato-oblongus, concavus, apice in lobos 2 sat profunde divisus, marginibus incurvis, crispis, minute laciniatis, albis, maculâ hinc inde rubrâ, corniculis 2 recurvis, carnosis, ad basin unguis. Filamentum ungue labii quidquam longius. Anthera apice profunde emarginata, horizontaliter supra labium prominens. Germen glabrum, ovatum, trigonum. Stylus filiformis. Stigma infundibuliforme, ciliatum, sub fecundatione erectum, dein recurvum. Corpora nectarina subquadrata, excavata. Caps. magnitudine cerasi, obovata, glabra, intense aurantiaca, non dehiscens. Semen 1, raro 2 in loculo singulo, compressum, magnitudine *Piperis nigri*, arillo perfecto, tenui, albido, integumento exteriore nitido, castaneo, interiore duro fusco. *Roxb. l. c.* 4.

Pag. 562. n. 5. ALPINIAE *Allughas* addatur synonymon:
Roxb. Fl. ind. ed. Car. et *Wall.* I. p. 60.

Rad. tuberosa, biennis vel perennis, horizontalis, fusca, fibris sat crassis, aromaticis. Caulis erectus, subcompressus, totus tectus vaginis foliorum, 3-6 ped. Folia alterna, bifaria, oblonga, acumine tenui, torto, utrinque glabra, subtus pallidiora, venis numerosis, rectis, tenuissimis, angulo ad costam acuto, pedalia, 4 poll. lata. Petioli vaginantes, processu stipulari, rotundato ad insertionem folii. Panicula subincurva, subsecunda. Flores copiosi, successivi, magni, pulcre rosei, inodori. Cal. gibbus, carnosus, 2-3-dentatus. Cor. tubus brevis; limbus exterior laciniis 3 subaequalibus, extus pubescentibus, concavis, e pallide virenti roseis, superiore magis remotâ; interior, s. labium, basi prominentiis 2 carnosis, laciniis apicibus bidentatis, margine undulatis, roseo et purpurâ variegatis. Nectarium (*Kön.* et *Retz*) corpuscula 2 oblonga, compressa, carnosa, basin styli amplexa. Filamentum breve, latum, complanatum. Antherae lobus singulus cornu obtuso. Stylus in sulco filamenti. Stigma clavato-trigonum, obtusum, fissurâ semilunari, ciliatum. Caps. globosa, subtrigona, glabra, friabilis. *Roxb. l. c.* *In Calcuttae* ☉ ♃.

Huic subjungatur:

n. 5a. ALPINIA *bracteata Roxb.*; foliis lanceolatis, utrinque attenuatis subtus villosis; racemo terminali simplici; pedicellis unifloris; bracteis viridibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 61. *n.* 3.

E minimis ALPINIARUM Indiae orientalis, quo charactere, bracteisque viridibus facilius quam ulla alia diagnosi distinguitur a *malaccensi*. Rad. biennis, forte perennis. Caules erecti, circiter 5 ped., toti tecti vaginis foliorum glabris. Folia bifaria petiolata, inferiora ovato-oblonga, tenui acuminata, supra glabra, nitentia, profunde viridia, subtus pallidiora, 6-18 poll. Petioli proprii circiter pollicares, profunde canaliculati. Vaginae glabrae, parum ultra insertionem petiolorum intus adscendentes. Racemus erectus, spithamaeus, subvillosus, ante anthesin vaginâ unâ alterâve caducâ obvolutus. Pedicelli teretes, breves, villosi. Bracteae solitariae uniflorae, magis quam in speciebus reliquis persistentes, obscure virides. Cal. brevior bracteâ, bidentatus, infra apertus. Cor. limbus exterior laciniis 3 subaequalibus ovatis albis, labio subtrilobo, lobis lateralibus magnis in tubum circa stamen incurvatis; exterior angustior, apice bifidus, eleganter kermesino flavoque mixtus, margine pallidiore utrinque. Filamentum breve, basi calcaribus 2 incurvis. Stigma infundibuliforme, subciliatum. *Roxb.* l. c. *In orientalibus Bengaliae.*

Pag. 20. et 562. n. 6. ALPINIAE *malaccensi* addantur synonyma:
A. fol. etc. labio etc. basi bicalcarato; capsulis oblique sphaeroideis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 62. *Bot. Regist.* 323.

Rad. perennis. Caules numerosi (50 spatio 4 annorum) 6-10 ped., centrales erecti, exteriores extus incurvi, secundo-quarto anno florentes, dein depereuntes. Folia bifaria, acuta, margine saepius undulata, pilisque brevibus fuscis subciliata, supra glabra, 2-3-ped., 3-9 poll. lata. Vaginae glabrae, caulem ex integro vaginantes, ligulâ ovatâ, obtusâ, integerrimâ, villosâ. Petioli (pars ligulam inter et folium) 3 circiter pollicum, canaliculati. Racemi terminales, solitarii, erecti, simplices, 6-12 poll. Pedunculi teretes, pedicellique villosi, bi breves, uniflori, subinde nutantes. Involucra 2-3, caduca, navicularia, racemum amplexantia. Flores sat magni, pure candidi praeter labium aurantiaco et hermesino varium. Bractea gibba, extus ad basin, partim e regione fissa. Cal. gibbus, longitudine bracteae, pluries fissus. Cor. limbus exterior lacinis 3 oblongis, obtusis, integerrimis, superiore majore; inferior, s. labium, magna, expansa 3 poll. lata, 2 3/4 longa, lobis 2 lateralibus semi-circularibus, in tubum incurvatis, medio minore, magis porrecto, crispo, subinde bifido, calcare utrinque acuto. Filamentum longitudine fere antherae magnae, latae, profunde bifidae, obtusae. Nectarium *Hönig* hic tantum unicum, crassum, apice truncatum, tuberculatum. Germen obovatum, pilosum, ut stylus apice. Stigma erectum, infundibuliforme, pilosum, adscendens per apicem antherae bifidum. Caps. obovata, magnitudine baccae Grossulariae majoris, setis brevibus, acutis, rigidis, matura sicca, flava. Semina numerosa obovata et ovata, materiae molli pulposae immersa, sulco utrinque et circa apicem. Integumenta 2 fusca, tenuia. *Roxb.* l. c.

n. 7. ALPINIA *nutans*. Addantur synonyma:
A. fol. etc.; racemo composito; pedicellis inferioribus bitrifloris, nutantibus; labio lato, trilobo, lateralibus in tubum incurvis, exterioribus crispis bifidis; capsulis etc. *Roxb. Fl. ind. ed. Carr.* et *Wall.* 1. *p.* 64. *Sims Bot. Mag.* 1903. (*Zerumbet speciosum Jacq. Fragm. p.* 50. *n.* 1-o. *t.* 68.)

Rad. perennis, tuberosa. Caules plus minus ad latus inclinati, 4-6 ped. Folia bifaria, subsessilia ad vaginas in superiore caulis parte, inferiora late lanceolata, superiora angustiora, omnia integerrima, juniora margine villosa, 1-3-ped. Vaginae foliorum glabrae, processu stipulari ad foliorum insertionem. Racemi terminales, varie curvati, villosi, pedales, nutantes. Involucrum e vaginis 2 caducis, lanceolatis, naviculatibus. Flores numerosi, magni. Bracteae magnae, concavae, candidae, apice carneae, 2-3florae, praeter propriam minorem secundi tertiive floris serius expansi. Cal. colore bractearum, tridentatus. Cor. limbus exterior tripartitus, carneus, apicibus roseis; laciniae superiores ovales, incumbentes, inferiores 2 lineari-oblongae, revolutae apicibus rotundatis; interior magnus, ovato-cordatus, obsolete trilobus, lobis lateralibus in tubum campanulatum incurvis, apex lobi interioris bifidus, crispus, basi calcaribus binis stylum amplexantibus, intense aurantiaco-flavus, basi venis-

que kermesinus. Germen ovatum, pilosum. Stylus primum per fissuram apicis antherae erectum, dein involutum, ut stigma sub anthera. Nectaria 2, quadrata, excavata, carnosa ad basin styli. *Roxb. l. c.* *In insulis Indiae orientalis.*

Obs. „Quâ ratione ductus Willdenow ALPINIAM *nutantem* servasset sub AMOMO *Grana paradisi*, nescio: casu id non accidit, cum AMOMO *Grana paradisi* rite subscriptum sit aequum synonymon: ZERUMBET *speciosum Wendland.*“ *Link Jahrb.* I. 3. H. *p.* 24. ZERUMBET *speciosum Wendl.* hic ergo excludendum?

Pag. 21. et 563. n. 8. ALPINIAE *exaltatae* addatur:

A. racemo subradicali adscendente. *Meyer Essequebo p.* 4. RENEALMIA *exaltata Rodsch.* in *Balding. Diar. F.* 28. *p.* 71.

Caulis erectus, validus, 12-20 ped. Folia alterna, late lanceolata, in basin longe attenuata, 2-3-ped. et ultra, integerrima, costâ intermediâ apicem versus subevanescente, lineata, glaberrima, nitida. Racemus ex infima parte caulis adscendens, 1 1/2-2 ped., multiflorus, leviter tomentosus, purpurascens, inferne bracteis spathaceis, membranaceis alternis, imbricatis, oblongis, obtusis, sulcatis. Flores sparsi pedicellati, sine pedicello 1 1/2 poll. Pedicelli solitarii 6-8 lin., patentes, subcurvati, basi bracteâ membranaceâ, lineari-oblongâ, acutâ, nervoso-venosâ. Perianthium utrumque tubulosum, membranaceum, pubescens, apice in lacinias 2-3 inaequales rumpens, exterius inferum 1-3-florum, flore uno alterove saepe imperfecto, simili perianthio involuto; perianthium interius superum laxum. Cor. tubulosa e luteo rubroque varia. Tubus cylindricus longitudine perianthii proprii. Limbus duplex, exterior bipartitus, labio superiore integro, oblongo-ovato, obtuso, concavo, inferiori bifido laciniis ovatis, obtusis, subconcavis; interior unilabiatus, labium exterioris limbi labio inferiori mediâ basi adnatum, limbum haud superans, oblongum, concavum, apice subrotundum, medio paulo angustatum, basi dilatatum, utroque latere dente patente, acuto. Filamentum tubo corollae adnatum, superne dilatatum. Anthera infimâ parte libera, apice subbifida. Germen obverse conicum, trigonum sulcis, 3 obsoletis, leviter tomentosum. Stylus longitudine filamenti, basi corpore glandulaeformi bitrifido, oristato. Stigma capitatum, subtrigonum, rubrum. Caps. carnosa pyriformis, obsolete trigona, rubra, demum nigra, pulpâ luteâ. Semina rhomboidea, truncata. Recedit ab ALPINIA perianthio tantum duplici. Stigma nonnisi peractâ fecundatione bilobum. *Linnaeum* fil. ALPINIAE *exaltatae* racemum terminalem nutantem et florem resupinatum erronce adscripsit. Synonymon GLOBBAE *erectae* in SYST. VEG. *edit. nostrae* delendum. *Meyer* l. c.

Pag. 563. n. 9. ALPINIAE *muticae Roxb.* addatur synonymon: *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 65. (*Link Enum. alt.* I. *p.* 5.)

Caules numerosi erecti involuti vaginis foliorum, 6-7 ped.,

ut plurimum biennes. Folia alterna bifaria, acuta, integerrima, 10-20 poll. Vaginae glabrae, ligulâ rotundatâ supra insertionem folii. Racemi terminales conici multiflori, pedunculis subpubescentibus. Pedicelli alterni breves, villosi, 2-4-flori. Bracteae pedicellorum solitariae, oblongae, caducae. Flores numerosi, magni, nutantes. Cal. tubo corollae longior, a basi ampliatus, ore irregulariter tridentatus, fissurâ interiore profundiore, candidus. Cor. tubus multum recurvus, calyce multo brevior: limbus exterior tripartitus, laciniae superiores incumbentes, ovatae, concavae, inferiores 2 minores, lineares, oblongae, superiore angustiores, omnes obtusae, candidae, nitentes. Labium s. limbus interior magnum, eleganter flavo et kermesino variegatum, margine aurantiaco, trilobum, lobis lateralibus semilunaribus, incurvatis, in tubum magnum subcampanulatum sub lacinia superiore limbi exterioris: lobo exteriore minore, crispo, bifido. Filamentum longitudine fere antherae latae, ultra medium labii prominentis. Germen rotundum, villosum. Stylus filiformis, basi cinctus corpusculo solitario, glanduloso, truncato, dentato (nectario *Hönig.*) Stigma infundibuliforme, ciliatum, per apicem bifidum antherae adscendens. Caps. magnitudine Grossulariae, intense aurantiaca vel flava, non sponte dehiscens, ut in A. *natante*, sicca rugosa, subpilosa. Semina copiosa, angulata, arillo completo, tenuissimo. Integumenta 2: exterius tenue, interius fuscum, spongiosum. Elegans species. *Roxb. l. c.* *In sylvis Prince of Wales Island:* W. *Roxburgh.*

Pag. 563. n. 10. ALPINIAE *calceratae* addantur synonyma: A. foliis lineari lanceolatis etc. *Roxb. Fl. ind. ed. Carey et Wall.* I. *p.* 67. (*Bot. Register p.* 141. *Link Enum. alt.* I. *p.* 5., et, hoc teste, GLOBBA *erecta Willd. Enum. Suppl. p.* 1.) RENEALMIA *minor Hortul.*,

liad. perennis, horizontalis, sublanata, hamata, pallida, stolonifera, fragrans, junior vaginis alternis brevibus, adulta cicatricibus vestita, fibris multis carnosis. Caules obliqui, glabri, 2-4 ped. Folia alterna, bifaria, breviter petiolata ad vaginas, acute acuminata, integerrima, pedalia, 1-2 poll. Vaginae amplexicaules, glabrae, processu stipulari ad insertionem folii. Racemi solitarii. Flores numerosi, magni, gemini pluresve, successivi, bracteâ solitaria, naviculari, albâ, uniflorâ, ut cal. tridentatus, glaber. Cor. limbus exterior 3-fidus, laciniis aequalibus, linearibus expansis, pellucidis, albis; interior, s. labium, magna, flava, venis atro-purpureis, lobis rotundatis crispis: loborum lateralium, hic deficientium, loco cornua 2 incurva, acuta subulata ex angulis 2 posterioribus porrecta, basin filamenti amplexantia. Filamentum generis. Germen sphaericum, pilosum. Stigma infundibuliforme, ciliatum. Squamae nectarii subtetragonae, apicibus crenulatae. *Roxb. l. c.* *In China.*

10 a. A. *cernua Sims;* racemo terminali cernuo; nectario apice bifido; foliis lanceolatis, acuminatis, spinuloso-

denticulatis; germine villoso. *Sims Bot. Mag.* 1900. (exclusis, ut nobis saltem videtur A. *calcarata*. *Bot. Reg.* 141. GLOBBA *erecta*. *Red. Lit.* 174, quas nonnisi cum? adduxit cls. *Sims.*)

Minor A. *nutante*. Folia glabra, venis oblique parallelis, apice elongato lineari; petioli processu fusco, stipulari, vel ligulâ, vaginati. Racemus compositus; pedunculus communis villosus, articulatus; pedunculi partiales brevissimi, villosi 1-2-3 flori. Bracteae cymbiformes, membranaceae, subdiaphanae, flore minores, deciduae. Calyx (perianthium exterius *Brown.*) tubulosus 3-dentatus, ore obliquo. Corollae (perianthium interius *Brown.*) laciniae 3 exteriores aequales, lucidae, eburneo-albae, basi in tubum curvum connexae; interiores inaequales, compositae processu magno (nectarium *Linn.* labellum *Brown.*) duabusque minimis calcariformibus ad basin (laciniae laterales *Brown.*) Nectarium oblongum, sulnaviculare, rubro et aurantiaco eleganter striatum, apice purpureo, crispum. Filamentum fere longitudine nectarii. Germen villosum; stylus longitudine filamenti; cujus canaliculo dorsali insertus est: stigma infundibuliforme, pilis fimbriatum. Differt A. *calcarata* foliis angustioribus, magis linearibus, margine glabris, absque elongatione terminali; A. *mutica* defectu processuum, nectario majore 3-lobo, racemo erecto. *In India orientali.* 4.

Pag. 564. n. 11. ALPINIAE *spicatae* addatur synonymon: *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* 1. *p.* 68. *n.* 8.

Rad. ut in aliis. Caules obliqui, 2 ped., secundo tertiove anno floriferi, et tum depereuntes. Folia bifaria, ad vaginas sessilia, late lanceolata, utrinque attenuata, acumine tenui, utrinque et margine glabra, 6-12 poll. Vaginae glabrae, ligulâ longâ, simplici, bifidâ. Spicae strobiliformes compactae. Bracteae exteriores imbricatae, ensiformi-lanceolatae, 1-florae, extus subvillosae; interiores monophyllae, subcylindricae, longitudine calycis, ore oblique truncatae, extus villosae, conformes calyci proprio, et ejusdem longitudinis. Cor. limbus exterior laciniis 3 acutissimis lineari lanceolatis; interior s. labium? Filamentum breve. Anthera magna. Germen ovatum, pilosissimum. Stylus gracilis. Stigma magnum, lobis 2 inaequalibus hians. Omnium minima. *Roxb. l. c.* *In Sumatra. Roxb.*

Pag. 22. 564. ALPINIIS addantur:

12. ALPINIA *striata Hort. Angl.*; foliis lineari-lanceolatis. *Link Enum. alt.* I. *p.* 5., et, hoc teste, ibidem, AMOMUM *Cardamomum Willd. Enum. Suppl. p.* 1.

Nondum floruit in *H. Berol.* In *Jahrb.* 1. 3. *p.* 23. AMOMUM *Cardamomum Willd. Enum. Suppl.* 1. ad ELETTARIAM *Cardamomum* spectare sibi videri dixit cls. *Link.*

13. ALPINIA *serrulata Lamb.* et *Bonpl.*; foliis petiolatis, late lanceolatis, acutis, margine subtilissime serru-

latis, glabris; spicâ densâ; bracteis lanceolatis. *Link Jahrb.* 1. 3. *H. p.* 22.

Flores non distinguendi; nec descripta in *Nov. gen. red. Hunth.* *Ad flumen Magdalenae.*

Obs. In Collectione iconum sinensium Com. *Stanley* tres se observasse ALPINIAS fore indescriptas, quarum:

1. ALPINIA *penicillata*, floribus terminalibus, cernuis; calyce petalove exteriore brevi, acuto; interiore, s. nectario, lato, simplici, emarginato, laete flavo, striis regularibus, kermesinis; stamine simplici; stigmate supra super idem elevato; foliis lanceolatis, regulariter convexis, margine simplici.
2. ALPINIA *diffissa*, floribus terminalibus, nutantibus, nec cernuis; calyce petalove exteriore ovato; nectario plano, lato, pandurifórmi, laete flavo nervo medio e quo striae kermesinae; folia lanceolata, subtus glauca, margine costato; filamento ad basin usque fisso, apophysibus 2, utràque antheriferâ; stylo e medio earundem libero nec antherâ incluso ut in reliquis. Distincti fors generis.
3. ALPINIA *Roscoeana*; calyce concavo, ovato; nectario lato, plano, suborbiculato, utrinque profunde tridentato, vel fere aequaliter tripartito, flavo, radiis purpureis, a basi divergentibus; stamine simplici, apice ovato, acuto; caule articulato, fere spiraliter torto; foliis hirtis, petiolis superiorum bracteis coadunatis. Habitus COSTI magis quam ALPINIAE, at inflorescentia racemosa. — ALPINIA *bracteata Roscoe* in *Roxb. ap. Link Jahrb.* 2. *p.* 69. Videtur distincta a *bracteatâ Roxb.*

10. ELETTARIA.

Pag. 22. n. 10. ELETTARIA *Cardamomum*. Addantur synonyma: *Roscoe Obs.* in *Roxb.* apud *Link Jahrb.* 1. 2. *St. p.* 65. ALPINIA *Cardamomum*; scapis e basi caulis, composite flexuosis, procumbentibus; labio trilobo, basi calcarato. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* 1. *p.* 68. et, hoc teste, AMOMUM *repens* s. *Cardamomum Woodv.* II. *p.* 365. *t.* 131. AMOMUM *repens Roscoe*, *Willd. Sonnerat.* Elettaria *Rheed. Malab.* II. *p.* 9. *t.* 4. 5. Cardamomum minus *Pharm. Lond. Edinb.* Cardamomum *Buchan. Journ.* 2. 336. 510. 538. 3. 225. (nec aliud laudat synonymon.) (AMOMUM *Cardamomum Roxb. pl. ind. n.* 226. (fide *Rosc.*) AMOM. *racemosum Lam.* ELETTARIAE *Cardamomo* jungendum esse, nec AMOMO *Cardamomo S. V. el. nostr. p.* 28. 569. *monet Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 548.)

Rad. tuberosa, fibris numerosis carnosis. Caules perennes, erecti, glabri, articulati, vaginis spongiosis foliorum involuti, 6-9 ped. Folia bifaria, ad vaginas subsessilia, lanceolata, acute acuminata, supra subpilosa, subtus sericea, integerrima, 1-2 ped., vaginae subpilosae, processu stipulari rotundato. Scapi 3-4, horizontales, 1-2 ped. Rami vel racemi alterni, singulus ex articulo singulo scapi, suberecti, 2-3 poll. Bracteae solitariae oblongae, glabrae, membranaceae, nervosae, vaginantes; solitaria ad articulum singulum, ramiinsertionem

obvolvens. Flores alterni, breviter pedicellati, solitarii ad articulum singulum racemorum, successivi. Cal. superne dilatatus in faucem tridentatam, 3/4 poll., tenuiter nervoso-striatus, persistens. Cor. marcescens, tubo gracili longitudine calycis. Limbus exterior laciniis 3 oblongis concavis subaequalibus e pallide virenti albis; interior, s. labium, obovatus, exteriore multo longior, marginibus subcrispatis, obsolete trilobus, medio striis purpureo-violaceis, utrinque et, ad basin filamenti corniculo parvo acuto. Filamentum breve erectum. Anthera emarginata. Germen glabrum. Stylus gracilis. Stigma infundibuliforme. Squamae nectariferae. *König* subulatae, tubo corollae duplo breviores. Caps. subtrigona, magnitudine nucis moschatae. Semina plura angulata. *Roxb.* l. c. Filamentum e germine petalis styloque connatum formâ cylindri ultra petalum protensum, donec in appendices 2 horizontales expandatur, unde specie fili brevis erecti filamentum proprium sistit, antherâ duplici ad angulos apicem versus, cylindrum vaginantem efformante, vix prominente. *Roscoe* in *Roxb.* ap. *Link Jahrb.* 2. *p.* 66. *In montosis Malabariae.* 24.

Obs. Div. *Roxburgh* ALPINIAM *puniceam*, *Cardamomum medium* et *linguiformem* suam ALP. *Cardamomum* sequi jubet, ut potius fore ELETTARIAE videantur subjungendae.

2. ELETTARIA? *punicea*; foliis lanceolatis; spicis radicalibus compactis, imbricatis; labio integerrimo, subparabolico, basi ecalcarato. ALPINIA *punicea*. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 71. *n.* 10.

Radices durae et bifariae. Stolones copiosi, late repentes sub terra. Caules numerosi, erecti vel adscendentes, glabri, ad basin tumidi, 6-7-ped., crassitie baculi. Folia subbifaria, breviter petiolata, basi rotundata, utrinque glabra, 6-20 poll., 3-6 lata. Vaginae utrinque glabrae, ligulâ brevi ciliatâ supra insertionem petioli brevis semicylindrici. Spicae ad medium usque terrae immersae, subcylindricae, bracteis oblongis, lanceolatis, coloratis, glabris, unifloris. Flores magni laete rubri, kermesini. Bracteae interiores tubulares longitudine tubi corollae, ore inaequaliter bi-tridentatae. Cal. tubulosus, longitudine tubi corollae, ore plerumque bifidus. Cor. tubus longus gracilis. Limbus exterior laciniis 3 minoribus pallidis lanceolatis; labium intensius coloratum magnum horizontale, inferius dilatatum et circa stamen incurvatum, laminâ lineari apice rotundatâ vel subemarginatâ. Filamentum breve, basi ecalcaratum. Anthera apice bifida, nuda. Nectaria 2 subulata ad basin styli. Stigma ciliatum, lamellatum. *Roxb. l. c.* *In Sumatra.* D. C. *Campbell.*

3. ELETTARIA? *Cardamomum medium*; foliis (lineari-) lanceolatis, utrinque attenuatis, subtus villosis; spicis radicalibus laxis; labio ovato (cordato?) lanceolato; capsulis pedicellatis, ovato-oblongis, conicis, novem-alatis. ALPI-

NIA *Cardamomum Roxb. Fl. ind. ed. Carey* et *Roxb.* I. *p.* 72. *n.* 11.

Folia petiolata ad vaginas, 2-3 ped., 2-4 poll. lata. Vaginae villosae, ligulâ obtusâ. Spicae oblongae, parum supra terram emersae, infernc bracteis brevibus scariosis. Flores copiosi, magni, rubri, fragrantes. Bracteae exteriores singulae sub flore singulo, lanceolatae, costatae, glabrae, flavofuscescentes, interiores tubulosae, longitudine calycis, tubum corollae non excedentis, tubulosi, tridentati, apice colorati. Cor. tubus cylindricus, longus, gracilis, laciniis limbi linearioblongis, obtusis. Labium basi late cordatum, inde attenuatum in acumen integrum, obtusum, laciniis limbi exterioris excedens, margine crispum. Genitalia generis. Caps. longius pedicellata, 1 1/2 poll., pollicem in diametro, subtriloba, angulo singulo alâ verticali majore, 2 minoribus interpositis in latere plano. Semina copiosa, obovata, altero latere sulcata. Integumentum exterius fere arillus succulentus, interior albus rugosus. Perisperma album, friabile, supra embryonem perforatum substantiâ albâ spongiosâ. Forma capsulae. *Zingiberis Ensal Gaertn.* et semina acria aromatica hanc speciem matrem esse *Cardamomi medii Auctor. Mat.* arguunt. *Roxb. l. c.* *In collibus prope Silhet.*

4. ELETTARIA? *linguiformis*; spicis radicalibus linearibus, patentiusculis; labio (sub-) linguiformi, bifido, basi dilatato, ecalcarato, lateribus incurvo. ALPINIA *linguiformis. Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 73. *n.* 12.

Rad. stolonibus numerosis sursum deorsum excurrentibus. Caules plures plus minus erecti, crassitie digiti indicis, glabri, 4-6 ped. Folia bifaria, ad vaginas sessilia, lanceolata, utrinque glabra, 12-24-poll., 4-5 lata. Vaginae glabrae, parum ultra folii insertionem adscendentes. Spicae solitariae, apice tantum e terra emergentes, laxe imbricatae bracteis oblongis, obtusis, glabris, exterioribus interioribusque uniforis, viridibus: interiores tubulosae, tenues. Cal. tubulosus, longitudine tubi corollae, ore tridentatus, altero latere ad basin fere usque fissus, a medio ad apicem intense ruber. Cor. limbus exterior laciniis 3 sublanceolatis, obtusis, rubris. Labium axi incurvâ stamen obvolvens, inde fere horizontaliter protensum, in laminam longam, bifidam, linearem, margine crispam, flavam, rubro in centro parce tinctam. Germen pilosum. Nectaria ad basin styli bidentata. Stigma magnum, rubrum. *Roxb. l. c.* *In interioribus Bengaliae.* 4.

12. ZINGIBER.

Pag. 23. et 564. n. 1. ZINGIBERI *officinali* addatur synonymon:

Z. foliis subsessilibus, lineari-lanceolatis, glabris; spicis elevatis, oblongis; bracteis acutis; labio trilobo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 46. (laud. syn. *Rheed.* et *Rumph.*) (Z. ligulâ brevi; bracteis coloratis; co-

rollae labio trilobo, purpureo, fusco flavoque variegato. *Link Enum. alt.* I. *p.* 4.)

Rad. tuberosa, biennis. Caules erecti et obliqui, vaginis glabris, 3 4 ped., annui. Folia in vaginis longis, glabris, bifaria, supra glaberrima, ligulâ ad ortum bifidâ. Pedunculi radicales solitarii, a caule parum remoti, 6-12 poll., vaginis paucis obtusis tecti, superioribus saepius in folia sat longa terminatis. Spicae crassitie pollicis. Bracteae exteriores imbricatae, 1-florae, obovatae, glabrae, margine membranaceae, obsolete longitudinaliter striatae; interior germen ambiens et maximam tubi corollae partem solitaria. Flores ratione aliarum specierum parvi. Cal. 1-phyllus, latere hians, apice tridentatus. Cor. limbus exterior laciniis 3 subaequalibus, oblongis; interior (labium) atro-purpureum. Nectaria *Hön.* magna, subulata, tenuiter acuminata. Filamentum breve. Anthera oblonga, corniculo longo, incurvo, attenuato, sulcato. Germen ovale. Stylus filiformis. Stigma infundibuliforme, ciliatum, sub apice corniculi. Semina nunquam vidi! *Roxb.* l. c. qui locum natalem plantae hujus ubique cultae nescire se fatetur. ♂.

n. 2. ZINGIBERI *Zerumbet* addatur synonymon: *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 47. *n.* 2. (laudd. *Rheed. Rumph.* et Z. *spurio Hön.*) (Z. foliis glabris; ligulâ elongatâ; bracteis margine coloratis, cor. pallidâ: labio trilobo. *Link Enum. alt.* I. *p.* 4.)

Rad. tuberosa, biennis, ut in *Zingiberi*, externe albicans, interne pallide flava, amara, aromatica. Caules annui, obliqui, 3-4 ped., toti tecti vaginis. Folia late lanceolata, integerrima, glabra, undulata, venis numerosis, tenuibus, parallelis, supra intense viridibus, subtus pallidioribus. Vaginae ligulâ magnâ, latâ, membranaceâ, emarginatâ. Pedunculus solitarius, a caulibus quidquam remotus, erectus, 12-24 poll., vaginis imbricatis tectus. Spica subinde apice excavata, magnitudine ovi anseris. Bracteae s. squamae exteriores 1-florae, imbricatae, margine membranaceae; interiores s. propriae solitariae, unifloraе, germen et maximam partem tubi corollae obvolventes. Flores magni, pallidi, sulphurei. Cal. 1-phyllus, tubum corollae medium basi cingens. Cor. limbus exterior generis; interior s. labium latum, lobis lateralibus magnis, laciniâ intermediâ bipartitâ, pallide flavum, crispum. Nectaria generis. Filamentum vix ullum. Anthera magna, cornu longo, curvo supra labium prominente. Stigma infundibuliforme, pilis longis ciliatum. *Roxb.* l. c. *In sylvis circa Calcutta.* ♂.

n. 3. ZINGIBERI *Cassumunar* addantur synonyma: *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 48. (Z. foliis hirtis; bracteis basi purpurascentibus, margine albis; cor. labio trilobo, albido, margine ochroleuco. *Link Enum. alt p.* 4. ZING. *purpureum Roscoe Linn. Trans.* 8. *p.* 348. *S. V. ed. nostrae. p.* 567. ZINGIBER *Cliffordia*

Andr. Repos. t. 555. COSTUS *speciosus Klein* in *Herb. Willd.* teste *Link. l. c. p.* 24. An ZING. *xanthorhiza H. hafn.?* An AMOMUM *montanum König?*)

Rad. perennis, tuberosa, fibris longis, albis carnosis, ut in *Zingibere* articulatis, sed majoribus, recens intense flava, ingrate camphoraceo-aromatica, amara. Caules annui, erecti, teretes, 3-5 ped., toti vaginis imbricatis tecti. Folia bifaria, approximata, supra intense viridia, subtus pallidiora, villosa, ut vaginae, 1-2 ped., 3 poll. lata. Vaginae extus pilis valde pungentibus, ligulâ utrinque ad folii insertionem. Scapi radicales, 6-12 poll., squamis pluribus oblongis, pubescentibus. Spicae acutissimae, arcte imbricatae bracteis numerosis e viridi ferrugineis, villosis. Flores ad bracteam singulam solitarii, magni, pure pallide sulfurei. Cal. exterior glaber, spathiformis, tridentatus, ad basin germinis, idque cingens, vi expansus ovalis, fors bractea; interior subgibbosus, membranaceus, tridentatus, extus ad medium fere usque divisus. Cor. tubus gracilis, longitudine squamae spicae; lacinia superior limbi exterioris naviculâris, supra stamen prominens, inferiores 2 angustiores, reflexae sub labio trilobo, cujus lobi laterales oblique obovati, erecti, intermedius subrotundus, apice emarginatus, margine obsolete crispatus. Antherae rostrum longum, subulatum, recurvum. *Roxb.* l. c. *In Coromandel, Bengal, Bahar.* 4.

Pag. 566. n. 5. ZINGIBERI *roseo* addatur synonymon:
Roxb. Fl. ind. ed. Car. et *Wall.* I. *p.* 49.

Rad. biennis, horizontalis, articulata, alba, fibris pluribus magnis. Caules plures, foliis tecti, 2-3 ped. Folia bifaria, acuta, ad alterum latus versa, glabra, tenuiter venosa, 12 poll., 3 4 lata. Spicae a caulibus remotae, emersae e terra florentes, bracteis laxis, unifloris, rubellis. Flores solitarii, flavo rubroque varii. Praeter bracteas exteriores ad singulum florem hunc inter et rhachin solitaria, linearis, apice obtusa, emarginata. Cal. 1-phyllus, tubulosus, membranaceus, dentatus. Cor. tubus cylindricus, erectus, bracteis sat longior. Limbus exterior tripartitus, laciniis 2 superioribus approximatis, linearibus, acutis, recurvis, subinde revolutis, inferiore solitariâ, lineari, revolutâ: omnibus lacte rubris; interior s. labium solitarium, latum, obtusum, supra lacinias 2 superiores limbi exterioris reflexas. Stylus cornu antherae quidquam longior. Stigma perforatum, ciliatum. Nectaria subulata. *Roxb.* l. c.

Pag. 565. n. 6. ZINGIBERI *ligulato Roxb.*; addatur synonymon:
Roxb. Fl. ind. ed. Car. et *Wall.* I. *p.* 50. *n.* 5.

Rad. articulata, horizontaliter sub terra repens, fibris carnosis ad articulos, e quibus stolones. Caules circiter 2 ped, incurvi. Folia alterna, bifaria, inferiora etiam cordata, utrinque glabra, venis parallelis, subtus pallidiora, 3-12 poll., 4 poll. lata. Vaginae glabrae, e quarum ore ligula satis longa, demum bifida et scariosa. Spicae radicales, laxe imbricatae bracteis cuneiformibus fusco-rubris, unifloris, to-

tidemque interioribus trientatis brevioribus, non coloratis. Cal. monophyllus spathiformis, tubo corollae dimidio brevior, irregulariter 3-dentatus. Corollae tubus gracilis incurvus, longitudine squamarum exteriorum spicae. Limbus exterior laciniis 3 subaequalibus, linearibus, acutis, glabris, rubellis; labium oblongum obtusum, marginibus crispum, pallide flavum, basi lobis 2 expansis plus minus acutis. Filamentum breve, sub anthera in rostellum attenuatum, incurvum, sulcatum desinens. Germen ovatum, villosum. Stylus gracilis, stigma infundibuliforme, ciliatum, ad apicem usque filamenti elevans. Squamae nectariferae longae tenues, basin styli amplectentes. Caps. ovata, magnitudine grandioris olivae, triquetra, apice dehiscens, intus kermesina. Cal. coriaceus, striatus, pallidus, obscure stramineus. Semina plura ovata nigricantia fusca, subrugosa: arillo albo. Perisperma cinereum. *Roxb. l. c.* *In Hindosthan.*

Pag. 566. n. 7. ZINGIBERI *rubenti Roxb.*; addatur synonymon: *Roxb. Fl. ind.* I. *p.* 51. *n.* 6.

Rad. tuberosa. Caules herbacei, quidquam declinati, 2-4 ped. Folia alterna, bifaria, ad vaginas sessilia, utrinque glabra, pedalia circiter, 4-5 poll. lata. Vaginae processu stipulari, magno, membranaceo ad faucem. Spicae plures ad basin caulis, subovatae, fastigiatae, bracteis numerosis, erectis, acutis, involutis, rubris, subvillosis: bracteae interiores longitudine tubi, exterioribus breviores, irregulariter tridentatae. Cal. subcylindricus, membranaceus, pellucidus, vix villosus, ore 3-dentatus. Cor. tubus longus, gracilis, cylindricus, laciniis limbi exterioris lincari-lanceolatis, acutis, rubris: labium ovato-oblongum rubro flavoque maculatum. Filamentum vix ullum. Anthera cornu longo, incurvo, labio incumbente. Filamenta nectarifera Königii oblonga et obtusa. Germen pilosum. Stigma infundibuliforme, ciliatum. Capsula? *Roxb. l. c.* *In interioribus Bengaliae; in districta Rungpore* D. *Buchanan.*

Pag. 566. *n.* 8. ZINGIBERI *squarroso Roxb.*; addatur synonymon:
Roxb. Fl. ind. ed. Car. et *Wall.* I. *p.* 52. *n.* 7.

Rad. tuberosa, ut in ZINGIBERI *officinali.* Caules herbacei, recurvi, 2-3 ped., toti absconditi vaginis foliorum. Folia bifaria, sessilia, supra glabra, subtus obsolete villosa, cuspidata. Vaginae processubus 2 conicis, magnis, utrinque ex ore prominentibus. Spicae e basi caulium ovatae, laxe imbricatae, magnitudine ovi anseris. Bracteae virides; exterior solitaria, 1-flora, concava, interior rarius duplex, longitudine tubi corollae, apice tridentata. Flores sat magni, inodori. Cal ut in reliquis. Cor. tubus gracilis. Limbus exterior laciniis 3 rufo-fuscis, lanceolatis, acutis: interior s. labium basi bilobus, apice bifidus, rubro flavo purpureoque varius. Filamentum breve, antherâ et rostello longitudine labii. Germen villosum. Caps. breviter pedicellata, ovata,

conica, apice dehiscens, intus coccinea, 3 poll. longa, pollicem in diametro. Semina biserialia in loculo singulo. Arillus carneus, albus. *Roxb. l. c.* *In Burma; e Rangoon* F. *Carey.*

n. 8 a. ZINGIBER *panduratum Roxb.*; foliis ad vaginas petiolatis, late lanceolatis, utrinque attenuatis, glabris; ligulâ magnâ scariosâ; spicis radicalibus ad medium terrae immersis, laxis; bracteis lanceolatis; labio panduraeformi, laminâ ovatâ, emarginatâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 53. *n.* 8.

Rad. e fibris copiosis, longis, carnosis, quarum quaedam desinunt in tubera lanceolata, ut in *Curcuma*; palmata nulla, ut in genere, vix sapida, inodora. Caules erecti, herbacei, subtripedales. Folia bifaria, acuta, 6-12 poll., 3-4 lata. Vaginae glabrae, in ligulam praelongam glabram desinentes. Spicae oblongae, laxe imbricatae bracteis coloratis, concavis, unifloris. Flores e minoribus, limbo exteriore laciniis 3 subaequalibus, lanceolatis, acuminatis, pallide rubris; interior, s labium, pallidissime flavus, lobis 2 sat magnis, rotundatis basi, laminâ etiam retusâ, truncatâ. Filamentum latum, breve. Anthera solita. Stigma infundibuliforme. *Roxb. l. c.* Caps. ovata triangularis acuta, lateribus plana, glabra, pallida, basi retusa, magnitudine nucis juglandis. Dissepimentum triangulare coccineum. Semina obovata horizontalia 12 circiter in loculo singulo. Arillus lacteus, coriaceus. Tegmen profunde purpureum, splendens. *Wall. l. c.* *In Bengalia circa Rangoon. F. Carey.*

Pag. 567. n. 10. ZINGIBER *purpureum* deleatur, utpote idem cum *Z. Cassumunar*, monente ipso *Rosc. obs. in Roxb.* ap. *Link Jahrb.* 2. *p.* 64.

Pag. 567. n. 11. ZINGIBERI *capitato Roxb.*; addatur synonymon:

Z. herbaceum; fol. lineari-lanceolatis, amplexicaulibus; spicâ terminali, erectâ, strobiliformi; bracteis lanceolatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 54. *n.* 9.

Rad. e tuberibus pluribus longe pedunculatis, ovatis glabris, pallidis, insipidis, aquosis, e basi et lateribus bulbi et tuberum palmatorum, subflavicantium; subaromaticorum. Caules erecti, teretes, vaginis foliorum cincti saepius pilosiusculis, 2-3 ped. Folia subbifaria, alterna, sessilia, ad vaginas, acuta, supra glabra, subtus pilosiuscula, 12 poll., 2 circiter lata. Spica sessilis ad os vaginarum foliorum superiorum, lineari-oblonga, multiflora. Flores sessiles, magni, pure flavi. Bracteae geminatae, unifloraे, permanentes, exterior lanceolata, concava, erecta, tubo corollae longior: interior brevior ovata, germen obvolvens, et fere totum corollae tubum includens. Cal. monophyllus, tubo corollae dimidio brevior, membranaceus, albus, bi-tridentatus. Cor. tubus cylindricus angustus: labium lobis 2 lateralibus oblongis,

distinctis, expansis, intermedio magno, subrotundo. Antherae rostrum praelongum. Stigma infundibuliforme, ciliatum. Squamae nectariferae conicae. Caps. ovata, triquetra, angulis rotundatis, laevis, magnitudine olivae minoris. Semina nigra, lucida, arillo albo. Perisperma album, cartilagineum. Embryo simillimus illi Z. *Cassumunar. Roxb. l. c. In sylvis Rohilcund. Centurio Th. Hardwicke.*

Obs. ZINGIBER *capitatum* et *marginatum* apud *Roxburgh* adeo differunt inflorescentiâ, ut olim certo genus proprium constituent. *Roscoe* in *Roxb.* apud *Link jahrb.* 2. p. 64.

Pag. 567. n. 12. ZINGIBERI *marginato Roxb.*; addatur synonymon:

Z. fol. sessilibus, lanceolatis; ligulâ magnâ, membranaceâ; spicâ terminali; bracteis obovatis, margine pellucidis, membranaceis, nectario trilobo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 56. *n.* 10.

(Nec locus natalis nec descriptio l. c.)

13. ZINGIBER *elatum Roxb.*; foliis bifariis linearibus recurvis; spicis terminalibus lanceolatis utrinque attenuatis, arcte imbricatis; bracteis lanceolatis unifloris. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 56. *n.* 11.

Rad. tuberosa, ut in ZINGIBERI *officinali*, sed intus flava: e tuberibus radices propriae, quarum plures tuberibus oblongis, pallidis terminatae, ut in CURCUMA. Caules herbacei, recti, 4-5 ped. cum spica. Folia supra glabra, subtus pilis pluribus, brevibus, mollibus, appressis, albis, 12-18 poll., poll. lata. Vaginae subpilosae, ore processu angustissimo, membranaceo. Spicae solitariae, 6 poll., 3 poll. in peripheria. Bracteae 1 1/2 poll.; interius breviores, latiores, uti exteriores, rigidae pilosiusculae. Cal. albus, glaber, fauce inaequaliter dentatus, parum ultra dimidium bracteārum ascendens. Cor. ut in reliquis, at satis longior, laete flavus. Filamentum breve, rostro longissimo, incurvo. Corpuscula nectarifera, subulata. Germen ovatum, pilosum. Stigma ciliatum. Caps. ovata, magnitudine olivae minoris. Semina lucida, nigra in arillo albo. *Roxb.* l. c. *In Bengaliae interioribus.*

Obs. Quid ZINGIBER *Ensal* apud *Steudel* sub AMOMO *Ensal* p. 39. (ubi ad ZINGIBER refertur, sub quo non occurrit) nisi fors ELETTARIA, ubi *Ensel Herm. Zeyl.* 66. ad AMOMUM *repens* laudatur?

n. 13. COSTVS.

Pag. 24. et 567. n. 1. COSTO *speciosо* addatur synonymon: *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 57.

Obs. Cli *Roxburgh* et *Wallich* hic iterum ad *speciosam Smith* laudant, praeter BANKSIAM *speciosam Kön.*, TSJANAM *speciosam Gmel.* 9. Herbam spiralem hirsutam *Rumph amb.* V. *p.* 143. *t.* 64. *f.* 1. et *Tsjana kua Rheed. Mal.* XI. p. 15. f. 8; nec aliam. Interea tamen cl. *Roscoe* in *Roxb.*

apud *Link Jahrb.* . . p. 65. *Tsjana kaa Rheed.*, ab ill. *Smith* cum? ad C. *speciosum* ductum, ab hoc multum esse diversum, et potius ad *arabicum* spectare. „Descriptionem datam a *Hönig* adeo quadrare cum sua planta, ut nihil fere eidem addendum: differre tamen eo, quod 1. planta suâ (*Roxburghi*) 3-4-ped., spiraliter adscendens, foliis spiraliter dispositis; 2. spica in illa semper erecta, rigidaque, 3-6 poll.; 3. coronae nullum in anthera vestigium; 4. stigma e labiis 2 latis, glutinosis, late hiantibus, ut faux styli vel nudo oculo appareat: in dorso labii superioris glandulae illae 2 albae Königii. Radices recentes insipidae fere" *Roxb.* l. c. — *Link* in *Enum. alt. p.* 4. folia subtus pilosa, corollam magnam albam, rore ferrugineo quasi adspersam, labium margine lacinulatum petit.

Pag. 25. n. 3. Costo *spicato* addatur:

C. corollae limbo interiori undulato, subtrifido; squamis ovatis; foliis oblongis, glabris, brevissime petiolatis. *Meyer Essequebo p.* 3. et hoc teste: Alpinia *spicata Rodsch. Obs. de climate* etc. in *Rio-Essequebo p.* 24.

Neque cls. *Jacquin*, neque cls. *Swartz Fl. ind. occ.* 1. *p.* 6. bractearum naviculariarum mentionem fecerunt, quae intra squamas spicae tam in C. *niveo* quam in *spicato* calyces externe amiciunt. Flores hujus speciei eleganter sulphurei, et folia petiolo brevissimo, tereti vaginae insidente suffulta. *Meyer* l. c.

n. 3 a. C. *niveus Meyer*; corollae limbo interiori undulato, subtrifido; squamis elliptico-oblongis; foliis ovalibus, glabris, sessilibus. *Meyer Essequebo p.* 1.

Caulis adscendens, ramosus, digiti crassitie, teres, subgeniculatus, glaber. Folia alterna, integerrima, nitida. Vaginae totum caulem obvallantes, et cylindricae, striatae, glabrae. Spicae terminales solitariae, ovatae, e squamis laxe imbricatis, et foliis supremis, eorumque vaginis dilatatis, basi involucratae. Squame firmae, concavae, glabrae, externe viridis, interne purpureae. Flores singuli sub singula squama, ad latus exterius bracteâ naviculari, calycem semiincludente purpureâ cincti. Cal persistens ovario insidens, tubo purpureo, laciniis brevibus, erectis, acutis, viridibus. Cor. 2 3-poll., tubulosa, subincurva, nivea; tubus oblongus calyce duplo longior, superne ampliatus, limbus exterior trifidus laciniis tubo longioribus erectis lanceolatis concavis, interior unilabiatus, labio basi tubuloso, superiori parte dilatato, interque limbi exterioris lacinias exserto, reflexo, subtrifido et undulato. Filamentum petaloideum, tubo limbi interioris labio oppositum, adnexum, erectum, apice fimbriatum, concavum. Anthera lineari-oblonga. Ovarium subrotundum. Stylus longitudine filamenti sulco antherae receptus. Stigma bicapitatum, inferne corpusculo biglanduloso. Ab affine *spicata* characteribus datis satis distinctus. An vero a C. *niveo-purpurea Jacq.*, cujus icon haud bene cum descriptione quadrat? Folia in hac, si a structura florum et colore re-

cedimus, multo breviora et latiora, spica minor ovata, nec oblonga. *Meyer.* *In hamidis umbrosis plantationis Hamburg.* ♃.

Pag. 26. n. 8. C. ANACHIRI. Addatur:

Obs. Idem videtur cum C. *spirali*, si valet synonymon *Plumier*, C. *spiralem* etiam nomine AMOMI spiralis tulimus.

n. 14. COSTUS *appendiculatus Humb.* et *Bonpl.*

n. 15. COSTUS *ciliatus Humb.* et *Bonpl.*, uterque speciminibus non distinguendis in *Herb. Willd.* monente clo *Link Jahrb.* 1. 3. *H. p.* 25.

n. 14. KAEMPFERIA.

Pag. 27. et 568. n. 1. KAEMPFERIAE *rotundae* addantur synonyma:

Roxb. Fl. ind. ed. Car. et *Wall.* I. *p.* 15. *n.* 2. *Asiat. Research.* IV. *p.* 242. *Link Enum. alt.* I. *p.* 3. K. *rotundifolia Hortul.*

Rad. biennis, tuberosa. Folia radicalia petiolata, undulata, glabra, pedalia, 4-6 poll. Petioli vaginantes, in caulem brevem coaliti, ut in *Curcuma*. Scapus nec longior, quam ut protrudat flores ex terra, vaginis aliquot e viridi purpurascentibus. Flores sessiles 4ni-6ni, vel spica sat magna, fragrans, purpurâ et albo variegata. Bracteae 2 ad florem singulum, basin germinis ambientes, interior apice bipartita, exterior longior calyce dimidio brevior. Cal. 1-phyllus, longitudine tubi corollae, subgibbosus, apice plerumque bidentatus, purpurâ punctatus. Cor. tubus longus, gracilis, cylindricus, suberectus, fauce oblique infundibuliformis: limbi exterioris laciniis pendulis, linearibus, margine involutis, candidis; interioris laciniis 2 superioribus erectis, lanceolatis, acutis, candidis, margine purpurascentibus, inferiore in lobos 2 latos, obcordatos, deflexos diviso, centro praecipue et basi purpureo. Filamenta nectarina ut in *Galanga*. Filamentum breve, erectum, latum, basi laciniarium superiorum limbi interioris insertum. Anthera linearis, cristâ ovatâ, bifurcatâ, coloratâ. Germen ovatum. Stylus filiformis. Stigma infundibuliforme. *Roxb.* l. c. ubi monet clm. *Woodwille* haud ita fauste *Zedoariam longam* et *rotundam* huic plantae tribui, et *rotandam* fors ex CURCUMA *Zedoaria* venire. „Folia subtus rubro-colorata, erecta. Cor. alba.“ *Link.* l. c. *Culta in India: spontaneae locus natalis incognitus.*

Pag. 27. et 568. n. 2. KAEMPFERIAE *Galangae* addatur synonymon:

K. foliis sessilibus, rotundo-ovatis, cordatis etc. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 14. *n.* 1. (cum p. 568. edit. nostr. S. V. laudatis synonymis.) K. *latifolia Hor-*

nem. H. hafn. I. *p.* 6. (fide *Link Jahrb.* 1. 3. *H.* p. 23. et *Enum. alt. p.* 3.)

„Rad. biennis, tuberosa, fibris carnosis. Folia radicalia, terrae adpressa, acutiuscula, margine membranacea, undulata, supra profunde viridia, subtus sublaeta. lineis 10 12 obsoletis, longitudinalibus. Petioli terrâ absconditi, vaginantes, fauce processu membranaceo. Flores in fasciculis parvis 6 12, sucessivi, pellucide candidi, maculâ purpureâ in centro laciniae singulae limbi interioris. Bracteae 3 ad florem singulum, exterior major, omnes lineares, acutae, membranaceae, tubo corollae dimidio breviores. Cal. longitudine bractearum. Cor. tubus longus, filiformis. limbi exterioris lacinis linearibus, acutis, interioris superioribus 2 ovatis, erectis, inferiore patente, bipartito, lobis bifidis. Filamentum breve, apice bipartito, recurvo. Anthera cristâ bidentatâ. Stigma infundibuliforme. Nectaria *Hön.* 2, filiformia, erecta. sat longa. Pericarp?“ *Roxb. l. c.* *In montosis Chittagong.*

Obs. Cls. *Link Enum.* l. c. KAEMPFERIAM *Galangam Willd. Enum. p.* 5. eandem asserit cum *latifolia Hornem.*; an vero eadem cum KAEMPF. *Galanga Willd. Spec.?* „Folia depressa, subrotunda, subtus villis longis adpressis; Cor. albam punctis nigrescentibus“ in *latifolia* petit *Link* l. c.

Pag. 27. n. 3. KAEMPFERIAE *angustifoliae* addatur synonymon: KAEMPFERIA *undulata Link Enum. alt.* I. *p.* 3. KAEMPFERIA *purpurea Hortul.*

Folia undulata. Cor. alba, labello fusco violaceo; *Link*, qui huc spectare K. *angustifoliam Jacquin*, nec *Roxburgh:* sed tunc nomen Roxburghianae plantae mutandum potius, nec antiquioris Jacquinianae, jamjam ubique receptae, et K. *angustifolia Roxb.* in *S. V. ed. nostr. p.* 568. excludenda, nec addenda. Huic subjungatur:

3a. KAEMPFERIA *Roxburghiana*; foliis radicalibus linearilan eolatis, undulatis, centro spicam occultantibus; laciniis 2 superioribus limbi interioris corollae linearibus, oblongis, obtusis. KAEMPF. *angustifolia Roxb. Fl. ind. ed. Carr.* et *Wall.* I. *p.* 17. *n.* 3. *S. V. ed. nostr.* I. *p.* 568. *n.* 3.

Rad. biennis, tuberosa, fibris copiosis undique. Caules nulli. Folia numerosa, sessilia, carinata, integerrima, longitudinaliter striata lineis obscurioribus pallidioribusque, utrinque glabra, 6-8 poll., pollicem circiter lata. Spicae floribus 4-6 magnis speciosis successivis. Bracteae 2-3 ad florem singulum, 1-2 interiores germen ad latus amplectentes, exterior major, omnes acutissimae et ejusdem fere longitudinis. Cal. monophyllus, tubo corollae dimidio brevior, apice oblique hians adinstar spathae, apice acuto. Corollae tubus longissimus, tenuis, limbum ad pollices fere 2 supra terram elevans ut in K. *rotunda*, quacum et nectariis, staminibus et pistillo convenit. *Roxb. l. c.* *In Bengalia.* ♂.

Pag. 569. n. 4. KAEMPFERIAE *panduratae* addatur synonymon:

K. fol. petiolatis, late lanceolatis, glabris; spicâ centrali; corollae laciniis 2 superioribus limbi interioribus obovatis, inferiore multo majore panduriformi. *Roxb. Fl. ind. ed. Carey* et *Wall.* I. *p.* 17. *n.* 4. et, hoc teste: *Zerumbet clavicultatum Rumph amb.* 5. *p.* 172. *t.* 69. *f.* 1., cui fere hujus loci: *Rheed. Malab.* II. *p.* 19. *t.* 11., licet a *Linnaeo* ad CURCUMAM *rotundam* allatus, plantam, quam div. *Roxburgh* nunquam vidit, nisi fors eadem cum praesente specie. (*Link Enum. alt.* I. *p.* 3. *Bot. Reg. t.* 173. KAEMPF. *ovata Rosc.* fide *Roscoe.*)

Rad. tuberosa, adinstar *Zingiberis*, sed satis eleganter flava, ex qua radiculae fusiformes, rectae, tenues, pallidiores, profunde in terram descendentes. Caules vix ulli: planta 1 1/2 ped. alta. Folia bifaria, oblonga, acuta, glabra, supra satius viridia, venis parallelis, 6-12 poll. Petioli supra ligulam bifidam, profunde canaliculati, 2-8 poll., parte inferiore vaginantes et speciem caulis sistentes. Spica in centro vaginarum foliorum abscondita, unilateralis, antice imbricata, bracteis pluribus sessilibus, tenuibus, lanceolatis, concoloribus, per paria uniflora (exterior et interior) dispositis. Flores sat magni, successive expansi, raro plures uno florentes. Cal. membranaceus, irregulariter 3-dentatus. Cor. tubus longus, tenuis. Limbus duplex: exterior laciniis 3 tenuibus, lanceolatis, subaequalibus, rectis, pallide rufo-fuscis; interior totidem inaequalibus: 2 superioribus colore et longitudine exteriorum, inferiore s. labio multo longiore et latiore, satius colorato. Filamentum gracile. Antherae bilobae, galeâ emarginatâ recurvâ. Stigma magnum, aperturâ semilunari, marginis parte rectâ tridentatâ, semilunari, integerrimâ. Squamae nectariferae longae graciles. *Roxb.* l. c. *In Sumatra, missa a D. C. Campbell.* Huic subjungatur:

4 a. KAEMPFERIA *ovalifolia Roxb.*; foliis ovatis; spicis centralibus; cristâ antherarum laciniatâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 18. *n.* 5.

Staturâ et habitu intermedia *Galangam* inter et *rotundam*. Rad. tuberosa, biennis fere. Caules brevissimi. Folia pauca, bifaria, patentia, acumine brevi, utrinque glabra, 6 poll., 4 lata. Spicae centrales, vaginis brevibus foliorum absconditae, floribus raris, successivis, candidis praeter labium purpureum. Cor. fere *rotundae* aut *angustifoliae*, laciniae 2 superiores limbi interioris obtuse lanceolatae, labium s. nectarium purpurâ variegatum satiore, cuneato-obcordatum, ad medium usque in lacinias 2 longas emarginatas fissum. Filamentum breve. Antherae bilobae, cristâ magnâ laciniatâ erectâ alba. *Roxb.* l. c. *In Malacca, missa a D. Farquahar*, ♂.

Pag. 2*. n. 4. KAEMPFERIA *ovata* deleatur, utpote eadem cum KAEMPF. *pandurata* S. V. I. *p.* 569, monente ipso *Roscoe* in *Obs.* ad *Roxb.* apud *Link Jahrb.* 2. *p.* 62.

Pag. 28. n. 5. KAEMPFERIA *latifolia* deleatur, cum fide *Link* eadem ac KAEMPF. *Galanga*.

Pag. 28. KAEMPFERIAE subjungantur:

5 a. KAEMPFERIA *secunda Wallich*; caulescens; foliis petiolatis, ovatis, subfalcatis; spicâ terminali parum incurvâ, unilaterali; cristâ filamenti integerrimâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Carey* et *Wallich* I. *p.* 19. *n.* 6.

Rad., ut videtur, fibris simplicibus e parte superiore. Caules simplices, subadscendentes, toti tecti vaginis longis, membranaceis, striatis, laxiusculis, 8-10 poll., glabri uti folia bracteaeque. Folia basi acuta, e medio in acumen praelongum lineare attenuata, tenue striata, 3-4 poll. Petioli breves, sulcati, intra basin ligulâ oblongâ, membranaceâ, subpilosâ, integerrimâ. Spica vix folio supremo longior, pauciflora. Bracteae exteriores magnae, 2-3-florae, imbricatae in dorso spicae; interiores 2 parvae, basin floris amplexantes. Flores fere magnitudine *Galangae*, successive evoluti. Cal. brevis, cylindricus, pilosus. Laciniae corollae exteriores interioribus breviores, omnes lanceolatae, acutae, patentes. Nectarium s. lacinia inferior limbi interioris lata, obcordata. Filamentum breve, lineare, supra antheram in cristam lanceolatam acutam expansum. Anthera biloba, linearis, vix marginata, basi filamenti. Caetera generis. *Wallich l. c.* *In montibus Bengaliae Euram versus.*

5 b KAEMPFERIA *linearis Wallich*; caulescens; foliis sessilibus, lineari-lanceolatis, stipulatis; floribus terminalibus, raris; cristâ integrâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Carey* et *Wallich* I. *p.* 20. *n.* 7.

Differt a *secunda* staturâ tenuiora; folia vix 1/3 poll. lata, in acumen filiforme attenuata. Ligulae ad basin usque in laciniias 2 lineares patentes fissae, unde folia stipulata videntur. Vaginae clausae. *Wall.* l. c.

Obs. Structura florum tenuissimorum membranaceorum species hasce duas huic generi inseri suasit, licet antherae integerrimae, ut in COSTO, nec cristatae, et habitus GLOBBAE. Hinc fors species KAEMPFERIAE subdividendae in sectiones duas, quarum I. comprehendit *acaules, cristâ lacinulatâ*: huc: K. *Galanga, ovalifolia, rotunda, pandurata, angustifolia*, II. *caulescentes, cristâ integerrimâ*: huc: *secunda* et *linearis*. *Wall. l. c.*

15. AMOMUM.

Pag. 28. et 569. n. 1. AMOMO *Cardamomo* addatur synonymon:

A. fol. etc.; spicis ad dimidium usque terrae immersis, laxe imbricatis, bracteis villosis, lanceolatis, acutis, uniforis; labio etc. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 37. (qui tantum citatum *Rumph* 5. *t.* 65. *f.* 1. laudat)

Rad. sub terra repens, *Zingiberis*, sed minor, minus carnosa, magis lignea et alba, e qua fibrae multae carnosae. Caules fere biennes, plures, oblique adscendentes, 2-4 ped., cras-

sitie crassioris Rotang, vaginis glabris, profunde viridibus involuti. Folia alterna, bifaria, breviter petiolata, basi late lanceolata, integerrima, utrinque glabra, acumine longo, tenui, 6-12 poll. Spicae radicales sessiles, oblongae, inter caules. Bracteae cinereae, scariosae, nervosae, aetate apice fractae, et praeter has bractea alia interior (involucr. *König* s. calyx exterior, inferior) circa basin germinis, striata, pubescens, scariosa, bidentata, tubulosa. Flores successive expansi, nec multum conspicui. Cal. clavatus, tubulosus, pubescens, tridentatus, longitudine tubi corollae gracilis, subincurvi, limbo exteriore laciniis 3 subaequalibus, pellucidis; interiore s. labio, exteriorem excedente, subtrilobo, margine crenato, crispo; lobo medio flavo, lineis 2 roseis ex tubo adscentibus. Filamentum incurvum supra faucem tubi, limbo dimidio brevius, cornu subulato gracili utrinque ad basin, ejusdem fere longitudinis. Anthera magna, carnosa, cristâ magnâ, concavâ, stigmate infundibuliformi per sulcum profundum intra lobos 2 pollinifer os adscendente Germen pubescens, squamis 2 nectarii coronatum brevibus truncatis. Semina grate aromatica a Malagis pro vero *Cardamomo Malabarico* adhibentur. *Roxb* l. c *In Sumatra* 2.

Pag. 28. et 570. n. 2. AMOMO *angustifolio* addatur synonymon:

Roxb. Fl. ind. ed. Car. et *Wall.* l. *p.* 38 (ubi tantum *Sonnerat* laudatur).

Rad. tuberosa, horizontalis, fibris crassis, carnosis, sarmentisque e bulbo ortis. Caules numerosi, recti, teretes, glabri, 6-10 ped. Folia alterna, bifaria, subsessilia, acumine tenui, utrinque glabra, 12-18 poll., 4-6 lata. Vaginae 3/4 caulis amplectentes, glabrae, ligulâ obtusâ. Scapi e bulbo vel basi caulis, graciles, 6-12 poll., squamis multis mucronatis vaginantibus arcte imbricati. Spicae crassitie fere pollicis, similibus, latioribus tamen, squamis imbricatae, interiores profundius tinctae. Flores pauci, sat magni, aromatice fragrantes. Bracteae propriae ad florem singulum 2, lineari-oblongae. Cal. profunde sanguineus, utrinque glaber, extus ad 2/3 fissus, apice obsolete tridentatus. Cor. tubus clavatus, longitudine fere bractearum. Limbus exterior ruber e segmento magno erecto oblongo concavo, antheram stigmaque protegente, laciniisque 2 angustioribus inferioribus; interior (labium) integerrimus vel obsolete trilobus, flavus, longitudine fere limbi exterioris. Filamentum basi praecipue latum, ubi corniculum breve coloratum utrinque. Anthera cristâ magnâ tridentatâ. Germen clavatum, obsolete trigonum. Stigma infundibuliforme, subbilabiatum. Nectaria hic majora longiora. *Roxb* l. c.

Pag. 28. n. 3. AMOMO *grano paradisi* conferatur *Obs.* cli *Link* supra ad ALPINIAM *nutantem.*

Obs. AMOMUM *granum Paradisi guineense*, quod per oram guineae universam (Windward Coast, Pepper-Coast) crescit, et ab orientali diversum dicit, in *Remed. guineens* X. n. 31. describit sequentibus „ne planta etiamnum obscura sit." Tota glabra, parum nitida. Radices

in superficie terrae longe lateque repentes, striatae, annulatae, squamosae, fibrosae, fuscae. Stolones laterales longissimi, squamosi, e ferrugineo castanei, superne adscendentes, tandem forlasse radicantes et in caules surgentes. Caules veri centrales interdum 3-ped., simplices, basi tumidi, inferne squamosi, superne foliati, floriferi sterilesve. Folia longissime vaginantia, vaginis striatis xerampelinis, spithamaea, alterne disticha, lanceolata, longe acuminata. Scapi 1-3 e collo radicis infra caulis tumorem vix vel parum supra terram, pollicares, imbricati squamis parvis, sed sursum majoribus, alterne distichis adpressis, striatis, obtusis, castaneis. Flores solitarii, magni, albi, ad basin tecti squamis spathaceis 6-6 imbricatis, castaneis, intimâ germen corollaeque tubum amplexâ albidâ. Cor. Stam. Pistill. ut in AMOMO *exscapo Sime Ann. Bot.* I. p. 648. t. 13. Fructus 2-3 poll, oblongus, nonnihil anceps, inferne una cum pedunculo brevi squamis ut in flore, sed majoribus crassioribus, pallidioribus et laciniis praeterea corollae duabus minoribus, donec in caule residet, tectus, apice in cylindrum longum membranulâ spathaeformi terminatum, maturus intus, ut fructus, aurantiacus, tripartitus, *A. latifolii*. tripartitus et Semina ejusdem *Amomi*, sed minora, subrotunda, polyedra, tuberculis rugisque minutis, subtilibus, badia, intus nivea.

Pag. 571. n. 7. AMOMO *aculeato* addatur synonymon:

A. fol. subsessilibus, cordato lanceolatis; spicâ obovatâ, laxâ, cum humo parallelâ; labio ovato, ventricoso; cristâ amplâ, trilobâ; capsulis echinatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 39

Rad. tuberosa, ut in *Zingiberi*, fibris pluribus crassis, carnosis. Caules subrecurvi, crassitie baculi, subpusbescentes, 5-10 ped. Folia alterna, bifaria, mucronata, glabra, obscure viridia, 12-18 poll., 3-4 poll. lata. Vaginae semiamplexicaules, extus villosae. Ligula brevis, semilunaris. Scapi e basi caulium, subterranei, squamis ovatis, carnosis, ad spicam longioribus, acutioribus. Spicae obliquae inter caules adscendentes, ut apex tantum supra humum emergat. Flores numerosi, successivi, intense aurantiaci. Bractea exterior uniflora, lineari-oblonga, longitudine tubi corollae, interior tubulosa, margine bidentata, circa germinis basin inserta in star perianthii. Cal. tubulosus, 2-3-dentatus. Cor et tubus subincurvi: limbus exterior 3 partitus, laciniis inaequalibus, erectis, oblongis, obtusis, intermediâ latiore, concavâ, incumbente super fissuram limbi interioris, tubum campanulatum efformante: labium subrotundum, margine crenulatum, crispatulum, maculis kermesinis intus medio pulcre variegatum. Filamentum erectum, basi utrinque corniculo. Anthera lobis 2 lineari-oblongis. Stigma infundibuliformc. Capsula magnitudine nucis moschatae majoris, ovata; (non sulcata ut AMOMUM s. GLOBBA *crispa Retz obs.* 3. p. 50.) aculeis numerosis fortibus dense obsita, valvis carnosis (nec nuciformibus, ut in GLOBBA *crispa Rumph amb* 6. *p.* 157,) dissepimentis membranaceis. Semina ovata, glabra, fusca, pulpâ pallidâ, gelatinosâ, acido-dulci circumdata foliisque laugino-sis, receptaculo centrali affixa. Perisperma album cartilagineum. Embryo subcylindricus. *Roxb. l. c.* 24.

Pag. 571. n. 8. AMOMO *maximo Roxb.* addatur synonymon: A. fol. etc., labio elliptico; cristâ e lobo semilunari; capsulis globosis novemalatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 41. *n.* 4.

Rad. tuberosa, ut in *Zingibere*, sed major, basibus magnis, conicis, subbulbosis, in caulibus annosioribus. Caules suberecti, teretes, glabri, 6-8 ped. et ultra, vaginis longis, glabris, foliorum tecti. Folia alterna, subinde lineari-lanceolata, acuta, supra glabra, venis multis magnis, parallelis, 2-3 ped., 6 circiter poll. lata; sicca subtus magis sericeo villosa videntur. Petioli longe vaginantes: petiolum intra et folium portio parva triangularis, processu stipulari vel ligulâ intus ad basin. Spicae radicales, breves, apice tantum floriferae, e terra emergentes, sub floribus tectae squamis latis, ovatis, concavis. Bracteae solitariae, unifloraе, lanceolatae, membranaceae, tubo floris quidquam longiores. Cal. tubulosus, subgibbosus, longitudine tubi corollae, fauce tridentatus. Corollae tubus infundibuliformis, limbus exterior tripartitus, laciniis omnibus sursum in galeam supra antheram et stigma, ut in Orchideis, conniventibus. Labium integerrimum, expansum, oblongum, medio striâ flavâ, margine undulatum, crenulatum. Filamentum breve e fauce tubi corollae, limbo interiori oppositum, corniculo utrinque ad ejus insertionem. Anthera duplex vel biloba, cristâ latâ pulchrâ, semilunari. Corpuscula nectarifera *Hönigii* linearia, truncata, sulcata. Germen breviter pedicellatum, striatum. Stylus gracilis. Stigma infundibuliformè, exceptâ anthesi transverse clausum. Caps. magnitudine baccae *grossulariae*, alis membranaceis, firmis, brevibus, laceris. Semina aromatica, pungentia. *Roxb.* l. c. *Ex insulis Malaicis*, *Cent. Hyd.* Huic subjungantur,

β a. AMOMUM *dealbatum Roxb.*; foliis late lanceolatis, utrinque attenuatis, subtus villosis; spicis radicalibus; bracteis (ovatis et) lanceolatis, obtusis, valde caducis; limbo exteriore fornicato; labio rotundato, ovato; cristâ e lobo lato, truncato; capsulis ovato-oblongis, novemalatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 42. *n.* 5.

Radices tuberosae, hamatae, articulatae, repentes, ut in *Zingibere*, fibris carnosis, validis, tuberibus intus pallide obscure flavis, sat aromaticis. Caules numerosi, medii erecti, exteriores obliqui, 3-5 ped. Folia subbifaria, inferiora oblonga, ad vaginas suas sessilia, superiora breviter petiolata, omnia subtus pallidiora, 6-24 poll., 3-6 poll. lata. Vaginae glabrae, ligulâ bifidâ, emersâ. Spicae rotundato-obovatae. Scapus brevis, squamis imbricatus. Bracteae pallidae, unifloraе: interiores nullae! Flores numerosi, magni, albi. Cal. tubo corollae quidquam longior, trifidus, valde caducus. Cor. tubus brevis: laciniae 3 exteriores limbi lineari-oblongae, subaequales; labium emarginatum, margine crispatum, album, maculâ parvâ flavâ in medio. Filamentum breve. Anthera linearis cristâ integerrimâ candidâ. Germen breviter

pedicellatum. Caps. magnitudine nucis moschatae: an dehiscens in valvulas? Semina insipida, ovata, integumento, praeter arillum, duro, obscure tincto, fragili. Perisperma album. *Roxb. l. c.* *Ad fines Bengaliae orientales; in Chittagong.* 2.

8 b. AMOMUM *subulatum Roxb.*; foliis lanceolatis, utrinque attenuatis, glabris; spicis obovatis, echinatis acuminibus longis subulatis bractearum, calycis, laciniaeque supremae limbi corollae exterioris; labio oblongo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 43. *n.* 6.

Rad. tuberosa, parum repens, fibris copiosis, validis. Caules 3-4 ped., crassitie digiti minimi. Folia alterna, bifaria, ad vaginas suas sessilia, anguste lanceolata, tenuiter acuminata, intense viridia, 12-15 poll., 3-4 poll. lata. Vaginae glabrae, margine coloratae, ligulâ emarginatâ ad faucem. Spicae radicales compactae, parum supra terram elevatae, magnitudine ovi anseris, acuminibus supra dictis pallide flavis. Bracteae numerosae, exterior sursum imbricata, obovata, obscure rubra, glabra, longe subulata, acuta, uniflora, interior calyx spathiformis latere hians. Flores magni, flavi. Cal. trifidus, laciniis subulatis, tubo corollae multo longioribus. Cor. limbus exterior laciniis 3 subaequalibus, supremâ subulatâ; labium saepius emarginatum, marginibus crispatis, intensius flavum. Filamentum planum. Crista antherae integra. Reliqua generis. *Roxb.* l. c. *In montibus inferioribus Bengaliam Boream versus cingentibus ad ripas rivorum.*

8 c. AMOMUM *aromaticum Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 44. *n.* 7. A. foliis lanceolatis, utrinque acuminatis, glabris; spicâ radicali imbricatâ, clavato-rotundatâ; labio subrotundo, indiviso, basi omnino nudo. (Ex descriptione. Diagnosis nulla in *Fl. ind.*!)

Rad. tuberosa, parum profunde sub humo repens. Caules caespitosi erecti, plus minus obliqui, exteriores magis incurvi, tecti vaginis foliorum, 2-3 ped., annui vel biennes. Folia bifaria, 10-12 poll., 2-4 lata. Scapus 1-3 poll., sub terra absconditus, squamis vaginantibus multis imbricatus. Flores mediocres, pallide flavi. Bractea exterior uniflora, oblonga, concava, glabra, interior tubularis, vaginans germen. Cal. cylindricus, integerrimus vel dentatus, villosus. Cor. tubus longus tenuis, laciniis limbi corollae sublanceolatis, utrinque attenuatis, obtusis, supremâ fornicatâ supra stamina et stigma. Labium subrotundum, indivisum, medio rubro tinctum. Filamentum lineare, incurvum. Anthera cristâ trilobâ. Germen villosum. Caps. ovata, magnitudine nucis moschatae subcarnosa, rugosa. Semina ovalia et obovata (pro *Cardamomi* seminibus venum data) *Roxb.* l. c. *In finibus orientalibus Bengaliae in convallibus.*

8 d. AMOMUM *sericeum Roxb.*; foliis lanceolatis, utrinque attenuatis, subtus sericeis; racemis radicalibus subglo-

bulosis, ramosis; labio obovato basi calcarato. *Roxb. Fl. ind. ed Car.* et *Wall.* I. *p.* 45. *n.* 8.

Speciosa; foliis 2-pedalibus, subtus argenteis. Ramuli racemi breves, villosi, 2 3-flori, flore singulo satis longe pedicellato, ab initio bracteis villosis oblongis membranaceis caducis; cal. magis persistens, tubulosus, villosus, tridentatus. Flores magni, albi, labii centro flavo venis ferrugineis variegato, limbi exterioris laciniis albis oblongis subaequalibus, superiore subulatâ obtusâ: calcaria duo magna basin labii intra et filamentum longiusculum. Antherae lobi 2 lineares, cristâ magnâ crispâ semilunari. Germen villosum, costis 9. Caps. longa, angusta, ovato-oblonga, laevis, glabra, fusco-rubra, intus profundius colorata et magis nitens. Semina obovata, nigra, laevia. *Roxb. l. c.* *In montibus Bengaliae ad Eurum versus.*

Quid AMOMUM *aquaticum Raeusch. Steudel? nigrum Eorumd.?* Olim ductum ad ALPINIAM *Allughas.*

AMOMUM *nutans Roxb.* apud *Steudel* non invenimus; nisi fors ALPINIA *nutans*, quae etiam nomine RENEALMIAE *angustifoliae.*

AMOMUM *spicatum Mus. nat. Ups. App.* 22.

16. CURCUMA.

Pag. 30 et 572. n. 1. CURCUMAE *Zedoariae* addatur synonymon:

Roxburgh Fl. ind. ed. Car. et *Wall.* I. *p.* 23. (qui synonymon nullum, praeter *Willd. Spec.* I. *p.* 7.) (AMOMUM *latifolium Lam.* cum? in S. V. ed. nostrae huc ductum omnino huc spectare monet *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 548.)

„Rad. biennis, tuberosa, intus colore flavo satis intenso, *Curcumae.* Caulis vaginae tantum foliorum. Folia lanceolata, utrinque attenuata. Scapus e terra emergit distinctus a foliis, saepe remotus ab illis et ante eadem, teres, crassitie digiti, aliquot pollicum, vaginis propriis brevibus, viridibus cinctus. Spica 6-12 poll. cum bracteis calyceque ut in *Zerumbet.* Cor. tubus brevis, parum dilatatus, fauce glandulis parvis flavis pubescentibus clausus: faux ampla; limbus exterior laciniis erectis, oblongis, pallide carneis, superiore acutiore antherae et laciniis 2 limbi interioris incumbente, limbus interior quidquam ringens, carnosus, flavus, laciniâ inferiore, s. labio, longissimâ, obovatâ integerrimâ, margine erecto, prominentiâ latâ, profunde flavâ in medio, laciniis 2 superioribus ovatis, fornicem supra antheram sistentibus, quas inter insertum Filamentum breve. Anthera calcare longo acuto ad basin lobi singuli. Stylus filiformis. Stigma trilobum, centro perforatum. Haec videtur *Zedoaria longa* et *rotunda Offic. in.*, praecipue *rotunda*, fide *Banks.* KAEMPFERIA *rotunda* vix aromatica, et nimis rara, quam ut tantâ copiâ venum dari possit, cum CURC. *Zedoaria* non tantum in Bengalia, sed etiam in China aliisque Asiae partibus, etiam in insulis. *Roxb* l. c.

Obs. Cum nobis observationes cli *Roscoe* in *Roxburgh asiat. Research.* XI. nonnisi ex extracto in *Jahrb. d. Bot.* I. 2. St. p. 62. notae, ibique, nobis saltem, non satis clare expressae sint, nonnisi fide diplomaticâ latino sermone transscribere possumus, quae germanicâ vernaculâ ibidem leguntur: „*Roxburgh* ad CURCUMAM *Zedoariam* suam ducit AMOMUM *Zedoriam Willd Willdenow* vero ad hanc laudat tanquam figuram bonam, *Hort. Malab.* XI. *t.* 7. Iam nullo alio laudato auctore vel ectypo determinata haec species videri possit. Attamen ad speciem proximam, CURCUMAM *Zerumbet*, *Roxburgh* eandem ex *Hort. Malab.* adducit figuram, unde dubium, ad quam ex duabus hisce speciebus figura haec pertineat. Laudatur praeterea *Rumph. Herb. Amb.* 5. *t.* 68., quae figura a *Willdenow* ad AMOMUM *Zedoariam* vocatur cum? In tantis tenebris aliae quaerendae auctoritates. *Salisbury* in *Paradiso lond.* quatuor in Britannia cultas CURCUMAE species describit: 1. C. *longam Jacq. Hort. Vind.*; 2. *Zedoariam* veram a P. *Hamel* rite distinctam, foliis glabris, nubeculâ supra purpurascente magnâ; 3 plantam foliis glabris petiolo rubro; 4. plantam depictam in *Parad lond.* foliis totis viridibus subtus scabris. Iam C. *Zedoaria Roxb.* foliis est totis viridibus subtus scabris, ejus vero *Zerumbet* foliis est medio purpurascentibus. Hinc C. *Zerumbet Roxb.* eadem cum CURCUMA *n.* 2. *Salisb*, 3. Zedoaria vera, et C. *Zedoaria Roxb.* est C. *aromatica* n. 4. *Salisb.*, quae ambae in *Hort. bot. Liverpool.* coluntur, et quadrant cum descriptionibus. Hinc videtur mihi, nomen C *Zedoariae* illi tantum esse plantae tribuendum, e qua vera radix officinalis, nempe CURCUMAE *Zerumbet Roxb.* e. CURCUMAE n. 2. *Parad lond.* Nomen *Zerumbet* rejiciendum, ne nova cum AMOMO aut ZINGIBERE *Zerumbet* confusio C. *Zerumbet Roxb.* „(anne potius *Zedoaria?*)" rectius nomen C. *aromaticae*, a *Salisbury* inditum, retinet. C. *Zedoaria bot. Mag. t.* 1546. foliis casu albo maculatis vera est, ut videtur, C. *Zedoaria*, et alia planta, quam quae in Paradiso sub. n. 4 depingitur; synonyma vero spectant ad C. *Zerumbet Roxb.*

Pag. 573. n. 2. CURCUMAE *Zerumbet* addatur synonymon: *Roxburgh Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 20 (cum laud syn. *Rheed*, *Rumph*, *König*). *Roxb. Ind. pl.* 3. *n.* 201. (CURCUMA *speciosa Link Enum. alt.* I. *p.* 3. *n.* 1. exclus. syn. C. *Zedoariae.*)

Rad. generis. Caules vaginae foliorum coalitae, squamis circumdatae 2-3 obtusis, glabris, viridibus, obsolete striatis, appressis, 3 3 1/2 ped. Folia 4-6, subbifaria, petiolo subalato, satis longo, utrinque attenuata, apice in acumen tenue, utrinque glabra, venis numerosis, tenuibus, parallelis, 1-2 pedum. Scapus a foliis distinctus, ante eadem vel cum iisdem, 5-6 poll, vaginis viridibus aliquot obtusis laxis. Spica 4-5 poll., bracteis imbricata oblongis, concavis, dimidio inferiore marginis sui interioris connatis cum superioribus in saccos totidem, quot bracteae: inferioribus ad medium usque latis, brevioribus, rufescentibus, continentibus flores 3 4 sessiles flavos, successive expansos, ad latera cinctos bracteis propriis, minoribus, brevioribus, non coloratis: bracteae superiores coloratae profunde rubrae, comam sistentes, steriles. Cal. vix 1/3 longitudinis corollae, irregulariter tridentatus, pellucidus. Cor. infundibuliformis,

tubo subincurvo: limbi exterioris laciniae 2 laterales aequales, superior fornicata, acumine subulato coronata, pallide flavae; interioris lacinia inferior, s. labium, lata, profunde flava, prominens, recurva, bifida, superiores vel laterales obovatae, aequales, pallide flavae, longitudine fere labii. Filamentum breve. Antherae lobus singulus calcare longo subulato, acuto. Germen pilosum. Stylus basi gracilis, nectariis cinctus. Stigma bilobum, antheram coronans. Caps. ovata, glabra, pallide straminea, tenuis, fere pellucida, 3-locularis sine partitione regulari in valvas. Semina arillo elastico albo carnoso expulsa, oblonga. Integumentum exterius spongiosum, nitidum, pallide fuscum. Haec *Zedoaria officin.* fide *Comb* et *Banks. Roxb.* l. c. *In Chittagong.*

Huic subjungatur:

Obs. Hanc speciem missam fuisse ex Britanniae hortis nomine CURCUMAE *speciosae*; in *Herbario* servari missam nomine CURCUMAE *Zedoariae* ab ipso *Roxburgh*; nomine vero AMOMI *Zedoariae* missam fuisse a divo *Heyne* CURCUMAM *Zerumbet Roxb.*: *Link Jahrb.* 3., qui in *Enum.* l. c. confundebat cum C. *Zedoaria.* Huic subjungantur:

2 a. CURCUMA *rubricaulis Salisb.?*; foliis petiolatis, oblongis; vaginis extus rubris. *Link Enum. alt.* I. *p.* 3. *Jahrb.* 1. 2. 63. *Roscoe Linn. Trans.* XI. 275.
In India orient.

2 b. CURCUMA *aromatica Salisb.*; foliis petiolatis, oblongo-lanceolatis, totis viridibus, subtus pilosis. *Link Enum. alt.* I. *p.* 3. *Jahrb.* 1. 2. 63. *Roscoe Linn. Trans.* X. 275.
In India orient.

2 c. CURCUMA *xanthorrhiza Roxb.*; bulbis ovatis, tuberibus palmatis pendulisque (intus) profunde flavis; foliis in vaginis viridibus, sessilibus, late lanceolatis, sub medio nubeculâ purpureâ persistente. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 25. *n.* 3.

4 ped. Coma magna, sature purpurea s. kermesina. Limbus corollae exterior ruber. Folia etiam oblonga. *Roxb. In Amboina.*

2 d. CURCUMA *elata Roxb.*; bulbis oblongis, obovatis, tuberibus copiosis, magnis, incurvis, palmatis, intus pallide flavis; foliis in vaginis sessilibus oblongis, subtus villosis, ex toto viridibus. *Roxb. l. c. n.* 4.

Simillima *xanthorrhizae*, sed characteribus datis satis distincta, etiam magnitudine ingente tuberum, ad superficiem humi repentium. Folia nonnisi floribus emarcidis apparent omnium maxima, 3-4 ped., pedem lata, in planta 6-pedali. Spicae magnae intense roseae, vel etiam kermesinae. Habitus *Zedoariae*, sed radices multum diversae et statura procerior. *In Burma.* D. G. *Carey.*

Pag. 573. n. 3. CURCUMAE *caesiae* addatur synonymon:

Roxb. Fl. ind. ed. Carey et *Wall.* I. *p.* 26. *n.* 5. et, hoc teste: *Tommon-itam Rumph amb.* 5. *p.* 169.

Tubera plura, plerumque simplicia, intus e caeruleo in griseum vergentia vel intensius caeruleum. Tubera pendula ovata oblonga, intus pallide caesia, perlarum adinstar, minus quam *xanthorrhizae* et *elatae* fragrantia, ut in reliquis omnibus. Folia bifaria, utrinque glabra, praeter maculam laete viridia, 18 poll., 5 poll. lata Petioli cum vaginis longitudine fere foliorum in planta caeterum 4-ped. Spicae laterales, cum foliis vel ante eadem emergentes, longitudine fere scapi, et cum eodem pedales. Squamae inferiores fertiles, bracteae ferrugineo-virides. Coma intense rubra, fere kermesina. Corollae limbus exterior ruber, interior flavus. *Roxb. l. c.*

Pag. 574. n. 4. CURCUMAE *aeruginosae* addatur synonymon:
Roxb. Fl. ind. ed. Car. et *Wall.* I. *p.* 27. *n.* 6.

n. 5. CURCUMAE *ferrugineae* addatur synonymon:
Roxb. Fl. ind. ed. Car. et *Wall.* I. *p.* 27. *n.* 7.

Pag. 574. n. 6. CURCUMA *rubescens Roxb.* addatur synonymon:
Roxb. Fl. ind. ed. Car. et *Wall.* I. *p.* 28. *n.* 8.

Trita omnibus partibus fortiter, sed grate, aromatica, praesertim radice. Bulbi plures erecti, solidi, conici, pallide flavi s. margaritacei, cicatricibus e foliis annorum praecedentium annularibus; ex opposito scapi anni subsequentis similes procreantes bulbos, e quorum hemisphaera inferiore fibrae copiosae carnosae tuberibus ad apicem ovatis vel subcylindricis subaromaticis, cum bulbo primario depereuntibus. Caules e vaginis foliorum coadunatis, quotannis depereuntes. Folia bifaria 6-8, caulem 3-4 ped. una cum foliis efformantia, petiolata ad basin vaginantem, cuspidata, glabra, venis parallelis manifestioribus, intense et obscurius viridia, 12-24 poll., 5-6 poll. lata. Petioli et vaginae canaliculatae glabrae, profunde rubrae. Scapus radicalis, lateralis, cylindricus, 6 fere poll., vaginis pluribus profunde rubris involutus. Spicae cymosae, 5-6 poll., erectae, comâ minus quam in *Zerumbet* tinctâ. Bracteae s. squamae ut in speciebus reliquis, singula flores 4-5 amplectens, successivos, parvos, laete flavos, fragrantes. Tubus corollae gracilis, fauce exacte clausus glandulis 3 villosis flavis. Caps? *Roxb. l. c.* *In Bengalia.* Varietates 3 diversae in *Chittagong*, *Bhagulpore* et *Mirzapore.*

Pag. 574. n. 7. CURCUMAE *cymosae* addatur synonymon:
Roxb. Fl. ind. ed. Car. et *Wall.* I. *p.* 29. *n.* 9.

n. 8. CURCUMAE *leucorrhizae* addatur synonymon:
Roxb. Fl. ind. ed. Car. et *Wall.* I. *p.* 29. *n.* 10.

Pag. 575. n. 9. CURCUMA *angustifolia Roxb.* addatur synonymon:
Roxb. Fl. ind. I. *p.* 31. *n.* 11.

E rhizomate bienni fusiformi fibrae plures carnosae tuberibus succulentis terminatae Caulis e vaginis quibusdam pallidis, aphyllis. Folia acutissima, venis parallelis tenuibus, utrinque glabra, 1-3 ped., (cum petiolo vaginisque), altitudine plantae. Petioli 6 12 poll., basi ultra medium dilatati in vaginam amplexantem interiores inclusos, superne graciles, sulcati. Spicae radicales, 4 6 poll., remotae a foliis, coronatae cymâ bractearum ovatarum, laete purpurearum, sterilium Bracteae communes sub coloratis sterilibus, ovato-cordatae, obtusae, recurvae, singula flores 3 4 amplectens successive sese aperientes: propriae naviculares, perianthium amplectentes floris germinisque singuli. Flores magni, laete flavi, ephemeri. Cal. 3-dentatus, subinflatus. Corollae tubus subgibbosus, ore contractus et pilis brevibus occlusus, collo campanulato; limbus exterior pallide flavus, laciniâ superiore magnâ fornicatâ, 2 inferioribus minoribus oblongis, concavis, interior tripartitus, laciniâ inferiore (s. labio) parte extremâ suborbiculatâ emarginatâ bifidâve, superioribus obovatis cuneatis, quae intra filamentum. Germen villosum. Stylus gracilis, basi corpusculis solitis. Stigma globosum, antice hians *Roxb. l. c.* *In sylvis a ripis Sonae ad Nagpore. D. Colebrooke.*

Pag. 575. n. 10. CURCUMAE *longae* addatur synonymon:
Roxb. Fl. ind. ed. Car. et *Wall.* I. *p.* 32. *n.* 12. (ubi *Rheed, Rumph* et *Jacqu.* cum *Willd.* ll. cc. sine dubio citantur) (*Link Enum. alt.* I. *p.* 4.)

Pag. 575. n. 11. CURCUMAE *Amadae Roxb.* addatur synonymon:
Roxb. Fl. ind. ed. Car. et *Wall.* I. *p.* 33. *n.* 13.

Rad. e tuberibus horizontalibus palmatis sessilibus ad latera bulbi ovato conici concoloris, ex quo folia et spica: e lateribus basique fibrae longae carnosae alte descendentes, quaedam tubere pendulo terminatae. Caulis nonnisi vaginae foliorum coadunatae. Folia radicalia bifaria, supra vaginam petiolata, ventricosa, utrinque attenuata glabraque, cuspidata, 6-18 poll., 3-6 poll. lata. Petioli pars inferior vaginans 6-12 poll., superior 3-9. Scapus centralis 6 circiter poll, vaginis alternantibus. Spica depauperata, rara, scapo brevior, cylindrica, cymâ bractearum sterilium pallide roseārum, liberarum. Bracteae oblongae imbricatae, dimidiâ marginis parte inferiore coadunatae dorso duorum superiorum, unde saccus quasi pro fasciculo florum 4-5 parvorum flavorum, quorum singulus bracteâ tubum tantum amplexante, calycem quasi inferiorem sistente. Cal. dentibus 3 inaequalibus. Cor. tubo tenui, glandulis 3 pilosis occluso, fauce subcampanulatâ. Limbus uterque trifidus. Germen ovatum, pilosum. *Roxb. l. c.*

Obs. Div. *Roxburgh* hic nec *Asiat. Res.* nec *Tommom Manga* laudat.

Pag. 576. n. 12. CURCUMA *viridiflora Roxb.* addatur synonymon:

Roxb. Fl. ind. ed. Car. et *Wall* I. *p.* 34. *n.* 14. et, hoc teste, *Tammon Giring Rumph Amb.* 5. 169.

Bulbi et tubera aromatici, amari, tingentes. Folia late lanceolata, utrinque attenuata, glabra, 1-3 ped.; vaginae petiolique ejusdem longitudinis. Spica centralis, magna, viridis, ut bracteae seriores pallidiores. Flores flavi, pallide flavi. *Roxb. l. c.* *In Sumatra aliisque insulis orientalibus; in Bencoolen* D. C. *Campbell*

Pag. 576. n. 13. CURCUMAE *montanae Roxb.* addatur synonymon:

Roxb. Fl. ind. ed. Car. et *Wall.* I. *p.* 34. *n.* 15. *Coromand.* 2. *n.* 151.

Rad. e bulbis reliquiis vaginarum foliorum involutis tuberibusque horizontalibus, ut in *Zingibere*, fibris e basi carnosis. Folia radicalia 3-4, petiolis 8-12 poll., vaginis paucis involutis, speciem caulis sistentibus, ovata, acuta, pulcre venosa, glabra, 8-12 poll., 5-6 poll. lata. Spicae e centro petiolorum longitudine pedunculi, vaginis propriis tecti. Bracteae numerosae, inferior suborbicularis, superior oblonga: duae interiores basi ad medium usque suae longitudinis cum margine proximarum exteriorum in saccum coalitae flores 2-4 continentem, quorum singulus bracteâ propriâ minore membranaceâ cuneiformi. Coma, s. bracteae superiores, magnae, undulatae, roseae, plerumque steriles. Cal. ut in C. *Amadae* et *viridiflora*. Tubus corollae incrassatus, subcampanulatus; limbus exterior tripartitus, laciniis aequalibus integerrimis, interior bilabiatus, labio superiore erecto trifido, inferiore rotundato, integerrimo, undulato, subcrenulato. Filamentum lacinia intermedia labii superioris limbi interioris corollae: anthera biloba linearis, apice inferiore lobi singuli calcare longo. Basis styli nectariis solitis: stigma magnum, globosum, bilabiatum. *Roxb. l. c.* *In humidis montium Circáriensium.* 4.

Pag. 576. n. 14. CURCUMAE *reclinatae Roxb.* addatur synonymon:

Roxb. Fl. ind. ed. Carey et *Wall.* I. p. 35. *n.* 16.

Rhizoma bulbosum, e quo fibrae plures carnosae, tuberibus terminatae magnis, glabris. Caulis nullus, altitudo interea plantae, scilicet spicae, 6 circiter poll. Folia radicalia 4, 2 utrinque ad spicam, eandem arcte amplectentia, acuta, obsolete undulata, utrinque glabra, 9 poll. sine petiolis, 4-5 poll. lata. Petioli 3-4 poll. cum vagina, glabri, profunde sulcati. Spica centralis, scapo vaginis abscondito, caeterum imbricata bracteis magnis, ovatis, obtusis, expansis, coloratis, superioribus sterilibus intensius, quam in speciebus reliquis. Flores parvi, obscurè ferruginei, laciniâ inferiore limbi interioris flavo tinctâ. Cal. inflatus, obsolete 3-dentatus, vix dimidiâ tubi longitudine. Tubus corollae subcylindricus, fauce campanulatâ. Reliqua ut in speciebus jamjam descriptis. *In interioribus Indiae.* D. H. T. *Colebrooke.* Huic subjungatur:

n. 15. CURCUMA *petiolata Roxb.*; bulbis tuberibusque palmatis, paucis, parvis, intus pallide flavis; tuberibus pendulis, numerosis, e fibris brevibus, filiformibus; foliis longe petiolatis, oblongis, ovatis, basi rotundatis: tota concolor viridis, comâ lilacinâ exceptâ. *Roxb. Fl. ind.* I. *p.* 36. *n.* 17.

Differt ab omnibus foliis cordatis (in diagnosi ovata petuntur!). Spica centralis, coma parva; bracteae omnino coadunatae ad apicem usque latum, reniformem, unde sacci profundissimi pro floribus parvis flavis. *Roxb.* l. c. *In Pegu.* D. F. *Carey.*

17. GLOBBA.

Pag. 31. et 576. n. 1. GLOBBA *marantina.* Addatur synonymon:

Roxb. Fl. ind. ed. Car. et *Wall.* I. *p.* 74 (et, hoc teste: Lompujum sylvestre minus. *Rumph Amb.* 5. *p.* 150. *t.* 64. *f.* 2.) (*Link Enum. alt.* I. *p.* 5. et, fide hujus, CERATANTHERA *ammomoides. Hornem. hafn.* 1. 2. *p.* 5. S. V. *ed. nostr.* I. *p.* 33.)

Rad. perennis, e tuberibus multis parvis oblongis carnosis. Caulis annuus 12-18 poll., subrecurvus, foliorum vaginis involutus, crassitie *Rotang* et subcompressus. Folia bifaria, sessilia in vagina semiamplexicauli, late lanceolata, acuta, supra glabra, subtus pilosiuscula, canescentia, margine undulata, 1-6 poll., infimo parvo, cordato. Vaginae glabrae, ore semilunato, porrecto, barbato. Spica solitaria, oblonga, bracteis numerosis, ovato-cordatis, inferioribus, raro omnibus, bulbum abscondentibus parvum, fuscum, sessilem, ovato-acutum. Flores graciles, splendide flavi, fragrantes. Cal. subgibbosus, tridentatus. Cor. tubus longus, gracillimus, limbo exteriore tripartito, laciniis subaequalibus, oblongis, concavis, reflexis; interiore bilobo, 1/3 exteriorem excedente, lobis cuneatis, intensius flavis, reflexis supra divisiones 2 anteriores limbi exterioris. Labium elevatum in continuatione tubi, parum supra priorem, e laciniis 2 cuneatis reflexis, medio coadunatis. Pars suprema desinit in filamentum longissimum, gracile, incurvum, sulcatum. Anthera duplex, utrinque cornu. Germen teres, tuberculatum. Stylus gracilis, longitudine tubi, in sulco filamenti. Stigma infundibuliforme. *Roxb.* l. c. *In Moluccis.* 2.

Pag. 577. n. 2. GLOBBA *bulbifera.* Addatur synonymon:
Roxb. Fl. ind. ed. Car. et *Wall.* I. *p.* 75. n. 2. (descriptio adhucdum desideratur.)

Pag. 577. n. 3. GLOBBA *orixensis.* Addatur synonymon:
Roxb. Fl. ind. ed. Car. et *Wall.* I. *p.* 75.

Rad. biennis. Caulis annuus, oblique ad latus flexi, 2-3 ped., inferne involuti vaginis simplicibus, superne petiolis folio

rum. Folia alterna, bifaria, brevissime petiolata, in acumen filiforme attenuata, integerrima, glabra, tenuiter venosa, 8-10 poll., 2-4 lata. Petioli breves. Paniculae erectae, oblongae, rarae, rigidae. Flores sessiles, parvi, intense aurantiaci. Bracteae solitariae, unifloraе, ovatae, caducae. Cal. 3-dentatus. Cor. tubus subincurvus, sensim dilatatus, calyce duplo longior; limbus exterior tripartitus, laciniâ supremâ maximâ, suberectâ, concavâ, 2 inferioribus ovatis: interior lobis 2 oppositis, ovatis, minoribus. Filamentum longissimum, incurvum, basi tubulosum, labio magno aurantiaco bilobo. Stylus basi nectariis subulatis. Stigma clavatum, lobis antherae ad medium usque immersum. Caps. subglobosa, aquosa, carnosa. Semina multa.

n. 4. GLOBBA *Hura*. Addatur synonymon:
Roxb. Fl. ind. ed. Car. et *Wall.* I. *p.* 76.

Pag. 578. n. 5. GLOBBA *pendula Roxb.* Addatur synonymon:
Roxb. Fl. ind. ed. Car. et *Wall.* I. *p.* 77. *n.* 5.

Rad. fibrosa. Folia glabra, acute acuminata. Vaginae extus pilosiusculae. Racemi solitarii, praelongi, penduli. Pedicelli remoti, divergentes, plerumque trifiori. Bracteae caducae, pedicellorum solitariae, oblongae, florum ovatae, utrorum ciliatae. Cal. campanulatus, tridentatus. Cor. tubus adscendens, gracilis, longus, limbo exteriore tripartito, laciniâ supremâ concavâ, reliquis duabus oblique obovatis expansis planis, interiore lobis 2 oppositis lanceolatis expansis. Filamentum praelongum incurvum, basi tubulosum alatum, labio bifido cuneiformi flavo. Anthera lobo utroque calcare longo incurvo. Stylus filiformis. Stigma infundibuliforme ciliatum.
Roxb. l. c. *In Insula Pala-Pinang.* W. *Roxb.*

n. 5a. GLOBBA *Careyana Roxb.*; foliis ovato-lanceolatis, subtus villosis; racemis terminalibus, compositis, bulbiferis; corollae segmentis 2 limbi interioris longitudine labii; antherâ nudâ, suborbiculari. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 77. *n.* 6.

Rad. tuberosa, fere biennis, altero extremo fatiscens, ut fere in omnibus *Globbis*. Caules numerosi, oblongi, crassitie calami Rotang tenuioris, 18 poll., vaginis foliorum obtecti. Folia ad vaginas sessilia, alterna, bifaria, etiam ovato-oblonga, tenuissime acuminata, 6 fere poll. longa, 2 lata. Vaginae extus pilosae, vix ligulâ terminatae, utrinque parum adscendentes. Racemi erecti, e fasciculis alternis parvis subtrifloris, pedunculis brevissimis suffultis, quorum infimus quisque bulbum parvum obovatum progignit, et 2-3 pluresve racemos inter et folia. Flores copiosi parvi intense aurantiaci. Bracteae concavae acutae, singula ad fasciculum singulum, et minor colorata ad florem quemvis: omnes deciduae. Cal. tubulosus, 3-dentatus, coloratus. Cor. limbus exterior laciniis 3 subaequalibus ovatis, interior lobis 2 linearibus longitudine labii, brevi post anthesin reflexis supra limbum exteriorem, involutis ante floris marcescentiam. Labium

parum supra lacinias 5 limbi exterioris elevatum, utrinque bifidum. Anthera ovata vel subrotunda, ad latera parum prominula, sed sine appendice Germen rotundum, rugosum. Stylus longitudine corollae et filamenti, filiformis, rectius, quam per sulcum filamenti, ad antheram procurrens. Stigma infundibuliforme, ciliatum. Caps. globosa, magnitudine pisi grandioris, verrucosa. Semina rotundato ovata, pedunculo magno spongioso. Integumentum exterius firmum, laete fuscum, subvillosum, interius membranaceum. *Roxb.* Huic et *orixensi* proxima GLOBBA *racemosa Smith exot Bot* II. 115 t. 117. N. *Wall.* *In Pegue, unde parvulam hanc elegantem* D. F. *Carey.*

Pag. 578. n. 6. GLOBBA *radicalis* deleatur; eadem, quae MANTISIA *saltatoria.*

18. CERATANTHERA.

Pag. 33. n. 18. CERATANTHERA *amomoides* deleatur, utpote eadem, quae GLOBBA *marantina*, quam confer.

18. MANTISIA.

1. M. *saltatoria Sims*; paniculâ radicali; filamento basi alâ utrinque subulatâ; antheris semilunaribus, alatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 78. (sub GLOBBA *subulata!*) M. *saltatoria Sims Bot. Mag.* 1320. *Poiret Enc. Suppl.* III. *p.* 585. GLOBBA *purpurea Andr. Repos. t.* 117. (fide *Roscoe Obs.* in *Roxb.* et *Wallich l. c.*) GLOBBA *radiculis Roxb. Asiat. Re earch.* XI. *p.* 359. (*Roscoe l. c.* *Sweet Hort. suburb.* 2. *Link Enum. alt. p.* 443. *Globba mantiformis* incerti auctoris apud *Steudel.*)

Radix perennis, fibris copiosis, divergentibus, carnosis, fusiformibus et columnaribus Caules annui, ad latus inclinati, 1-2 ped. Folia alterna, bifaria, ad vaginas sessilia, lanceolata, acumine longo, filiformi, marcido, utrinque pubescentia, 6-9 poll., 1 1/2 lata. Vaginae glabrae, carinatae, ligulâ truncatâ. Scapi radicales, 3-4 poll., saepe plures ex eadem radicum congerie, erecti, vaginis 3-4 alternis, glabris. Panicula erecta, pedalis cum scapo, pedem fere lata, laete purpureo-caerulea. Ramificationes alternae, longae, simplices, divergentes, floribus numerosis successivis alternis sessilibus parvis, laete purpureis flavisque. Bracteae solitariae, dilute purpureae, glabrae, in ramis oblongae, ad flores cordatae. Flores solitarii, sessiles in axilla bracteae. Cal clavatus, glaber, dilute purpureus, 5-dentatus, cum tubi corollae dimidio persistens. Tubus longus, gracilis; dimidio inferiore calyce incluso horizontaliter porrecto, superiore erecto: angulo fere recto, quo tubi dimidia haec conjunguntur, corolla cadit, inferiore marcescente. Limbus tripartitus: lacinia superior erecta, basin dorsi filamenti premens, oblonga, navicularis; inferiores 2 oblique cordatae, reflexae; omnes di-

lute purpureae. Labium cuneatum, profunde bipartitum, laciniis limbi exterioris majus, intense aurantiaco-flavum. Filamentum longum, gracile, primâ die incurvum, dein revolutum, subtus sulcatum, basi alis 2 longis, gracilibus, planis, divergentibus, recurvis. Anthera alis reniformibus. Germen ovatum, costis 9 longitudinalibus, 1-loculare. Stylus gracillimus, receptaculo infundibuliformi. Caps. globosa, purpurea, magnitudine Cerasi parvae; costis 6, 1-locularis, 3-valvis, apice dehiscens. Semina plura, minuta, oblonga, villosa. *Roxb.* l. c.

2. M. *spathulata*; paniculâ radicali; filamento basi alâ utrinque spathulatâ; antherâ semilunari, alatâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Carey* et *Wall.* l. *p.* 80 (sub GLOBBA *spathulata*; sed MANTISIAM esse testatur cls. *Wallich* l. c. et descriptio.)

Panicula erecta, oblonga, 8-12 poll., ramis pluribus divergentibus, simplicibus, elongatis, tota, bracteis quoque, azurea. Bracteae ovatae et oblongae ad ramos floresque: ad hos minores. Flores numerosi, successivi. Cal. 5 dentatus. Cor. tubus gracilis, curvus, villosus, limbo trilobo, lobis subaequalibus, oblongis, concavis. Labium, ut in *subalata*, flavum, sed minus divisum. Reliqua ut in *subalata*. *Roxb.* l. c. *In Silhet.* M. R. *Smith.*

19. HORNSTEDTIA.

Pag. 33. HORNSTEDTIAE *Leonuro* addatur:

Obs. Cls. *Link Jahrb.* 1. 3. H. *p.* 24. ALPINIA videtur.

20. LOPEZIA.

Pag. 33. n. 1. LOPEZIAE *mexicanae* addatur synonymon:

L. *racemosa Schrank* in *Nov. Act. Nat. Curios.* IX. *p.* 90. *n.* 2. *Bonpl. H. Malmais. p.* 85. *t.* 25.

n. 2. LOPEZIA *cordata* illo de *Uechtritz* varietas tantum *mexicanae* videtur.

Pag. 34. n. 3. LOPEZIAE *coronatae* addantur synonyma:

Link Enum. alt. p. 6. LOP *minuta Lagasca* (fide *Lagasca* in *litt.*) LOP. *axillaris Schrank Nov. Act. Nat. Cur.* IX. *p.* 91. *n.* 3.

Obs. Si rev. Pat. de *Schrank* l. c. p. 93 asserit, se hanc speciem olim in H. Landishutano sevisse, fallitur: L. *mexicana* enim ibidem ubique, etiam in locis soli expositis, spontanea facta, non vero *coronata*. Caulis glaber. Pedunculi simplices axillares. *Link.* Capsula, quae *mexicanae* pyriformis, huic globosa. *Schweigg.*

n. 3 a. LOPEZIA *oppositifolia Lagasca*; herbacea; foliis ovatis, dentato-serratis, plerisque oppositis, superioribus sparsis; floribus racemosis. *Lagasc. nov. gen.* et *spec. diagn. p.* 1. L. caule subquadrangulo, glaberrimo;

1893

foliis ovatis acutis obsolete remote dentatis, inferioribus ramisque oppositis, floralibus alternis, supremis lanceolatis demum evanescentibus; floribus axillaribus apice subaphyllis. *Schrank Nov. Act. Nat. Curios.* IX. *p.* 91. L. *annua. Cer. Sem. ann.* 1814.

Caulis vix pedalis, erubescens, ramorum paria plerumque 2, et ad hos usque folia opposita, supra supremum par ramorum omnia alterna et floralia. Pedunculi longi. Pala petalorum spathulatorum ovata, cum ungue suo, uti et petala 2 parallela linearia, concoloria, rosea, sed macula saturatior in confinio palae cum ungue. Parapetalum album. Fructus turbinati, penduli. *Schrank l. c.* qui a clo *Lagasca in litt.* *In nova Hispania.* ⊙

n. 3 b. LOPEZIA *minima Lagasca*; caule quadrangulo subsimplici; foliis omnibus ovatis acutis argute denticulatis subacuminatis, plerisque oppositis, summis alternis; ramis abbreviatis. *Schrank Nov. Act. Nat. Cur.* IX. *p.* 92.

Caulis vix 1/2 ped. altior, subsimplex, ramis oppositis 2-6 brevissimis, simplicibus, basi atro-sanguineus. Petala 4 majora, concoloria, colore *Rosae majalis*, maculâ saturatâ in spathulatis ad confinia unguis, palâ per aetatem expallescente ovatâ. Parapetalum s. petalum 5tum album. Flores duplo minores quam in *oppositifolia*. *Schrank* l. c. qui a *Lagasca* in litt. *In Mexico?* ⊙.

Pag. 34. n. 4. LOPEZIAE *hirsutae* addatur synonymon:
Schrank Nov. Act. Nat. Cur. IX. *p.* 90. *n.* 1.

n. 5. LOPEZIAE *frutescenti* addantur synonyma:
L. fruticosa, fol. denticulatis, caulinis ovato-lanceolatis, rameis lanceolatis. *Lagasc. nov. gen. p.* 1. *ined. t.* 66. LOPEZIA *fruticosa Schrank Nov. Act. Nat. Cur.* IX. *p.* 91. *n.* 6. L. *miniata Link Enum. alt. p.* 6.

n. 6. LOPEZIA *pumila*; caule simplici, hirsuto, tereti; foliis brevi petiolatis, ovalibus, denticulatis, utrinque pilosiusculis. *Bonpl. H. Malmais. p.* 67.

In Mexico, in collibus.

LOPEZIA *thymifolia Humb.* et *Bonpl. Herb. Willd.*

21. DEBRAEA.

Pag. 34. DEBRAEAE *floribundae* addatur synonymon:
DITMARIA *Sprengel* fide *Stendel Nomencl.*

22. CENTRANTHVS.

Pag. 35. n. 1. CENTRANTHO *rubro* addatur:
C. *latifolius* caule basi suffruticoso, foliis lanceolatis, genitalibus corollâ vix duplo longioribus. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 323.

In caltis regni Quitensis, alt. 1500 arg.

n. 4. CENTRANTHUS *obiculatus* ill. *de Uechtritz* varietas *Calcitrapae* videtur.

23. HOPEA.

HOPEA *dichotoma* deleatur, utpote eadem cum CANSCORA *pusilla*, fide *Roxb. Fl. ind. ed. Wall.* et *Car.* sub CANSCORA. Hujus loco inseratur:

23. SCHWEIGGERIA.

S. *fruticosa Spreng. N. Entd.* II. *p.* 167.

Arbuscula facie BETULAE *fruticosae.* Rami patentes angulati fusci. Folia sparsa subfasciculata obovata subpetiolata aut in petiolum decurrentia, crenulata, utrinque glabra. Pedunculi axillares, uniflori, folia aequantes, bibracteati. Flores pallidi, fusco maculati, vix 3 lin., specie *Impatientis* aut *Violae.* Calycis foliola ovata, acuta, petalis majora. Petala irregularia, 2 cartilaginea erecta ad stamen. Anthera terminalis, albida. *Spreng.* *In Brasilia.* ♄.

24. CUCULLARIA.

Pag. 36. n. 1. CUCULLARIA *excelsa.* Sub hac latere species duas distinctas, auctor est cls. *Meyer Essequebo p.* 13, quarum altera:

1. CUCULLARIA *excelsa Willd.* racemis terminalibus erectis, densifloris; foliis oppositis, oblongo-ovatis, acumine brevi terminatis, glabris. *Meyer* l. c. *Willd. Spec.* I. *p.* 17. VOCHY *gujanensis Aubl. Guj.* I. *p.* 18. *t.* 6.

Huic: „folia oblongo-obovata vel obovato-oblonga, basi sensim in petiolum attenuata.“ Altera:

1 a. CUCULLARIA *tomentosa Meyer*; racemis terminalibus laxis, subnutantibus; foliis oppositis, oblongo-ovalibus, longe acuminatis, subtus ferrugineo-tomentosis. *Meyer* l. c. C. *excelsa Vahl Enum.* I. *p.* 4. (excl. syn. *Aubl.*)

Huic: „folia basi attenuata, 3 poll. longa, pollicem medio lata, costato-venosa, supra glabra, saturate viridia, opaca, subtus ad venas et venulas reticulatas ferrugineo-tomentosa. Racemus terminalis palmaris plus minus nutans. Flores remotiusculi. Fide speciminis Herb. *Vahl* in *Gujana* lecti, quod coram.“ *Meyer.*

1 b. CUCULLARIA *tetraphylla Meyer*; racemis axillaribus simplicissimis; foliis quaternis, coriaceis, utrinque glabris. *Meyer Essequebo p.* 12.

„Arbor altissima, ramis quadrangulis glabriusculis. Folia linear-oblonga, apice in acumen producta, 4-6 poll., 1 : 1½ lata, integerrima, tenuiter costato-venosa, subtus elegantter reticulata, luteo-viridia, nitida. Petioli 2-3 lin., angu-

lati, glabri. Stipulae minutae, ramulo appressae, ovatae. Racemi 2-4, 5-6-poll., patenti-divergentes, in- vel recurvati, obtusanguli, striati, subpubescentes. Pedicelli sparsi, solitarii vel gemini, simplices, varie flexuosi, infra medium bracteis 2 oppositis, minutis, deciduis. Flores lutei. Cal. coloratus lobis rotundatis, lateralibus minoribus. Cor. glabra, laciniâ maximâ lineari, oblongâ obtusâ subemarginatâ, basi in corniculum pedicello duplo brevius desinens cylindricum obtusum; lacinia maximae opposita eâdem duplo brevior et angustior subcrenulata. Anthera nigricans Differt a C. *excelsa* (praeter characteres datos) foliis duplo fere longioribus, pedicellis simplicissimis; a *racemosa* racemis duplo longioribus." *Meyer.* *In sylvis humidis circa Sterbischikreek.*

Pag. 36. n. 3. CUCULLARIAE *emarginatae* addatur:

Etiam in *Americae meridionalis parte aequatoriali*, ubi legit illustr. *de Humboldt*, monente *Link* in *Jahrb.* 1. 3 *p.* 24., qui CUCULLARIAM *lateam Desfont.* quoque in *Herbario Willd.* asservari monet. Huic subjungatur:

Pag. 36. n. 4. CUCULLARIA *citrifolia*; foliis coriaceis, ovatis, obtuse acuminatis, integerrimis; racemis terminalibus, paniculatis. VOCHYSIA *citrifolia Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 491.

Rami glabri teretes, foliis oppositis, utrinque glabris, 4-5 poll., 2 poll. latis, nervo forti, venis tenuibus subparallelis; petiolus pollicaris; racemi approximati pedunculati, longitudine foliorum. *In Brasilia.* Herb. *Juss.*

Pag. 36. CUCULLARIIS subjungatur:

24 a. SALVERTIA.

S. *convallariodora Aug. de St. Hilaire Mem. du Mus.* VI. *p.* 266.

Arbor 15 ped., cortice griseo, fisso, suberoso, ramis tortis, fragilibus, denudatis, pubescentibus, verticillis 5-6 foliorum congestis terminatis. Folia 6-8 in verticillo singulo, magna, ovata, obtusa, integerrima vel apice emarginata, mucronulata, glabra, glaucescentia, nervis elevatis. Petioli breves, pubescentes, sulcati. Thyrsus verticillatus, terminalis, erectus, pedunculo pilis rufis, pedicello singulo bracteâ deciduâ, lanceolatâ. Cal. laciniis ellipticis, obtusis, 2 exterioribus minoribus, alterâ interiorum maximâ, calcaratâ. Petala perigyna, cum calyce alternantia, ovata, obtusa, alba. Anthera magna. Stigma laterale, scutelliforme. Capsula oblonga, trigona, hirsuta, 3-locularis, loculis 1-spermis, 3-valvis. Semen lineari-ellipticum, compressum. *Aug.* de *St. Hil. In Brasilia.* ♄.

25. QUALEA.

Pag. 37. QUALEIS *addatur:*

n. 3. QUALEA *calcarata Hoffmannsegg*; foliis lato-lanceolatis, acuminatis, cuspidatis, integris, glabris; paniculâ terminali; calyce tomentoso, calcarato. *Link* in. *Jahrb.* 1. 3. *H. p.* 25.

In *Herb. Willd.* a Comite de *Hoffmannsegg.*

n. 4. QUALEA *lutea Desfont.* — *Link* l. c.

Obs. In *Herb. Willd.* a Comite de *Hoffmannsegg* servatur ramus habitu QUALEAE, nervi nempe foliorum ad marginem eorumdem confluentes in arcum, nec ad marginem usque extensi, partes quoque exteriores floris tomentosae: sed differunt structurâ. Bracteae 3-4 florem includentes. Folium lineare carnosum florem fulciens. Cal. e foliolis 3-4 inaequalibus ante anthesin convolutis. Filamentum breve, anthera crassâ oblongâ. Pistillum filiforme. Pericarpium biloculare. Folia opposita subsessilia lanceolata acuta subundulata, subtus rugosissima tenue pubescentia, supra glabra. Paniculae terminales bracteis tomentosis. Perigonium fuscum. *Link.* *In Para.*

26. USTERIA.

Pag. 37. USTERIAE *guianensi* addatur synonymon:
MONODYNAMIS *guianensis Poir. Enc.* III. *p.* 204.

Obs. Exemplar mancum in *Herb. Willd.* induxisse mendas, quas *Afzelius gen. pl. p.* 3 carpit; folia suborbiculata subsessilia dixisse *Willdenow*, quae oblongo-ovata, 2-4 lin. *Afzelius*; dissepimenta e valvulis capsulae inflexis construi, cum valvulae dehiscant adeo, ut capsula unilocularis videatur; columellam fefellisse div. *Willdenow*, cum semina omnia excidissent. *Link Jahrb.* 1. *p.* 25.

27. MANGIFERA.

Pag. 37. n. 1. MANGIFERAE *indicae* addantur synonyma:
Link Enum. alt. p. 444. M. foliis lato-lanceolatis, floribus monandris, drupâ reniformi. *Meyer Essequeb. p.* 121. M. *domestica Bott.*

Stamen antheriferum reliquis triplo longius. *Meyer* l. c. Polygamam esse *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 26. *In sylvis continentis Americae etiam*, si re verâ eadem cum orientali. Conferatur MANGIFERA *Amba Forsk.*

Obs. 1. In specimen nostrum M. *indicae* e *Martinica* (*Herb. Sieb.*) quadrat omnino diagnosis data a *Vahl;* minus vero illa a clo *Meyer* reformata, cum folia lanceolata, nec lato-lanceolato sint. MANGIFERA *dubia Spreng.* in *Herb. Balbis*, facta a D. *Bertero* in *Guadeloupe* nullâ prorsus ratione a specimine martinicensi Sieberiano differt, quod omnino idem cum icone *Jacquiana pl.* rar. *t.* 337. Haec vero icon minime quadrat cum laudata ab ill. *Jacquin Rheed. Mal.* IV. t. 1. et 2, et *Rumph* 1. t. 25, ut nobis saltem icon *Rheedeana* et *Jacquiniana* diversas species sistere videatur: illa paniculis pendulis, haec paniculis erectis. Sed viva indagare oportet.

Obs. 2. MANGIFERA? *racemosa*; foliis simplicibus, lanceolato-ovatis; racemis pluribus, terminalibus; drupis ovatis. *Lam. ill.* 2. *p.* 116. *Cattu tsjeru Rheed. Mal.* IV. t. 9 etiam nunc adhuc dum dubia species clo *Poiret* in *Enc. Suppl.* III. *p.* 584.

30. PHILYDRUM.

Pag. 38. n. 1. PHILYDRO *lanuginoso* addatur synonymon:
P. foliis pubescentibus, caule, bracteis, germinibusque lanatis. *Link Enum. alt.* I. *p.* 5. *Bot. Mag. t.* 783.

Cor. flava *Link.* „Folia ensiformia equitantia, 1-2 ped., striata, acuta. Scapus lanuginosus, 4 ped., superne ramosus, involucro foliaceo amplexicauli. Flores sessiles in spica longa, singulus bracteâ lanuginosâ, ovatâ, longe acuminatâ, demum reflexâ. Corollae petala 2 externa lata, ovata, crenulata, quasi bilabiata, interiora parva, tridentata. Filamentum basi petali superioris insertum, basi incrassatum. Anthera flava. Stylus brevis, obliquus, stigmate globoso. Capsula tecta bracteâ dilatatâ et corollâ marcescente, ovata, lanuginosa, generis. Semina calyptrata." *Bot. Mag. l. c.* Iudicent ergo de speciebus sub *lanuginoso* latentibus, qui plantas sub hoc nomine latentes viderint.

31. SALICORNIA.

Pag. 38. n. 1. SALICORNIAE *herbaceae* addatur synonymon:
S. caule herbaceo; articulis subcompressis; spicis axillaribus terminalibusque, teretibus, utrinque acutis; pedunculo brevi; areolis floriferis triangularibus; cellulis floribusque tribus. *Lagasc.* in *Herrera Agricultura ed.* 1818. *p.* 273., qui *Fl. Dan. t.* 303. laudat tanquam eximiam. (alia est icon varietatis α in *Fl. Dan. t.* 1621.)

Obs. 1. Cum cls. *Lagasca* plures enumeret species, easque novas, interest descriptionem nosse *herbaceae* suae, cum nostra non omni ex parte convenientis: „Herbacea, annua, glaberrima, laevis, spithamaea vel pedalis. Rad. subsimplex. Caulis erectus, subteres, cortice carnoso, exsiccatus angulis 4 obtusis, articulis apice in infundibulum breve abeuntibus Rami oppositi similes cauli, simplices. Spicae oppositae et terminales, solitariae, teretes, utrinque acutae, pedunculo brevissimo, squamosae, foliis floralibus seu squamis oppositis, obovatis, erectis, demum patentibus. Areolae in rhachi spicae 2, oppositae, triangulares, triloculares, loculi inferiores subobovati, intermedius superior trapeziformis, singulus florifer. Cal. carnosus, basi cuneatus, margine depressus, oblique truncatus, figurâ cellulae in qua latet. Stam.? Stylus bifidus, stigmatibus 2 acutis. Semen minimum in fundo calycis. Variat caule filiformi. *Lagasc.* Variare S. *herbaceam* articulis apice crassioribus, cylindricis, integris, et facile varietatem esse *fruticosae*, quae caule erecto, articulis subaequalibus, obtusis, internodiis approximatis. *Brotero Fl. lusit.* p. 18. S. *herbaceam* americanam, parvam, erectam, spicis lineari-oblongis, pedunculis compressis apice incrassatis, differre ab *europaea* articulis apice planis, integerrimis, nec emarginatis monet *Bigelow Florul. bost.* p. 3.

Obs. 2. SALICORNIAE *herbaceae* varietates sic disposuit cls. *Steudel* in *Nomencl*: S. *acetaria α. Pall.*; S. *annua Smith, Sauv., Afzel.*; S. *europaea α. Gouan, Huds.* — *β.* S. *herbacea myosuroides Poir.*: S. *herbacea γ. Smith*; S. *europaea δ. Huds.* — *γ.* S. *herbacea purpurascens Poir.*; S. *annua Haw*; S. *virginica Schell.*

δ. S. *herb. major Poir.*: — ε. S. *herb. biennis Poir.* — ζ. S. *stricta Willd. Hb.*; S. *acetaria β Pall.*; et conferre adhuc jubet: *perennantem, procumbentem, radicantem.*

Obs. 3. Enc. *Marsch.* a *Bieberst.* speciem hanc exposuit sequentibus: „S. *herbacea*; herbacea, patula, articulis subcylindricis. (Huc: *Flor. taur.* cum syn. *Smith brit.* 1. *p.* 2. *Engl. bot.* 413. *Schrad. germ.* 1. *p.* 69.) — α. erecta, parum ramosa. S. *acetaria* annua, strictim erecta; subramosa; amentis oppositis cylindricis, lateralibus terminalibusque. *Pall. illustr.* I. *p.* 7. t. 1. et t. 2. f. 1. „(Hanc asservari in *Herb. Willd.* nomine S. *strictae* tanquam speciem propriam *Link Jahrb.* 1. 3. p. 26. *Fl. Dan. t.* 1621.)" — β. ramis elongatis diffusis seu procumpentibus. S. *prostrata Pall. illustr.* I. *p.* 8. *t.* 3. *Syst. Veg. ed. nostr.* I. *p.* 39. *n.* 2. S. *herbacea β Pall. it.* A. f. 1. „(Haec, fide specim. *Pallasiani* in *Herb. Willd.* a SAL. *procumbente Smith* non videtur diversa, licet *procumbens* ibidem desit. *Link Jahrb.* I. 3. p. 26.)" S. *perennans Linn.* ed. *Willd.* I. *p.* 24. — γ. S. *pygmaea Pall.* ut in *S. V. ed. nostr. p* 39. *n.* 4. „Flosculi „addit" terni duarum oppositionum, basi laterali articulorum caulinorum utrinque innidulantes. Stamen unicum filamento brevi, antherâ didymâ flavâ. Stylus brevissimus, stigmatibus 2 - 3 plumosis. Calyces maturum semen foventes demum decidui cinguntur membranâ angustissimâ circulari, analogâ SALSOLARUM fructiferarum appendicibus calycinis. Surculorum crassitie, articulorum formâ et modo crescendi admodum variat; et dantur individua, quae, decerptâ radice inter chartas exsiccata, ramos hornotinos S. *caspicae* exacte referunt. Talis polymorphia condendis speciebus S. *prostratae* atque *pygmaeae Pallasio* ansam praebuit; quas equidem pro meris nostrae SALICORNIAE varietatibus habeo."

Pag. 39. n. 2 bis. SALICORNIA *procumbens*. Huic a clo *Steudel* tanquam synonyma junguntur (praeter *herbaceam Ehrh.*)

S. *europaea η Huds.*, S. *herbacea δ Smith*, *β Spreng.* et instar *β*. S. *prostrata Pall.* in *ed. nostr.* S. V. *n.* 2.

n. 3. SALICORNIA *radicans* illo de *Uechtritz* varietas *fruticosae* videtur.

Pag. 39. n. 5. SALICORNIA *ambigua* ill. de *Uechtritz* cum *Poiret* varietas videtur *fruticosae*.

Pag. 39. n. 6. SALICORNIA *indica*. Addatur synonymon:

S. perennis, diffusa; articulis gibbosis; spicis cylindricis; floribus absconditis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. p. 83 (qui ipse laudat *Vahl.*)

Rami etiam lignosi, diffusi ad pedes plures, alterni et oppositi, juniores adscendentes. Articuli *brachiatâ* longiores: florentes breves. Spicae terminales, cylindricae, erectae, obtusae. Flores oppositi, terni, margine incrassato internodii inferioris absconditi. Cal. brachiati. Stamina se nunquam vidisse *Roxb.* l. c.

Obs. SALICORNIA *indica R. Brown*, floribus 5 - 7, diandris; spicis terminalibus, cylindraceis; articulis clavatis, compressiusculis, retusis;

caule suffruticoso, ramis adscendentibus *Nov. Holl.* I. p. 411. nonnisi cum? a cl. *Poiret Supplement* V. p. 22. ducitur ad S. *indicam Vahl.*

n. 6a. SALICORNIA *brachiata Roxb.*: perennis erecta; ramis numerosis, decussatis; articulis conjunctis; spicis cylindricis; floribus conspicuis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 32. *n.* 1.

Caules plerumque lignosi, crassitie calami scriptorii, basi subinde digiti minimi, 12-18 poll. Rami adscendentes, ramosi, apice succulenti, articulis crassis, succulentis, annularibus, mitrae ad instar cingentibus ramulos filiformes, ligneos, supra concavis, elevationibus 2 oppositis, itidem decussatis. Flores terni, oppositi. Cal. substantia carnosa, lageniformis, fissurâ longitudinali pro stamine et stylo. Stamen semper 1. Anthera sagittata. Stigma bifidum. Caps. calyx siccus cum semine deciduus. Conferenda cum *herbacea. Roxb.* *In demissis humidis salsis copiose.*

Pag. 40. n. 7. SALICORNIAE *perennanti* addatur synonymon: *Lagasca* in *Herrera Agricultura* 1818. *p.* 275.

Obs. Non esse varietatem *herbaceae* ex culturâ asserit cls. *Lagasca*: distincta spicis filiformibus aequalibus, ut plurimum ternis, praecipue ex apice. *Herbacea* ramosior, et certo perennans.

Pag. 40 n. 8. SALICORNIAE *fruticosae* addatur synonymon cum?:

S *fruticosa*; caule fruticoso, articulato; ramis oppositis; internodiis teretibus, crassis; spicis cylindricis, obtusis; areolis obovatis, fere circularibus, unilocularibus, trifloris. *Lagasca* in *Herrera Agricult. ed.* 1818. *p.* 277, cum variett. seqq. α. spicis cylindricis simplicibus terminalibus in ramis annuis, internodiis ramorum subaequalibus crassissimis. Huc videtur spectare *Kali geniculatum Ponae Dalechamp. Hist.* 2. *p.* 262 et *Salicornia Dodon. Pempt. p.* 82. β spicis axillaribus oppositis sessilibus aut subsessilibus, terminali longiori et pedunculatâ. SALIC. *fruticosa Lam. illustr. t.* 4. *f.* 2a. γ. internodiis ramorum angustatis basi, spicis simplicibus, foliis squamisque acutis. (*Steudel* in *Nomenclatore* sub S. *fruticosa* laudat, tanquam synonyma, S. *europaeam*, β *perennem Gouan.* S. *europaeam* γ. *Huds.* S. *sempervirentem Sauv.* et conferre jubet *ambiguam*, *radicantem*, *strobiliferam*).

Caulis erectus vel adscendens, ramosissimus, internodiis apicem versus parum incrassatis, subinfundibuliformibus, cortice crasso succoso, in α et β glauco, 1-2 lin., apice emarginaturae obtuso; in γ duplo longiora, cortice minus crasso et succoso, apice emarginaturae subacuto. Spicae in α 1-3 poll., internodiis 1 1/2-2 lin. longis; in β spicae 2 oppositae terminali, quae 7-10 linear., bis terve breviores; in γ spica brevior

quam in α et β, squamis per 4 quasi series imbricatis. In parte inferiore internodii singuli spicarum areolae 2 oppositae, concavae, fere circulares, medio occlusae squamis foliisve floralibus internodii inferioris cavum constituentibus superne lineis 2 longitudinalibus protuberantibus signatum, et indicantibus locum, ubi flores illi terni. Cal. carnosus, oblongus, basi angustatus, apice oblique truncatus. Stylus in stigmata 2 fimbriata divisus. Semen ovatum nigrum minimum in fundo perigonii. *Lagasc.*

Obs. α et β status tantum diversi ejusdem speciei videntur. Rami et spicae pruinâ glaucâ tecti; squamae magis obtusae. γ rigidior, magis exsucca, squamis seu foliis angustioribus, ut diversa fors species. Quartam adhuc varietatem circa *Alicante* et *Cabo de Gata* lectam a se et D. *Clemente*, sine flore caule ramisque similem γ. sed foliis multum obtusioribus. Simillima Salicorniae *Gmelin Fl. sibir.* III. t. 1. f. 1. Neutra tamen ex his quatuor SALICORNIA *fruticosa Linn.*, utpote quae diversae videntur a specimine hujus misso a clo *Thunberg.* α-β *circa Gades* etc.; γ *in Murcia. Lagasc.*, qui synonymon *Willdenowi* excludi jubet, quae illi.

n. 8a. SALICORNIA *anceps Lagasc.*; fruticosa; internodiis ramorum compressis, ancipitibus. *Lagasc.*; in *Herrera Agricult.* 1818. *p.* 280. et hoc teste: S. *fruticosa*, ramis oppositis, articulatis; ramulorum articulis ancipitibus, *Willd. Spec.* I. *p.* 24 (excl. synonym.)

In Roquetas et Cabo de Gata D. *Roxas Clemente.*

n. 8b. SALICORNIA *mucronata Lagasc.*; caule fruticoso; ramis foliisque oppositis, ovatis, concavis, carinatis, mucronulatis, pungentibus. *Lagasc.* in *Herrera Agricult.* 1818. *p.* 280, et, hoc teste, *Kali* I. et II. *Bauh. Hist.* III. *p.* 705.

Affinis *fruticosae* L., sed, praeter characteres datos, distincta etiam colore pallidiore. *Lagasca* l. c. *Circa Nijar in regno Granatensi.* D. *Roxas Clemente.*

Obs. Huc nobis videtur spectare, fide speciminum a *Sieber* circa *Damiatte* lectorum, SALICORNIA *glauca Delisle*, a clo *Steudel* cum *virginica* conjuncta. Quadrat ad amussim diagnosis. Exemplaria nostra spithamaea et pedalia Caulis crassitie pennae, rami fili emporii crassioris. Internodia inferiora ramorum 2 fere lineas longa; superiora valde approximata. Foliorum margo membranaceo-cartilagineus. Flores in axillis utrinque sessiles, 3. Antherae parum prominentes, et, ut videtur, numero inconstantes. Semina non vidi.

n. 8c. SALICORNIA *peruviana Humb.* et *Bonpl.*; caule fruticoso, procumbente, ramoso; articulis cylindraceis, apice incrassatis, truncatis, glabris; spicis teretibus, oppositis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 155. S. *equisetifolia Herb. Willd.*

Articuli 1/2 poll.; rami oppositi, acuti, secundi, glabri, articulati, aphylli; articulis 2 aut 4 lin. longis, compressiusculis, apice incrassatis, truncatis. Spicae 1/2 poll., sessiles,

spicam terminalem 3 poll. referentes. Stamina duo. Stigmata simplicia. Fructus? *Crescit in Peruviae maritimis prope Guarmay.* ♄. Speciem alteram fruticosam in maritimis prope Cayo Bonito et Cayo Flamingo collegerunt *Humboldt* et *Bonpland.* Specimen tamen in herbario asservatum carie destructum est.

Pag. 40. n. 9. SALICORNIAE *virginicae* addatur:

Obs. Fide speciminum americanarum a S. *herbacea* clo *Link* (*Jahrb.* 1. 3. *H. p.* 26.) omnino distincta videtur caule lignoso, articulis multo longioribus, gracilioribus. Cls. *Steudel* jungit cum *virginica* SALICORNIAM *glaucam Delisle*, quae sane diversa.

n. 11. SALICORNIA *strobilacea* et n. 12. SALICORNIA *caspica* genus nunc sistunt proprium, HALOCNEMUM, ad quod referendae, et hîc delendae.

n. 11. SALICORNIA *Alpini Lagasc.*; spicis cylindricis, oppositis. *Lagasc.* in *Herrera Agricult.* 1818. *p.* 275. Kali 1. *Alpin. aegypt. p.* 126.

Caulis plus minus erectus, articulatus, lignosus, cortice carnoso, internodiis teretibus, sursum parum incrassatis, apice margine brevissimo obtuso integerrimo. Rami oppositi, patentes vel divaricati, cauli similes. Folia nulla, nisi margines internodiorum. Spicae axillares et terminales solitariae, inferiores longe pedunculatae, obtusae, crassitie fili emporii, 1-1 1/2 lin. latae, 6-18 lin. longae; internodia brevissima, margine obtuso concavo ad apicem, in quorum singulo areolae 2 fere circulares triloculares, intermediâ angustiore, apice dilatatâ, circulari; lateralibus semicircularibus latioribus: singula uniflora. Cal. carnosus, compressus, truncatus, supra areolam prominens, basi angustatus. Stylus bifidus, stigmatibus 2 acutis. *Lagasca* l. c. *In Aegypto.*

Pag. 40. n. 13. SALICORNIAE *arabicae* addatur synonymon:

S. ramis spicisque alternis, obovatis; internodiis ramorum ramulorumque apice incrassatis. *Lagasca* in *Herrera Agric. ed.* 1818. *p.* 280. Kali arab. 2 genus. *Dalechamp. hist.* 2. *app.* 20 c. icone. Kali geniculatum alterum v. minus. *Moris. hist.* 2. *p.* 610. (utraque mala.)

Quo certius distinguatur ab affini S. *Alpini*, hic descriptio data a *Pallas:* „Frutex generis pulcherrimus, tenuissimus, habitu *Anabaseos*, vel *Tamaricis*, vix pede altior. Rad. lignosa, crassa, profunda, ramis flexuosis, parum profundis; caules plures erecti, crassi, frutescentes, cortice aequali, albido, fisso, ramosissimi. Rami annui subdivisi. Spicae obtusae, torulosae, 1 1/2-2 lin., sessiles vel subsessiles, 3-4 pluresve in ramulo singulo. Flores pauci in spica singula, alterni, quidquam prominuli, tuberculis 3, intermedio majore magis prominulo stigmate, lateralibus 2 antherâ sessili. Semen SALIC. *perennantis* in flore stylifero et in altero ex antheriferis, altero vacuo: etiam in apice flos antheriferus.“ *Lagasc.* Huic subjungatur:

n. 13 a. SALICORNIA *Nei Lagasc.*: fruticosa, articulis abbreviatis, integerrimis, aphyllis, diffracto-distinctis: spicis teretibus, obtusis, sessilibus, sparsis, confertis. *Lagasc.* in *Herrera Agricult.* 1. *p.* 281.

Affinis *arabicae* differt: spicis pluribus, ramos quasi tegentibus. Caulis teres, articulis 1-1 1/2 lin., ramosissimis, ramis nunquam oppositis, articulis brevissimis. Spicae erassitie filii emporii, 5 6 lin., terminali semper majore, internodiis 1/3 lin. *Lagasca.* *In America meridionali.* D. L. *Née.*

Pag. 41. n. 1'. SALICORNIAE *foliosae* addatur synonymon:

SALIC. *foliata*; fol. alternis, decurrentibus; spicis sessilibus teretibus; caule lignoso. *Lagasc.* in *Herrera Agricult.* ed. 1818. *p.* 271.

Rad. longa, profunda, caulibus pluribus, lignosis, adscendentibus, ramosissimis, ramis annuis, sparsis, paniculatis, foliosis, fertilibus; inferioribus sterilibus. Folia per series 4, carnosa, teretia vel ovata, agglutinata, basi dilatata, extrorsum curvata, in ramis floriferis distantia, in sterilibus imbricata Spicae solitariae axillares, subfusiformes, paniculam foliosam sistentes, fere pollicares, 2 lin. latae, erectae, floribus undique tectae vix prominentibus. Flores terni in totidem areolis vel nidulis iisdem latioribus; intermediâ pentagonâ, et flore ibidem demerso stylo bipartito, parum breviore quam in SALICORNIA *strobilacea*, lateralibus minoribus trapeziformibus, antheris subsessilibus Semina in areola communi tria, (ut ergo etiam flores laterales, qui tamen antheriferi tantum, semina ferant, licet interdum abortiantur) reniformia, minima. *Lagasca* ad specimen *Pallasianum.* *In Andalusia de Roxas Clemente.*

Pag. 41. n. 15. SALICORNIAE *perfoliatae* addantur synonyma:

S. *foliata* L. var. *Pall.* et S. *foliata* var. *Poiret*; utraque fide *Steudel.*

Pag. 41. n. 16. SALICORNIAE *amplexicauli* addatur synonymon:

S. foliis cord. amplex. alternis; caule herbaceo. *Lagasca* in *Herrera Agricultura* ed. 1818. *p.* 41.

Herba annua, erecta, 6 poll., caulibus 2-6, ramis alternis filiformibus. Folia quasi agglutinata, medio amplexicaulia, parte superiore prosilientia; floralia undique, squamarum adinstar strobilorum, imbricata, caulinis caeterum similia. Spicae solitariae axillares, sessiles, cylindricae, obtusae, subpatentes; 2-10 lin., 2 lin. latae. In singulo folio florali stamina 3, filamentis in parenchyma folii penetrantibus, antheris, ut videtur, sessilibus, sagittatis, bilocularibus. Ad latus filamenti singuli stylus brevissimus etiam parenchyma folii intrans, in quo germen delitescit. Semen nudum, lenticulare, admodum parvum, acutum. *Lagasca* l. c. *In Puerto de S. Maria, Gutierrez; in Chiclana et Sanlucar de Barrameda* D. *de Roxas Clement.*

n. 33. HIPPURIS.

Pag. 42. n. 1. HIPPURIS *vulgaris*. Adde synonyma:
Wahlenb. Fl. upsal. p. 1. *Svensk Bot. t.* 335.

n. 2. HIPPURIS *maritima*. Addatur icon:
Fl. dan. t. 1261.

33. ZOSTERA.

Pag. 42. n. 1. ZOSTERAE *marinae* addatur synonymon:
Lagasca in *Herrera Agricultura* ed. 1818. *p.* 304.
ALGA *marina Lam.* — *β. angustifolia Fl. Dan.* 1501.

Caulis sarmentum teres, laeve, per intervalla nodosum: e nodo singulo radiculae filiformes, descendentes, simplices, ramis brevibus, foliis obtusis basi vaginantibus, subtus e viridi-fuscis, basi dilatatis in spatham latere apertam, e qua spadix, antheris ejusdem apici, basi vero germinibus insidentibus, sessilibus. Semen ellipticum, exalbuminosum, vitello albo, subcarnoso. Embryo filiformis, hamatus. *Lag.*

n. 2. ZOSTERAE *mediterraneae* addatur synonymon:
Lagasc. l. c.

E nodis superne radiculae filiformes, flexuosae, ramosae, inferne rami breves, foliis obtusis. Flores in apice ramorum vaginâ foliorum tectorum; antherae in filamento tenui, prominulo, 4, s. unica quadrilocularis, elongata; germina in feminis subsessilia, didyma, subcompressa, stylo filiformi, stigmate laciniis 2 subulatis stylo longioribus. Caps. convexa, latere altero plana.

Quid { ZOSTERA *bullata Delisle.*
ZOSTERA *nodosa Raeuschel.*

35. CENTROLEPIS.

Pag. 43. n. 2. C. *pulvinata*. Ad calcem definitionis, ante *R. Brown*, scribe: DEVAUXIA *pulvinata*; omnes enim CENTROLEPIDES sunt DEVAUXIAE apud *R. Brown*.

37. MITHRIDATEA.

Pag. 44. MITHRIDATEAE addatur:

2. M. *cymosa Herb. Willd.* Nova species, sed specimen imperfectum. *Link Jahrb.* 1. 3. *H. p.* 27.

D I G Y N I A.

Pag. 45 ante n. 38. CORISPERMUM inseratur:

n. 37 a. H A L O C N E M U M.

1. H. *strobilaceum M. a Bieberst.*; suffruticosum, diffusum, aphyllum, articulis caulinis brevissimis. *M. a Bieberst. Suppl. taur. cauc.* I. *p.* 3. SALICORNIA *strobilacea. Linn. S. V. ed. nostr. T.* 1. *p.* 40. *n.* 11. (*Gmel. sibir.* III. *p.* 8. *t.* 1. *f.* 1. in *Enc. meth.* cum? S. *fruticosae* subjectum.)

2. H. *caspicum M. a Bieberst.*; fruticosum, erectiusculum, aphyllum, articulis caulinis subcylindricis. *M. a Bieberst. l. c.* SALICORNIA *caspica M. a Bieberst. Fl. taur. cauc. n.* 3. (c. synon.) *Pall. illustr.* I. *p.* 12. (excl. synon. *Buxb. Cent.* I. *t.* 11. *f.* 1. ab ipso auctore prius ad S. *foliatum* allegato, porro auctoris icone t. 7., quae exprimit S. *foliatae* varietatem amentis longioribus). *S. V. ed. nostr, n.* 12.

Obs. „SALICORNIA *foliata*, HALOCNEMO *strobilaceo* perquam affinis, hujus quoque generis videtur. Pro certo tamen nil affirmabo, quum siccam tantum viderim, fructificationibus obliteratis." *M. a B.* l. c.

38. C O R I S P E R M U M.

Pag. 45. n. 2. CORISPERMO *hyssopifolio* addatur:

Obs. Cls. *Link* in *jahrb.* 1. 3. *H. p.* 27. et *Enum. alt. p.* 7. distinguit C. *hyssopifolium:* caule superne pubescente; fol. linearibus mucronulatis; bracteis ovatis, acuminatis; corollis dipetalis, (in *Enum.* monopetalis, bifidis, albis); seminibus compressis integris, stylis basi persistentibus; atque huc ducit: *Willd. Enum. p.* 8. *Pall. ross. t.* 98. *f.* A. *Sibth. Fl. graec. t.* 1., monens; „nec in icone a *Jussieu Mém. de l'Acad. de Paris* 1711 data, nec in Sibthorpiana deesse mucronem tenuem, nec in ullo specimine Willdenowiano, et, cum specimina Sibthorpiana collata fuissent cum Linnaeanis, etiam Linnaeana mucrone illo gaudere; divum *Pallas* vero" folia inermia „recepisse inter characteres, huncque secutos fuisse *Vahl* et *Marsch. a Bieberst.* mucronem omnino denegantes; existere ergo omnino speciem talem, licet in icone Pallasiana mucro adsit potius quam desit. Semina 2 1/4 lin. convexa, integra, fuscescenti-viridia." — Non clare intelligimus, quae cls. *Link. l. c. p.* 29 profert dicens: „nomine C. *pentandri* in Herb. *huic* alia adjacet species floribus multo minoribus, bracteis brevioribus latioribus, staminibus 5, seminibus nondum adultis, quae tamen in speciebus reliquis primis jam antheseos temporibus formata. Huc *Pallas illustr. t.* 59." An TO *huic* C *canescens*, de quo paulo ante sermo erat, vel ipsum *pentandrum* indigitat? An *Pallas illustr. t.* 59 ad *pentandrum* vel ad speciem adjacentem spectat? His non consentire videtur cls. *M. a Bieberst.*, tum *Suppl. Fl. taur. cauc. p.* 4. distinguit: „CORISPERMUM *hyssopifolium*, foliis petaloideis, foliis oneg vibus

bracteisque inermibus, fructibus glabris styli basi persistente subrostellatis" et huc ducit: „C. floribus corollatis, foliis bracteisque enervibus muticis; seminibus glabris *Steven Mém. Soc. mosq.* V. *p.* 334. C. *hyssopifolium Pall. ross.* 2. *p.* 112. — α. Spicis ad caulis ramorumque extremitates laxis. C. *hyssopifolium Fl. taur. cauc. n.* 4. (cum syn. excl. ic. *Pallas ross. t.* 98. *f.* A) C. *hyssopifolium* var. a. b. c. *Steven Mém.* l. c. — β. Spicis floriferis confertis axillaribus alternis, versus extremitates caulis atque ramorum. C. *hyssopifolium* var. d. e. f. *Steven* l. c. *Pall. ross.* 2. *icones t.* 98. *f.* A. B. C. D. Petalum unicum „addit" apice dentato-lacerum. Stamina 1-5: numero inconstanti in uno eodemque saepe individuo." Varietas insignis est C. *hyssopifolium* β. *americanum*, spicis approximatis, axillaribus et terminalibus, squarrosis, foliis linearibus angustis nervosis subulato-mucronatis. *Nuttall Genera p.* 3. Spontanea glabra, culta tomentosa, pilis multifidis. Caulis striatus, squamae calycinae rhombeo-ovatae, acuminatae, squamis hypogynis paleaceis, minutis, erosis. Ad Missouri.

Pag. 45. n 3. CORISPERMUM *nitidum* ab ill. de *Uechtritz* β dicitur hyssopifolii.

Pag. 45. n. 4. CORISPERMO *Redowski* subjungatur:

n. 4bis. C. *spicatum Willd.*; spicis terminalibus; foliis bracteisque lineari-lanceolatis, reflexis; seminibus solitariis, integerrimis, vix marginatis. *Schweigg. Enum. H. regiom. p.* 26.

Caule et foliis saturate rubris eminus a reliquis distinctum; caeterum caulis diffusus, procumbens, angulatus, sulcatus, glaber, ramis floriferis erectis, in spicam elongatis; folia imbricata, carnosa, apice reflexa, sessilia; flores axillares solitarii, sessiles, inferiores remoti. Folia floralia saepius caulinis parum breviora, mucronata aut inermia, reflexa, summa patentia. Semina fusca, stylis persistentibus coronata, minime obcordata. *Habitat?* Anne semina a clo. *Desfontaines?*

Pag. 45. n. 5. CORISPERMO *canescenti* addatur synonymon:

C. caule pubescente; foliis linearibus, mucronulatis; bracteis linearibus; corollis dipetalis, (in *Enum.* monopetalis); seminibus glabris, emarginatis. *Link Jahrb.* 1. 3. *H. p.* 28. *Enum. alt. p.* 7. C. *squarrosum Willd. Enum. p.* 8. (secundum Herbarium; fide *Link.*)

Habitus *intermedii*, semina *hyssopifolii*; sed apice profunde et anguste emarginata. *Link.*

n. 5a. C. *tenue Link*; caule superne pubescente; foliis bracteisque linearibus, mucronulatis; floribus apetalis; seminibus glabris, integris. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 29. *Enum. alt. p.* 7.

Horto berolinensi nomine C. *hyssopifolii* missum. Rad. simplex, recta. Affine *hyssopifolio*; sed flores axillares ad radicem fere usque descendentes. *Link.* *Habitat?* ⊙.

Pag. 46. n. 6. CORISPERMO *intermedio* adde synonymon:

C. caule superne hirto; foliis linearibus, mucronulatis; bracteis ex ovato-linearibus; corollis dipetalis; (in *Enum.* o!!) seminibus glabris, planis, integris; stylis deciduis. *Link Jahrb.* 1. 3. *H. p.* 28. *Ejusdem Enum. alt. p.* 7.

Asservari sub C. *hyssopifolia* in *Herb. Willd.*; semina ultra lineam longa, nigrescentia: *Link.* Ill. de *Uechtritz* hanc speciem eandem credit cum *canescente.* Anne huc CORISP. *pungens Savi*? Cls. *Baer* in *bot. Zeit.* 1821 p. 405 huc trahit CORISP. *patens* (*Syst. Veg. ed. nostr.* p. 579,) monetque variare idem foliis linear-lanceolatis pollicaribus, et foliis linearibus angustissimis, 2-3 poll.

Pag. 46. n. 7. CORISPERMO *squarroso* addatur:

Obs. CORISPERMUM *squarrosum*; caule superne pubescente; foliis linear-lanceolatis; bracteis linearibus; floribus apetalis; seminibus convexis emarginatis *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 29. *Ejusd. Enum. alt. p.* 7. adhucdum dubium, cum cls. *Link* in synonymis habeat: 1. C. *squarrosum Marschall Fl. taur. cauc.* I. *p.* 3, quod, monente ipso clo *Marschall in Suppl.*, non est verum *squarrosum*; 2. C. *hyssopifolium Pall. Fl. ross. t.* 98. *f.* B. C. D., quod *Marsch. a Bieberst.* nunc excludit, et ad *hyssopifolium* mittit. 3. C. *spicatum Willd. Enum. Suppl. secund. Herb.*, de quo quidem dubium nullam esse potest, quod idem sit cum C. *squarroso Link*; sed quid *squarrosum* hocce suum? „Omnino distinctum, „addit cls. *Link*," foliis latis, fere lanceolatis. Secundum *Floram graecam Pall. ross. t.* 98. *f.* B. C. speciminibus Linnaeanis plurimum convenit."

n. 7 a. CORISPERMUM *Marschallii Stev.*; floribus apetalis; foliis enervibus bracteisque inermibus; fructibus glabris, apice emarginatis. *M. a Bieberst. Suppl.* I. *p.* 5. *Steven Mém. mosqu.* 5. *p.* 336. CORISP. *squarrosum Fl. taur. cauc. n.* 5. (excl. syn. *Pallas.* Monente ipso *Marsch. a Bieb.*)

„Habitu simillimum C. *hyssopifolia* β, sed bene distinctum defectu corollae et stylis 2 distinctis apici pistilli, ubi margo cingens deficit, insertis, nec margine utrinque in styli basin excurrente. Synonyma *Linnaei*, *Vahli* atque *Ammani* in *Flor. taur. cauc.* huc adducta ambigunt hoc inter et *hyssopifolium*, quum locis citatis nulla de discrimine a partibus fructificationis desumpto mentio; quamobrem C. *squarrosi* nomen commode aboleri posse censeo, compositâ sic de synonymia Linnaeana, alioquin vix ac ne vix quidem extricanda, lite." *Marsch. a Bieb.*

Pag. 46. n. 8. CORISPERMO *pungenti* addatur synonymon:

C. floribus apetalis; foliis nervosis bracteisque mucronato-pungentibus; fructibus glabris, bicuspidatis. *Marsch. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 5. *Flor. taur. cauc. n.* 6. CORISP. *squarrosum*, floribus nudis; foliis linear-lanceolatis, nervosis, bracteisque subulatis pungentibus; spicis axillaribus brevissimis, squarrosis. *Stev. Mém. mosq.* V. *p.* 337.

Hujus fructus maturitate basi dorsali rimâ circulari dehiscens, semen lenticulare, ipso multoties minus, fundit ita, ut emisso semine utriculus vacuus, foramine laterali orbiculari hinc perfossus, supersit; nil vero similis observatur in reliquis congeneribus, quorum pericarpium seminibus penitus adhaeret. AGRIOPHYLLUM *arenarium* nuncupato, cui genere hoc sejungere lubuerit. CORISPERMA staminum numero ab 1 ad 5 variant, sicut POLYCNEMA, SALSOLAE nonnullae et ANABASES; apte igitur his, affinitate naturali iisdem conjuncti, etiam in systemate sexuali subnecti possunt" *M. a Bieberst.* l. c.

9. CORISPERMUM *glomeratum Lagasc.*; glaberrimum, laeve; foliis lineari-lanceolatis, caule longioribus; spicis foliosis, squarrosis, caulem obtegentibus. *Lagasca gen. et spec. nov. diagn. p.* 1.

Patria ignoratur. *Introducta in H. Matritensem ex Parisino anno* 1806 CORISP. *salsoloidis nomine.*

Quid CORISPERMUM *apetalum H. Erford. Zeyh.?*

39. CALLITRICHE.

Pag. 46. n. 1. CALLITRICHI *vernae* add tur:

Obs. Mira et vix unquam componenda auctorum circa hanc plantam dissensio. Exc. *Marsch. a Bieberst.* sub CALLITRICHE *pallente Goldb.* foliis superioribus latioribus aggregatis; seminibus dorso subcarinatis *Flor. cauc. Suppl. p.* 6. *Goldbach Mém. mosqu.* V. p. 118. jungit CALL. *vernam Wahlenb.* (loco a nobis citato) *Targioni obs. dec.* 1. 2. *p.* 7. *t.* 4 *f.* 18 — 22. (ubi monoica dicitur) *Gorter ingric. p.* 147. *Sobol. petrop. p.* 2. et *aquaticam Smith*, atque sic disposuit varietates hujus: „α foliis brevioribus superioribus subrotundis: C. *verna Willd. Spec.* I. *p.* 28. *Fl. Dan. t.* 129. *Poll. palat. n.* 2. *Steph. mosqu. p.* 1. *Hall. hist. n.* 554. C. *aquatica Engl. Bot.* 722. — β. foliis longioribus retusis, superioribus oblongis. C. *pallens* β. *Goldb. l. c.* C. *verna* β. *Wahlenb.* l. c. C. *intermedia Linn. ed. Willd.* I. *p.* 29. *Schkuhr bot. t.* 1. *f. e. Steph. mosqu. p.* 1. *Besser galic. n.* 3. C. *autumnalis Poll. pal n.* 3. C. foliis oppositis oblongis, fructibus integris. *Gmel. sibir.* 3. *p.* 13. *n.* 4. „Sie in aquosis Tauriae meridionalis et in Albania iberica ad fl. Alazonium." Distincta „addit" omnino est, nec cum varietatibus angustifoliis mox recensitae confundenda:

CALLITRICHE *virens Goldb*; foliis uniformibus, aequidistantibus; seminibus dorso membranaceo marginatis; *Goldb. Mém. mosqu.* V. *p.* 119, genuinae C. *autumnali Linn.* respondens, quam in aquosis ad *Nevam* crescentem nuper curatiori examini subjeci. Huc etiam spectant C. *autumnalis Wahlenb. lapp.* 3. *Gorter ingr. p.* 148. *Sobol petrop. p.* 3. *Steph. mosqu p.* 1. et C fructibus quadrifariam dehiscentibus. *Gmel. Sibir.* 3. *p.* 13. *n.* 5. *t.* 1. *f.* 2. (mala). Dignoscitur facile a *pallente* colore herbae satius viridi, foliis omnibus ordine aequabili per caulem distributis, uniformibus, angustis, texturâ densiore, fructibus crebrioribus atque majoribus. Varietas hujus pygmaea vix 2 poll., ex inferioribus geniculis radicans, habitum tamen suum servans, Petropoli in inundatis maritimis post exsiccationem inter Scirpos minores."

Contrario C. *autumnalis Brotero*, quae monente *Link* alia species, CALLITR. *latifolia* dicitur in *Brot. Fl. lusit. p.* 5, et distinguitur „foliis omnibus linearibus apice bifidis, capsulâ pedunculata," ubi in nota additur: „absque dubio sunt verae species, alia *latifolia*" quae illius „*verna*, foliis superioribus ovalibus, apice integris, capsulâ sessili") foliis ovalibus, capsulâ subsessili, alia *angustifolia*, foliis linearibus, capsulâ pedunculatâ: florent autumno et vere. Secundum clm. *Sibthorp* sunt varietates ejusdem speciei, quam C. *aquaticam* nominat. Flores non raro in utraque specie monoici, etsi interdum in C. *autumnali* hermaphroditi occurrant." Etiam cls *Link* denuo dicit *Jahrb.* 1. 3. *p.* 29 et *Enum. alt. p.* 7. „C. *verna* foliis apice integris, non emarginatis certe distincta videtur ab *intermedia*. Huc C. *minima Hoppe*, *cespitosa Schulz*, *terrestris Mühlenb.* ex America boreali. C. *autumnalis Auct.* saepe proxima *intermediae*, nec differunt in Herbario Willdenowiano C. *glomerata* et *confervoides*. At diversa videtur C. *decussata* a me dicta foliis brevibus rigidiusculis e lacubus megapolitanis, aeque ac C. *graminea* a Lusitania." C. *autumnalem* a *verna* distinguit foliis uninervibus truncatis in *Enum. alt.*, ubi tamen utramque sub C. *aquatica* jungit. C. *intermediam* distinctissimam esse speciem a *verna*, in Italia valde obviam et constantissimam, hinc restituendam, monet *Bertolone in litt.* C. *heterophylla Pursh*, quae ad *intermediam* duci solet, caule gaudet compresso, bistuloso, rami inferiores foliis angustioribus vestiuntur, saepe emarginatis, floribus monoicis; rami centrales foliis retusis, spathulato-ovatis, trinervibus, floribus hermaphroditis, staminibus longe exsertis. Confer *Nuttall gener. p.* 3. Etiam *Bigelow* in *Florul. Bost. p.* 2. folia apice rotundata, nec acuta (ut in *europaea*) esse monet in sua C. *aquatica*.

Pag 47. n. 4. CALLITRICHE *aestivalis*.

Obs. Cls *Steudel* hanc esse varietatem jubet *vernae*, δ *stellatam Hoppe*.

Quid CALLITRICHE *androgyna Schumach.*?

n. 40. MNIARUM.

Pag. 48. Ponatur n. 41 post BLITUM, et MNIARO *fasciculato* addatur *Poiret Enc. Suppl.* III. *p.* 710.

40. BLITUM.

Pag. 49. BLITIS addantur:

4. BLITUM *petiolare Link*; foliis triangularibus, hastatis, subdenticulatis; glomerulis florum summis bracteatis, plerisque petiolo innatis. *Link Enum. alt. p.* 8.

„Nomine BL. *chenopodioidis* accepimus, speciei obscurae et potius expungendae." (??) Caulis diffusus, glaber, angulatus. Folia minora quam in *virgato*, vix poll., in petiolum attenuata, acuta, superiora integerrima, inferiora hinc inde dentibus, glabra. Capitula florum gemina. Cal. fructus ruber, baccatus, minus tamen quam in praecedentibus." *Link* l. c. *Habitat?*

5. BLITUM *Nutallianum*; foliis subhastato-triangularibus, subdentatis, utrinque attenuatis; glomerulis omnibus axilla-

ribus, foliosis; seminibus distinctis, punctatis, nec baccatis. BLITUM *chenopodioidis? Nuttall gener. p. 4.*

Caules erecti, virgati; semina nuda, imbricata, foliolis aliquot linearibus circumdata, eadem excedentibus, cal. 0; stylus 1, profunde bifidus. Semen obovatum, submarginatum, sub tegmine exteriore fuscum, punctis impressis, subrugosum, basi emarginatum. Corculum circa perisperma farinoso-corneum curvatum. *Nuttall.* *In aridis ad ripas Missouri.* ☉.

6. B. *maritimum Nuttall*; calyce membranaceo; glomerulis axillaribus spicatis, nudis; foliis lanceolatis, utrinque attenuatis, inciso-dentatis. *Nuttall genera 2 additione* (opusc. sine pagin. numero.)

Caulis erectus, 2-3 ped., ramosissimus; folia crassa succulenta, ad petioli apicem subdilatata. Glomeruli approximati. Cal. tripartitus, non succulentus, vel baccatus, viridis. Semen lenticulare, verticale, fuscum, fere glabrum, stylo unico minuto. *In uliginosis salsis of Long-Island, prope New-York.* ☉.

41 bis ASPICARPA.

Pag. 579. ASPICARPA *urens.* Adde synonymon:
ACOSMOS *Desvaux ined.*

43. LACISTEMA.

Pag. 49. n. 1. LACISTEMA *myricoides.* Adde diagnosin:
L. foliis lanceolato-ellipticis, acuminatis, extrorsum obsolete serratis; amentis axillaribus ternis, octonis.

2. LACISTEMA *Berterianum*; foliis lanceolato-ellipticis, obtusis, mucronatis, fere integerrimis; amentis axillaribus subsolitariis.

In collectione plantarum a clo *Bertero* in Antillis lectarum, quarum quasdam candidissimus *Balbis* nobisdum communicavit, LACISTEMA nomine: LACISTEMATIS *alteri Spr.* inscriptum invenimus a *myricoide* abunde distinctum. Specimen nostrum, ramus an portio caulis? pedale, crassitie pennae cygni, cortice griseo, tuberculato, foliis alternis vestito, apice ramulis pluribus laeviusculis, fuscescentibus, quasi umbellatis. Folia inferiora 1 1/2 poll., latissima vix 1/2 poll., raro denticulo versus apicem, superiora pollicaria, vix 1/4 poll. lata, omnia integerrima, utrinque glabra, supra nitida, subtus pallidiora, punctata, coriacea, in petiolum 1 1/2-2 lin. attenuata, omnia alterna. Amenta nonnisi ad divisionem ramorum plura, ceterum solitaria, 2-3 lin., cylindrica, lineae fere in diametro, sub 20-florae. Squama ovata et rhombeo-ovata, obtusa acutave, concava, fusca, punctis glandulosis flavicantibus, sub lente ciliata. Cor. in nostra non distinguenda. Filamentum simplex, apice antherâ sat's grandi, didyma. Stylus basi simplex, apice trifidus, stigmate singulo 3-lobo, rarius 2-4-lobo. Caps? *In Domingo. Bertero.* ♄.

A d d e n d a *)

ad Mantissam Classis I.

Pag. 7. CANNIS addantur:

n. 11. Canna *platyphylla Nees* et *Mart.*; foliis ovatis, glabris; pedunculis geminis; corollae limbo interiore tripartito genitalibusque rectis aequalibus. *Nees* et *Mart. N. Act. N. Cur.* XI. *MS.*

Proxima Cannae *Lamberti Her* et *giganteae*, quae differunt: haec, corollae limbo interiore quadripartito; illa, foliis ovato-oblongis pedunculisque solitariis. Corolla purpurea, pollicis circiter. Folia 1 1/2 ped., 8-9 poll. lata. *In ripa Ilheos. Ser. Princ. Max. Neovid.* 24.

n. 12. Canna *reflexa Nees* et *Mart.*; foliis lanceolatis, viridibus; pedunculis geminis; corollae laciniis exterioribus refractis, interioris limbo quadrifido: laciniis oblongis, acutis, recurvis. *Amoen. bot. Bonnens. ined. Fasc.* II.

Flores mediocres, lutei, immaculati; habitus Cannae *glaucae*. *In Brasilia. Ser. Princ. Max. Neovid.*

Pag. 9. MARANTIS addantur:

n. 18. Maranta *furcata Nees* et *Mart.*; caule stricto, dichotomo; foliis oblongo-lanceolatis, subsessilibus, glaberrimis; pedunculis geminis, trifloris; germinibus pubescentibus. *Nees* et *Mart. N. Act. N. Cur.* XI. *MS.*

Accedit Marantae *indicae*, sed differt caule gracili, regulariter furcato etc. Flores parvi, albi, structurâ florum Marantae *arundinaceae*. *In Brasilia. Ser. Princ. Max. Neovid.*

n. 19. Maranta *cristata Nees* et *Mart.*; caule ramoso; foliis ellipticis, cuspidatis, subtus pubescentibus; pedunculis cristato-paniculatis, secundis; pedicellis bifloris. *Nees* et *Mart. N. Act. Ac. N. Cur.* XI. *MS.*

Pedunculis terminalibus pluribus, e rhachi communi brevi unilateralibus, approximatis, vaginisque lanceolatis, mucronatis, navicularibus striatis, pectinatim imbricatis, suffultis maxime distincta. Radix tuberosa. Caulis pedalis et ultra. Flores parvi, albi, Marantae *arundinaceae*. *In Brasilia. Ser. Princ. Max. Neovid.*

---

*) Cum jam opus integrum typis exaratum fuisset, illustriss. Fraeses *Nees ab Esenbeck* haec additamenta per clm. D. de *Martius* benignissime nobiscum communicavit, nobisque dulce gratiae publice referendae officium imposuit.

MANTISSA.

Classis II.

DIANDRIAE

GENERA.

Tomo I. Pag. 52. n. 58. URCEOLARIAE subscribatur:

n. 58 a. MEYNIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* campanulata, fauce intus pilis longis, laciniis apice angustatis, ante anthesin subcoalitis. MEYNA *Link Jahrb.* 1. 3. H. *p.* 33 ex *Herb. Willdenow.*, missa a divo *Roxburgh. Familia* SAPOTEARUM.

Hujus in *Flora indica Roxburgh* nulla fit mentio. Nomen mutandum erat, cum jam sit MAYNA.

Pag. 54. n. 71. MICROCARPAEAE addatur:

Obs. Non OLEINARUM, sed potius PERSONATARUM, GRATIOLAE affinis. *Link Jahrb.* 1. 3. H. *p.* 33.

n. 72. OLIGARCHENA addatur Familia *EPACRIDEARUM.*

Pag. 55. post n. 75 RAPUTIUM inseratur:

Obs. CONCHOCARPUS *Mikan Delect. Flor. et Faun. Brasil. Fasc.* I., cui: „*Cal.* tubulosus, 5-dentatus. *Cor.* submonopetala, irregularis, petalis 5 basi in tubum coalitis. Filamenta 7 (potius 5, duo fissa) 5 sterilia. *Caps.* bivalvis unilocularis monosperma. *Sem.* arillatum" nil nisi RAPUTIA, ex descriptione et teste ill. *Martio*, videtur.

Pag. 56. post n. 82 ERANTHEMUM inseratur:

82 a. CAMPYLANTHUS.

Cal. 5-partitus, inaequalis. *Cor.* infundibuliformis, tubo recurvo, limbo 5-partito, aequali. *Stamina* 2, absque rudimentis sterilium, inclusa. *Antherae* uniloculares, peltatae. *Caps.* trilocularis, polysperma, introrsum trifarie dehiscens. *Roth nov. pl. Spec. MS.*

ERANTHEMUM *falsoloides Linn.* fil.

Pag. 14. PHRYNIIS addantur:

n. 7. PHRYNIUM *ovatum Nees* et *Mart.*; scapo unifolio, folio suo breviore; foliis oblongo-lanceolatis, acuminatis, subtus pubescentibus; spicâ ovatâ. *Nees* et *Mart. N. Act. Ac. N. Cur.* XI. *MS.*

Radix fasciculata. Folia radicalia plura, longa, petiolis marginatis, apice callosis, 8-9 poll. Scapus centralis, compressus, dodrantalis, uninodis. Spica bracteis latis, ovatis, imbricatis, 2 1/2 poll. Flores flavi. Coroilae limbus exterior bifidus, aequalis, laciniis ovatis, interior unilabiatus, labio ovato, concavo. Filamentum petaloideum, bipartitum, laciniâ exteriori ovatâ, cucullatâ; interiore subulatâ, antherigerâ. Anthera unilocularis! reflexa. Stylus crassiusculus, ab anthera recurvatus, subspiralis. Stigma cylindricum, uncinatum. *In Brasilia. Ser. Princ. Max. Neovid.*

Pag. 48. GLOBBIS addantur:

n. 7. GLOBBA *subsessilis Nees* et *Mart.*; subacaulis; foliis ovatis, basi cuneatis, breviter acuminatis, pubescentibus; vaginis laciniatis; spicâ sessili, vaginis foliorum involutâ. *Nees* et *Mart. N. Act. Ac. Nat. Cur.* XI. *MS.*

In Brasilia. Ser. Princ. Max. Neovid.

n. 8. GLOBBA *cuspidata Nees* et *Mart.*; foliis oblongis, acuminatis, basi cuneatis, glabris; vaginis ciliatis; spicâ sessili vaginâ foliorum involutâ. *Nees* et *Mart. N. Act. Ac. N. Cur.* XI. *MS.*

In Brasilia. Ser. Princ. Max. Neovid.

Pag. 56. post n. 84. PAEDEROTAM inseratur:

84 a. BONNAYA.

Cal. 5-partitus. *Cor.* bilabiata. *Filamenta* 2 conniventia. *Caps.* polysperma, linearis, bilocularis, bivalvis, dissepimento inter valvas soluto, sporophoro centrali lineari. *Semina* sporophoro affixa. *Link* et *Otto Abbild. auserl. Gewaechse t.* 11.

Genus affine HORNEMANNIAE, a quo capsulâ, staminibus, calyce differt. Dicta in hon. illstrss. Marchionis *de Bonnay*. Familia SCROFULARINARUM.

Pag. 58. n. 93. Notae ad CUNILAM addatur:

CUNILAM *marianam* calyce ovato a ZIZIPHORIS reliquis differre, et proprium generis CUNILAE characterem sibi adhucdum vindicare; ZIZIPHORAM *pulegioidem* et *thymoidem* ad THYMOS esse amandandam: *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 55. Cls. *Nuttall Gen. p.* 16. praeter CUNILAM, cujus characterem apud illam sistit: „*Cal.* cylindricus, 10-striatus, 5 dentatus; *Cor.* ringens, labio superiore erecto, plano, emarginato; *Stam.* 2 sterilia, fertilia 2, stylusque exsertus corollâ fere duplo longiora. *Stigma* inaequale bifidum. *Sem.* 4. „admittit adhuc HEDEOMA *Pers.*, cui: „*Cal.* bilabiatus, basi gibbus, labio superiore tri- inferiore bidentato: dentibus omnibus subulatis. *Cor.* ringens. *Stam.* 2 sterilia. *Stam.* 2 fertilia longitudine Corollae."

Pag. 58. post n. 99. LITHOPHILAM inseratur:

99 a. MILLINGTONIA.

Cal. triphyllus, calyculatus. *Cor.* tripetala, squamâ nectariferâ intus ad petalum singulum. *Germen* biloculare, dispermum. *Drupa* nuce solitariâ, 1-2 loculari, bivalvi. *Embryo* incurvus, plicatus, perispermate nullo parvove. *Radicula* inferior curva. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 102.

MILLINGTONIA *Linn. Suppl.* 45. 201 genuina est BIGNONIA, et MILLINGTONIA *Donn. Hort. Cant.* ipsa FLEMINGIA *Roxb.*

Pag. 59. n. 102. COLUMELLIAE (quae ULUXIA *Juss.*) addatur:

Cal. ovario adnatus, limbo libero 5-partito, aequali. *Cor.* tubo brevissimo, limbo 5-partito, subaequali, patente. *Stam.* in basi tubi. *Antherae* plicato-undulatae. *Styl.* brevis, *stigmate* depresso-capitato. *Caps.* calyce vestita, dissepimento contrario, valvulis apice bifidis. *Semina* plura. *Humb.* et *Bonpl. Nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 311.

Pag. 59. n. 105. PIMELEAE character genericus ad mentem cli *Wikström* Granskning Thymelacearum *Act. Holm.* sic emendandus:

Cal. 0. *Cor.* monopetala, infundibuliformis, 4-fida, marcescens. *Nux* monosperma. (a PASSERINA vix fere nisi staminibus diversam esse: cls *Wikström.*)

n.* 105 a. THECANTHES: *Cal.* monophyllus, infundibuliformis, 4-fidus. *Corollis* plurimis intra calycem sparse sedentibus, monopetalis, infundibuliformibus, quadrifidis, marcescentibus. *Nux* monosperma. *Wikström l. c.* (PIMELEAE quaedam.)

Pag. 60. n. 107 post FRAXINUM inseratur:

107 a. **MARTIUSIA.**

Cal. bilabiatus, 2/3. *Stamina* 2 fertilia, 2 abortiva, minima. *Legumen* uniloculare, aequale, lateribus nervo protuberante. *Semina* 4, 8, globosa, viscida. (MARTIA *Leander de Sacramento* in *Denkschr.* d. *Münchn. Akad.* VII. *p.* 235. *t.* 12. Nomen mutandum erat, cum sit antiquior MARTIA *Sprengel.* quae ELODEA s. UDORA *Nutt.* Familia LEGUMINOSARUM.)

Pag. 60. post n. 109. CYPSELEAM inseratur:

109 a. **ACROGLOCHIN.**

Cal. quinquepartitus. *Cor.* nulla. Stam. 1-2. *Stylus* 1, stigmatibus duobus. *Utriculus* depressus, circumscissus. *Semen* integumento duplici: exteriori crustaceo. *Embryo* peripherico.

Generi CHENOPODII habitu et characteribus proximum, nec tamen cum eo confundendum ob pauciorem staminum numerum, calycem serius patentem et fructus structuram. *Schred. Pl. rar. Hort. Gotting.*

Pag. 60. n. 110. SUFFRENIA. Post hanc inseratur:

n. 110 a. **DYSPHANIA.**

Polygama. Hermaphroditi: Perianthium tripartitum coloratum, foliolis cochleariformibus. *Stamina* duo distincta, imo perianthio inserta. *Stylus* indivisus. *Stigma* simplex. *Feminae: Pericarpium* turbinatum, semini adnatum, perianthio aucto cinctum. *Semen* albuminosum, embryone peripherico, radiculâ superâ. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 411.

Familia CHENOPODEARUM *R. Br.*

Pag. 61. n. 115. ANTHOXANTHO addatur:

Obs. Cls. *Panzer* in *Denkschr. bot. Gesellsch.* II. *p.* 173. monet auctores plerosque situm androgynum staminum praetervidisse in ANTHOXANTHO, laudatque *Schrank Donaumoos* S. 57.; *Dreves* et *Hayne bot. Haeft. t.* 40. *f.* 6. *Hannöv. Magaz.* 1810. 59 *St.* S. 932.

Pag. 61. post n. 115. ANTHOXANTHUM ponatur:

115 a. PSAMMOPHILA. *Cal.* bivalvis unillorus. *Gluma* inferior bivalvis. *Stylus* stigmatibus 2.

PONCELETIA *Aubert* du *Petit-Thouars* Flor. *de Tristan d'Acunna p.* 36. Genus dubium, cujus et ob eam quoque ratio-

nem nomen mutandum, quod jam certior sit PONICLETIA *Brown.*

Pag. 61. n. 114. ROEMERIA deleatur, utpote eadem cum DIARRHENA, cui ergo synonymon ill. *Zeae* jungendum.

Pag. 61. n. 117. DIARRHENAE subjungatur:

n. 117 a. COLEANTHUS: *Cal.* 2-valvis uniflorus, valvulâ interiore minore bifidâ. *Cor.* o. *Semen* nudum ellipticum. *Com. a Sternberg* in *Bot. Zeit.* 1819. *p.* 6 sub SCHMIDTIA.

Cls *Seidl*, qui primus hanc plantam descripsit, et nobiscum benigne communicavit, aeque ac cls. *Trattinnick*, eandem TRIANDRIAE DIGYNIAE inseruit, quibus auctoritatibus innixi nos eandem in edit. nostra *Syst. Veg.* T. II. *p.* 11. *n.* 210. inseruimus: nunc vero characteres, a cls. *Seidel* et *Trattinick* dati, erronei testibus pluribus probantur.

Pag. 62. ante PIPER inseratur:

n. 117 b. **CRYPTA.**

Cal. inferus, diphyllus. *Cor.* di-tripetala, clausa. *Stylus* o. *Stigmata* 2-3, minima. *Caps.* bi-trilocularis, bi-trivalvis: loculis 4-5-spermis. *Semina* subcylindrica, striata. *Nutt. gen.* II. *p.* o. Addenda. (PEPLIS *americana Pursh.*)

MANTISSA.

Classis II.

DIANDRIAE,

MONOGYNIAE.

SPECIES.

45. CODARIUM.

Tom. I. Pag. 63. n. 1. Codario *nitido* addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 36.

Obs. Planta *Willdenowi* omnino eadem cum illa *Afzelii Gen. plant. p.* 11; divum *Willdenow* praetervidisse corollam, cum flores in Herbario suo clausi; abesse folium calycinum illud longum, de quo *Willdenow: Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 33, qui genus hocce inter et Migranthemum novum genus posuit indescriptum hucusque:

Plagiocaryum *scabrum. Com.* a *Hoffmanneegg* e Brasilia, sine descriptione.

46. BOERHAAVIA.

Pag. 63. n. 1. Boerhaavia *erecta.* Addatur synonymon: *Link Enum alt. p.* 8.

Caulis superne pubescens. Folia ovato-oblonga, subtus resinoso-punctata. Flores in panicula pauciflora solitaria. *Link.* Confer B. *paniculatam.*

Obs. Boerhaavia *procumbens Hb. Banks*; radice fusiformi; ramis procumbentibus glabris; foliis varie cordatis, subtus pelliculâ argenteâ; capitulis terminalibus longe pedunculatis; staminibus. 3. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* 1. *p.* 148. (et, hoc teste: Talu-dama *Rheed. Mal.* 7. *p.* 105. *t.* 56. (junior luxurians). B. *diandra* et *erecta* *Burm. Fl. ind. p.* 3. *t.* 1. (aetate diversa). B. *erecta Gaertn. Carp.* II. 209. *t.* 127.)

„Hanc tantum speciem, sive *diffusa*, *erecta*, *repanda* vel *diandra* sit, vel quaevis simul, in India vidi, ubique frequentem et cultorum pestem. Variat floribus albis, rubrisque. Rad.

perpendicularis, gracilis. Caulis o; rami herbacei, ramulis alternis bifariis teretibus glabris articulatis saepe coloratis, plurium pedum, nunquam radicantibus. Folia opposita inaequalia, altero alternatim in pare singulo minore, petiolata, plus minus crenata, undulata, saepe colorata, acuta nunc, nunc obtusa, omnia supra glabra, variae magnitudinis, sed petiolo canaliculato majora. Pedunculi solitarii ex articulis nudis intumescentibus, folio minori proximi, versus apicem ramorum, articulis ibidem approximatis, adeo numerosi, ut paniculam sistant, singuli capitula parva e floribus 1-5-6 albis rubrisve sessilibus minutis fulcientes. Cal., ut videtur germen, inferus, pentagonus, tectus glandulis capitatis glutinosis, fauce integerrimâ, multum contractâ. Cor. campanulata, plicata, coronae calycis inserta. Nectarium cyathus parvus carnosus tridentatus, basin germinis cingens, cujus divisionibus filamenta inserta, plerumque 3, longitudine styli. Antherae lobis 2 rotundis. Germen oblongum, in calycis ventre absconditum, uniloculare, semine singulo, basi loculi affixo. Stylus gracilis, stigma peltatum. Pericarpium turbinatum, pentagonum, glandulis viscolis pedicellatis. *Boxb.* l. c. *In India ubique.* 4. Huic subjungatur:

n. 1 bis. B. *discolor Humb.* et *Bonpl.*; caule erecto, teretiusculo, glabro; ramis junioribus pilosis; foliis ovatis, acutis, subrepandis, (utrinque) glabris, subtus (nigro) punctatis, canescentibus; floribus di- aut triandris; fructibus glabris. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 173.

Caulis subtetragonus. Folia opposita. Petioli 1/2 poll. et longiores, pubescentes. Flores umbellati. Involucrum diphyllum; foliolis subulatis, glabris. Cal. albus. Fructus clavatus, pentagonus, longitudinaliter 5-sulcatus, glaber. *Crescit locis humidis umbrosis prope Guajaquil.* (Regno Quit.) 4. Vix a B. *erecta Sp. pl.* diversa, nisi foliis subtus canescentibus.

n. 1. ter B. *virgata Humb.* et *Bonpl.*; caule erecto, tetragono, glabro; internodiis viscosis: foliis ovatis, (sub) repandis, glabris, subtus (nigro) punctatis, superioribus angustioribus; floribus tetrandris; fructibus glabris. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 173.

Caulis 2 ped., ramosus, superne paniculato-virgatus. Folia opposita, acuta, 1 1/2 poll., superiora pollicaria et breviora, acuminata. Petioli 1/2-1 1/2 poll. canaliculati, subpubescentes. Flores 6-8 in apice ramulorum, umbellati, involucro diphyllo subulato glabro. Cal. glaber, purpureus, limbo 5-fido; laciniis emarginatis. Stigma capitatum. Fructus clavatus, pentagonus, glaber. *Crescit in umbrosis Novae Andalusiae prope Queteppe et Cumana.* 4.

Obs. Simillima BOERHAAVIAE *erectae*; diversa tamen: ramis valde elongatis, virgatis, foliis superioribus angustioribus, floribusque purpureis tetrandris, nec albis diandris.

Pag. 64. n. 2. BOERHAAVIA *tetrandra*. Confer sequentem B. *mutabilem* n. 2 a.

2 a. B. *mutabilis R. Brown.*; procumbens, glabra vel tenuissime pubescens; caule tereti; foliis repandis, subovatis, obtusis, paginis discoloribus; floribus di-triandris. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 422.

In nova Holland. intra tropicum. B. *tetrandra Forst.* fors hujus varietas.

2 b. B. *pubescens R. Brown.*; procumbens, pubescens; caule tereti; foliis repandis, subovatis, obtusis, utrinque pilis articulatis pubescentibus; umbellis sparsis, subpaniculatis; floribus subtriandris. *R. Brown* l. c.

Cum praccedente (*mutabili*), cui nimium affinis.

Pag. 64. n. 3. BOERHAAVIA *decumbens*. Addatur synonymon:

B. caule basi decumbente, tetragono, pilosiusculo; foliis subrotundo-ovatis, subrepandis, glaberrimis; fructibus viscoso-pubescentibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. *p.* 215.

Caulis ramis junioribus pilosis. Folia 1 1/2 poll., obtusa aut acuta, ciliata. Petioli subpollicares, glabri aut pilis raris. Flores umbellati. Involucrum diphyllum, foliolis ovato-lanceolatis, apice subulatis, ciliatis. *Kunth* l. c. *In umbrosis Cumanae* Huic subjungatur:

n 3 a. BOERHAAVIA *Helenae*; foliis angulatis, racemis verticillatis terminalibus, bracteâ singulâ ad pedicellum singulum. B. *repanda Hort. beng. Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 149.

His differre hanc speciem a *procumbente* monet div. *Roxbargh* l. c. *In ins. St. Helenae.* Non esse B. *repandam* liquet: hinc nomen mutandum.

n. 4 BOERHAARIA *diffusa*. Addatur:

Obs. Sub hac a plerisque nunc cum *Richard* nomine B. *polymorphae* junguntur instar varietatum: B. *caribaea*, *diffusa*, *hirsuta* et *repens*.

Pag. 64. n. 5. BOERHAAVIAE *adscendenti* addatur:

Obs. Plantam divi *willdenow* omnino eandem esse cum illa *Vahli*, et laevia esse discrimina, cum specimina utraque prae oculis sint: *Link Jahrb.* 1, 3. *p.* 65.

n. 6. BOERHAAVIAE *hirsutae* addatur synonymon:

Link Enum. alt. p. 8. et, hoc teste, B. *diffusa Willd. Enum. p.* 49.

Folia ovato-oblonga. Flores in panicula pauciflora glomerati. Cor. rubra. In caldario culta 4 et fruticulosa *Link l. c.* B. *hirsuta Herb. martinic. Sieber* nobis potius *paniculata Lam.* videtur.

n. 8. BOERHAAVIA *plumpaginea*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt. p.* 64. B. *repens Sieber Herb.*

Fol. repanda. Cor. etiam alba, dentibus obtusissimis, emarginatis. Genitalia longissima, involuta.

n. 12. BOERHAAVIA *viscosa*. Addatur synonymon:

B. caule procumbente, tereti, foliisque pubescenti-viscosis, ovatis, repandis; floribus subtriandris; fructibus viscosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* II. *p.* 215.

Pag. 66. n. 13. BOERHAAVIA *arborea* genus proprium videtur clo *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 66. ob stamina exserta.

n. 14. BOERHAAVIA *scandens*. Addatur synonymon:

B. caule erecto, tereti foliisque glabris, ovatis, cordatis, subrepandis; floribus diandris; fructibus muricato-glandulosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. *p.* 216. *Link Enum. alt. p.* 9. (Perig. glabrum, virens.) B. *sarmentosa R. Brown.*

Pag. 67. n. 17. BOERHAAVIA *dichotoma*. Addatur:

Obs. A quibusdam VALERIANA *scandens Forsk.* synonymon habetur; sed silet cls *Vahl.*

Pag. 67. n. 21. BOERHAAVIAE *repenti* addatur:

Obs. In *Herb. Willd.* asservatur, testante clo *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 66, missa a Do *Delille* (*aeg. p.* 146. *t.* 3. *f.* 1.) ex Aegypto superiore BOERHAAVIA *repens*, caule diffuso pubescente; foliis petiolatis, ovatis, obtusis, repandis, glaberrimis; pedunculis axillaribus; floribus ternis; fructibus asperis. Diversa a B. *repente Linn.* (B. *polymorpha Rich.*) videtur, si diagnosin cum descriptione nimis brevi confers.

Pag. 68. n. 23. BOERHAAVIAE *chaerophylloidi* addatur:

FEDIA *chaerophylloides Kunth*; caule tereti striato glabro, foliis radicalibus integris, caulinis pinnatis, foliolis argute laciniatis glabris, akeniis tridentatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 334. *Kunth* in *Journ. d. Bot.* 4. *p.* 173.

In montanis r. novo-Granat. prope Popayan et jaxta urbem Loxae Peruv. ☉.

n. 25. BOERHAAVIAM *univariaefoliam* eandem esse cum *repente Linn.*, quam cum? ad *diffusam* tulit *Poiret*, suspicatur *Delisle* apud *Poiret Enc. Suppl.* 4. *p.* 320.

n. 26. B. *littoralis Humb.* et *Bonpl.*; caule decumbente, tereti, foliisque (utrinque) glabris, ovatis, cordatis, integerrimis, ciliatis; floribus tri- aut pentandris. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 174.

Caulis 1-3-ped., ramosissimus. Folia pollicaria, crassiuscula, acuminata. Petioli 1/2 *poll.*, interne pilosi. Umbellae axillares, pedunculatae, 5-6 florae. Pedunculi 1 1/2 poll., glabri.

Pedicelli 3 aut 4 lin. glabri. Involucrum pentaphyllum; foliolis lanceolatis, pedicellis duplo triplove brevioribus, deciduis. Cal. violaceus. Stamina 3, quandoque 4, rarissime 5, calyce duplo longiora. Stylus longitudine staminum. Stigma capitatum. Fructus ignotus. *Crescit locis apricis, salsis juxta Patibilca Peruvianorum, in littore Oceani pacifici.* 2. An vere hujus generis? Specimen carie valde defiguratum!

n. 27. BOERHAAVIA *rhomboidea Humb.* et *Bonpl.*; caule glabro tetragono; ramulis pedunculisque glanduloso-hirtis; foliis rhomboideis, repandis, glaberrimis; floribus subspicatis; fructibus glanduloso-hirtis. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 66.

n. 28. BOERHAAVIA *microphylla Bory de St. Vincent. Link l. c.*

In Insula St. Mauritii.

Pag. 68. n. 47. MAYTENUS.

MAYTENUS *boaria.* Addantur synonyma:
SENACIA *maytenus Poiret Enc. Suppl.* V. *p.* 128. CELASTRUS *uncinatus Ruiz* et *Pav.* (non *Lam.*)

n. 48. OLEA.

n. 1. OLEA *Oleaster.* Fiat OLEAE *europaeae β sylvestris.*

Obs. „A sativa Olea specie distinguendus non est *Oleaster*, figurâ licet nonnihil distet, qui ex illius seminibus certe enascitur. Plantas domesticas sibi relictas ita degenerare quotidie observatur." *Sebast.* et *Mauri Prodr. Fl. Rom. p.* 4. Hanc nomine OLEAE *sylvestris Miller*, OLEAE *communis Aiton* habuere olim.

Pag. 69. n. 2. OLEA *sativa.* Excludatur varietas α, et addantur synonyma:
OLEA *lancifolia Mönch.* OLEA *polymorpha Risso.*

Obs. Valentissimus ille valentinus de Tituagnas, *Don Roxas Clemente y Rubio*, OLEAE aeque ac VINI varietates plures exposuit in *Herrera agricult. gen.* 1818. *p.* 351, a clo *Arias* super OLEA divulgatas.

1. OLEA *europaea β Linn.* (O. *sylvestris Gouan.*) Oleaster *antiqu.* Arbor mediocris, trunco ut plurimum recto, cortice nove laevi, aetate aspero, rimoso. Flores axillares racemosi, subinde solitarii. Folia lanceolata, crassa, dura, flavicanti-viridia, subtus albida. Lignum durissimum. (O. *Oleaster Hoffmannsegg.*)
2. OLEA *eur. ovata Clement.* Folia minora. Fructus minores, obovati.
3. OLEA *eur. ovalis Clement.* (O. *ovata Gouan.*) Folia parva. Fructus ovalis, parvus, nigerrimus.
4. OLEA *eur. tenax Clement.* Folia angusta, dorso vix argentea. Fructus tenacissime adhaerens etiam frigore adustus.
5. OLEA *eur. argentata Clement.* (O. *praecox. Gouan*) Folia mediocria, dorso magis argentea, supra magis viridia et nitida, quam

in n. 9, Fructus globosus, mediocris, aterrimus, cito computrescens, longior quam in n. 9.

6. OLEA *eur. arolensis Clement.* Lignum ut in n. 7. Folia obtusa, angustiora, minus intense viridia et nitentia, minusque utrinque angustata, quam in n. 8. Fructus rotundior, tenerior, ater, maculis albis et violaceis, sapidior, facilius decedens: immaturus reliquis omnibus magis flavus.

7. OLEA *eur. pomiformis Clement.* (O. *sphaerica Gouan.*) Fructus omnium maxime globosus, aterrimus, sapidior quam in n. 9., facile cadens. Rami pauci, rariores. Lignum obscurum. Folia latiora et laeviora quam in n. 9.

8. OLEA *eur. regalis Clement.* (O. *hispanica Roz.*) Rami minus, quam in n. 9. verticales. Folia majora, nervis magis prominulis. Fructus formâ nucis, atrior, magisque globosus, quam in n. 9., odoratissimus.

9. OLEA *eur. hispalensis Clement.* (O. *regia Roz.*) Lignum minus durum, magisque album, quam in n. 1. Folia subtus magis lucida, et 1/3, duplove latiora, 1 1/2 - 2 poll. Rami altiores, magisque recti. Fructus atro-violaceus, cerasiformis, pedunculo adhaerens, aper, vix unquam maturescens.

10. OLEA *eur. maxima Clement.* (O. *amygdalina Gouan.*) Truncus et rami ut in 7. Folia congenerum maxima, haud multum viridia, venis manifestis. Fructus maximus, acuminatus.

11. OLEA *eur ceratocarpa Clement.* (O. *odorata Roz.*) Fructus plus minus arcuatus, interdum semicircularis, pollicaris et ultra, sed nunquam grossus: nux quoque arcuata.

12. OLEA *eur. rostrata.* (O. *amygdalina Gouan* et *Roz.*) Rami et folia n. 9. Fructus haud multum acuminatus, nec intensius ater, magnus, mediocriter crassus, staturâ subinde n. 8.

His addit cls *Arias:* O. *empeltre*, trunco humili cortice laevi, foliis obscure viridibus, mediocriter latis; O. *herbequin*, humilis, ramis pendulis etc. OLEAE sativae subjungatur:

2a. OLEA *verrucosa Link;* ramulis verrucosis; foliis lanceolatis, subtus albidis; fructu subgloboso. *Link Enum. alt.* I. *p.* 33. OLEA *europaea* fol. lanc., paniculâ trichotomâ. *Thunb. Prodr. Cap. p.* 2. *Fl. cap. p.* 37. (et, hoc teste, Phillyrea fol. longis, subtus flavis, fructu deciduo. *Burm. Dec. Afr. p.* 237. *t.* 83. *f.* 2.); O. *sativa a verrucosa Syst. Veg. ed. nostr. n.* 2. O. *africana Mill.*

Arbor excelsa, ramis ramulisque teretibus superne subtetragonis, punctis elevatis, scabris, glabris, cinereis, erectis. Folia decussata, obtusa cum acumine, integra, frequentia, erecta, subtus cinerea, nervo crasso, internodiis longiora, 2 poll. Petioli supra plani, sulco longitudinali, subtus convexi, lateribus subdecurrentibus, semiunguiculares. Flores axillares, paniculati. Panicula ternato-supradecomposita, pedunculis oppositis, tetragonis. Bracteae oppositae, deciduae, pedicellis breviores. Cal. glaber, dentibus acutis, erectis, corollâ brevioribus. Cor. alba: laciniae patentes, ovatae, concavae, obtusae. Filamenta brevissima, ori tubi

inserta. Antherae magnae, didymae. Germen glabrum. Stylus vix ullus, stigmate parum inerassato, subbifido. Drupa vix carnosa, magnitudine pisi. *Thunb.* *In Prom. b. spei prope urbem in collibus et in monte tabulari.* b.

Pag. 70. n. 3. OLEAE *lanceae* addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 33. *Jahrb.* 1. 3. *H. p.* 31.

Obs. OLEA *exasperata Willd. Enum. Suppl.* 1. ab O. *lancea*, missa a clo *Aub. d. P. Thouars*, nonnisi foliis minus acutis parum diversa: in *lancea* folia minus, quam in *verrucosa*, acuta.

Pag. 70. n. 4. OLEA *americana*. Addatur synonymis:
Link Enum. alt. I. *p.* 33. *Mich. hist. arb. amer.* 3. *t.* 6.

Folia 4 poll. Thyrsi axillares.

n. 5. OLEA *capensis*. Addatur synonymon:
OLEA *buxifolia Mill. Dict.*

Arbor excelsa, crassa, ramis ramulisque tetragonis, punctis elevatis scabris, cinerascenti viridibus. Folia opposita, ovata, acuta, crassa, integra, erecta, supra subrugosa, subtus laevia, enervia, pallide viridia, utrinque glabra, longitudine internodiorum, pollicaria et ultra. Petioli crassiusculi, semiteretes, brevissimi, lateribus subdecurrentes. Flores terminales, paniculati, parvi, paniculâ ternato-supradecompositâ, patulâ. Pedunculi glabri, foliis breviores, bracteis subulatis, minimis. Cal. brevissimus, dentibus acutis, erectis. Cor. alba, tubo fere nullo, laciniis patentibus, ovatis, obtusis, calyce duplo longioribus. Antherae cordatae. Stylus subulatus, corollâ brevior, stigmate simplici, obtuso, Drupa subrugosa, glabra, magnitudine pisi. *Thunb.* l. c.

n. 6. OLEA *emarginata*. Addatur synonymon:
NORONHIA *emarginata Aub.* d. P. *Thouars. gen. madagasc. n.* 7.

Obs. Denuo observandam esse *Link* in *Enum. alt.* 1. p. 443.

n. 8. OLEA *apetala*. Eadem cum NOTELAEA *longifolia*.

Pag. 71. n. 10. OLEA *fragrans*. Addantur synonyma:
O. fruticosa; fol. etc., pedunculis axillaribus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 71. *Bot. Mag. t.* 1552.

Cor. alba, fragrantissima.

10 a. OLEA *Roxburghiana*; foliis oppositis, petiolatis, oblongis, integerrimis, glabris; paniculis axillaribus; bracteis deciduis; lobis stigmatis divaricatis. OLEA *paniculata*. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 104. *n.* 2.

Arbor parva. Folia undulata per petiolum decurrentia, firma, 5 poll., 2 lata. Petioli 1 1/2 poll., glabri, supra plani. Stipulae o. Paniculae sub foliis, et axillares, parvae, rarae, brachiatae. Bracteae parvae, subsessiles. Cal. parvus. Cor.

tubus brevis, limbi laciniis oblongis, patentibus, concavis, apice acutis et incurvis. Filamenta brevia. Antherae magnae, oblongae, erectae. Germen globosum. Stylus brevissimus. Stigma bifidum, laciniis integerrimis, acutis. *Roxb.* l. c. *In montibus Circars.* ♄.

Obs. Nomen mutandum erat ob O. *paniculatam* R. *Brown*, antiquiorem, nec laudatam a clo *Wallich* tanquam synonymon.

10 b. OLEA *dioica Roxb.*; arborea, dioica; foliis oppositis, breviter petiolatis, oblongis, serratis; paniculis axillaribus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 105.

Arbor satis magna, cortice cinereo, in ramis junioribus viridi, glabro. Folia utrinque attenuata, remote et acute serrata, acuminata, glabra, 4-8 poll., 2-4 lata. Stipulae e gemmarum squamis ovatis, concavis. Paniculae quoque oppositae, sub foliis, iisdem dimidio breviores, rarae. Flores masculi copiosiores, parvi, corollae tubo brevissimo, cui filamenta brevissima inserta. Antherae ovatae corollâ absconditae. Glandula parva biloba germinis loco: feminei corolla o, germine ovato, stylo brevi, stigmate bilobo, drupâ subrotundâ, magnitudine et colore PRUNI *spinosae*, nuce fragili. Semen solitarium. Integumentum simplex, tenue. *Roxb. l. c.* *In Silhet et in collibus Chittagong.* ♄.

Pag. 71. n. 12. OLEA *microcarpa*. Addatur synonymon:
OLEA *rigida H. Cels.* (fide *Steudel.*)

Quid OLEA *maderiensis H Cels.?*

50. CHIONANTHUS.

Pag. 72. n. 1. CHIONANTHUS *virginica* addantur varietates:
a. *latifolia*, nervis subtus pubescentibus.
b *angustifolia*, foliis plane glabris.

Obs. An hujus varietas: CHIONANTHUS *fragrans β. grandiflora Rot. Reg.* 451.? Non vidimus N. hunc. An CHIONANTHUS *longifolia H. Cels. Zeyh.*?

Pag. 72. CHIONANTHIS *addantur:*

4. CH. *pubescens Humb.* et *Bonpl.*; foliis ellipticooblongis, subobtusis, coriaceis, subtus molliter pubescentibus; paniculis terminalibus, abbreviatis, trifidis; ramulis trifloris; corollis rubris: laciniis linearibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 235.

Arbor 3-4 org., comâ globosâ, depressâ; ramis oppositis, altero saepe abortiente, teretibus, laevibus, fuscis, glabris; ramulis pulverulento-tomentosis, canis. Folia apice rotundata aut acutiuscula, basi obtusa, integerrima, supra saturate viridia, praeter nervum medium glabra, subtus pallidiora, 2-3 poll., 16-20 lin. lata, decidua. Petioli 5-7 lin., semiteretes, tomentoso-pubescentes, canescentes. Paniculae ante folia sessiles, corymbiformes, ramis oppositis, canotomentosis, pedicellis villosis. Bracteae oblongae, obtusae,

cano-villosae. Cal. cano-villosus, dentibus ovatis, acutis, aequalibus. Cor. glabra, tubo subventricoso, limbi laciniis elongatis, linearibus, 8-9 lin. longis, aequalibus, patentissimis. Antherae 2-4, laciniis alternantes. *Kunth* l. c. *Prope Gonzanama, Llanos de Trigo-Bamba et Salto del Frayle.* ♄.

5. CHIONANTHUS *ramiflora Roxb.*; arborea; foliis oppositis, late lanceolatis, utrinque attenuatis, integerrimis; paniculâ sub foliis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 106. *n.* 1.

Truncus erectus, cortice laevi, cinereo; ramis oppositis, junioribus teretibus glabris. Folia acuta, utrinque glabra, 6 circiter poll. Petioli sulcati, glabri, *pollicares.* Paniculae oppositae e ramis nudis, eorumdem parte annotinâ foliosa, ovatae, brachiatae, foliis multo longiores, glabrae. Flores numerosi, parvi, flavi. Bracteae oppositae, lanceolatae. Cor. ad basin fere usque 4-partita, ut tubus vix ullus, laciniis lanceolatis, margine incurvis. Filamenta brevia, crassa, basi coroliae et receptaculi inserta. Anthera sulcus polliniferus ad utrumque latus filamenti. Stylus vix ullus. Stigma 4-lobum. Drupa oblonga, unilocularis, ut nux striata. *Roxb. l. c. In Molaccis.* ♄.

6. CHIONANTHUS *dichotoma Roxb.*; fruticosa, dichotoma; foliis cuneiformi-lanceolatis, utrinque attenuatis, recurvis, integerrimis; racemis axillaribus; pedicellis trifloris. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 107. *n.* 3.

Truncus brevis, cortice obscure cinereo, verrucis multis, parvis, dilutioribus; ramis dichotomis, copiosis. Folia opposita, breviter petiolata, late cuneiformia, obtusiuscula, utrinque glabra, dura, 3 poll., 1 lata. Racemi solitarii, vix dimidiae folii longitudinis, pedicellis suboppositis, divergentibus, 3-floris. Flores parvi, albi, inodori. Cal. laciniae ovatae, obtusae, villosae, corollae vero vix basi coadunatae (nisi filamentis, basi insertis) fere aequales, parum attenuatae, margine multum incurvae. Filamenta brevia, antherae magnae, apice bifidae. Germen tetragono-ovatum, biloculare, loculo singulo 2-spermo. Stylus brevis. Stigma obsolete bilobum. Drupa ovata vel breviter obovata, magnitudine *RIBESII nigri*, succulenta, matura, purpurea, 1-locularis. Nux obovata, tenuis, tenera, costis 4 ab apice ad basin, 4 aliis obsoletioribus interjectis. Semen solitarium integumento simplici, tenui, tenero. Perisperma o. *Roxb. l. c. In Coromandel.* ♄.

7. CHIONANTHUS? *smilacifolia Wall.*; fruticosa, scandens; ramis tetraquetris; foliis ovalibus, acuminatis, trinervibus, glaucis; paniculâ terminali et axillari; ramis brachiatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 108. *n.* 4.

Frutex ramosus, sempervirens, cortice cinereo debiscente, ra-

mis longis, gracilibus, glaucis, glabris. Folia opposita, patentia, petiolata, 5-7 poll., 3 circiter lata, basi acuta, firma coriacea, supra bullata, subtus pallidiora, nervis costisque multum elevatis, venis paucis reticulatis, nervis 2 tenuioribus e petiolo per marginem excurrentibus. Petiolus vix pollicaris, teres, supra sulcatus, basi articulatus. Stipulae o. Paniculae breviter pedunculatae, pyramidatae, acuminatae, magnitudine foliorum majorum. Pedunculi tetragoni, multum subdivisi, superiores subalterni, pedicellis pubescentibus, subcomplanatis. Bracteae lanceolatae, parvae, deciduae, oppositae sub divisionibus. Flores parvi, fere inodori, ternati, sessiles, glabri, viridi-flavescentes. Cal. urceolatus, dentibus lanceolatis, acutis, erectis, purpurâ marginatis Cor. infundibuliformis, subcarnosa, tubo calycem duplo superante, magno, obsolete tetragono; limbus tubum superans, patens, laciniis lineari-clavatis, aequalibus, basi contractis, apice subverticali obtusissimis; faux clausa antheris. Filamenta supra basin tubi inserta. Antherae carnosae, cellis marginalibus. Germen ovatum biloculare, semina immatura basi inserta. Styli? Stigmata? 2, subulata, acuta, parallela, brevissima. Fructus desideratur? Fors novi generis! Aestivatio corollae valvata. *Wallich* l. c. *In sylvis Chittagong.* ♄.

Obs. Fors etiam *ramiflorae* et *dichotomae* signum? adjungendum, cum Cl. *Zeylanicam*, quae LINOCIERA, non distinxisset a CHIONANTHIS *divus Roxburgh.*

54. PHILYREA.

Pag. 73. Subscribatur:

Nota. Cls. *Link* in *Jahrb.* 1. *p.* 147. specierum generis hujus intricatissimarum doctam sane dedit expositionem, neque tamen species ab earum formis ausus est sejungere. Enumeratur ab illo sub

1. *PHILYREA latifolia, foliis cordatis ovatisque:*

a. PH. *latifolia;* foliis cordatis (ovatisve) subsessilibus obtuse serratis. — *Willd. Enum.* 1. c. *Link Enum. alt. p.* 33. *Sibthorp.* ll. cc.

Valde ramosus, ramis brevibus intricatis, apice pilis brevibus densis. Petiolus 1-3 lin., pubescens. Folia ovata; in ramis annosioribus cordata acuta; in junioribus magis ovato-rotundata, obtusa, margine subrevoluta, laevia, utrinque opaca, 1-1 1/2 poll., 3/4-1 poll. lata. Thyrsi breves axillares. — *In Europa meridionali Orientem versus.*

b. PH. *ilicifolia* fol. cordatis (subcordatisque), argute serratis. *Link Enum. alt.* 1. *p.* 34. (quae *spinosa Ait.* in *S. V. ed. n.* 9 cum synonymia nostra praeter *Willd Spec.* et *Schrad.*) PH. *latifolia Fl. portug.* 1. *p.* 389. *Philyrea* 1 *Clus. Hist.* 1. *p.* 51. PH. *latifolia spinosa* C. *Bauh. p.* 476.

6-9 ped.; rami recti rigidi apice subpubescentes. Folia sessilia, 1 poll, 3/4 poll. lata, acuta, laevia, nitida, elevato-punctata. Thyrsi axillares breves.

c. PH. *longifolia Link;* foliis cordato lanceolatis argute serratis. *Link Jahrb.* 1. *p.* 154.

6-9 ped.; rami recti, rigidi, apice subpubescentes; folia sessilia, 1-3 poll., 3/4 poll. lata, acuta, laevia, nitida, punctulis elevatis. *Ilicifoliae* fere varietas. Flores? *In montibus circa Cintra Lusitaniae.* ħ.

d. PH. *obliqua* foliis ovato-oblongis acutis argute serratis. (Cum synonymia nostra *S. V.* n. 8. praeter *Willd. Spec.*) *Phillyrea* 2. *Clus.* Hist. I. p. 52. (optime.) *Link Enum. alt.* I. *p.* 34. (qui vero ibidem eum *media* conjunxit.)

6-9 ped. et ultra; rami rigidi, sed magis, quam in *ilicifolia*, incurvi, apice subpubescentes. Petioli foliorum 2-3 lin. longi. Folia oblonga, 1 1/2-2 poll., 3/4 poll. lata, basi plus minus rotundata vel attenuata, laevia, parum nitentia, tenuissime punctata, (triplinervia, subserrulata). Thyrsi axillares, breves.

e. PH. *coriacea Link*; foliis oblongo-lanceolatis, acutis, leviter serratis. *Link Jahrb.* 1. *p.* 155. *Phill.* folio leviter serrato *C. Bauh. pin. p.* 476.

Proxime affinis *obliquae* et ejusdem altitudinis; sed folia obtuse serrata. Rami rigidi, nec tamen recti, apice pubescentes. Petioli 2-3 lin., laeviusculi. Folia 1 1/2-2 poll., 3/4 poll., basi plus minus attenuata, acuta vel obtusa, serraturis copiosis obsoletis, obtusis, laevia, parum nitentia, crassa. Thyrsi breves axillares conferti. *Circa Cintra.* — *Bauhin* l. c. hanc cum *Philyrea* 2. *Clus.* (quae praecedens) junxit.

f. PH. *obtusata Link*; foliis obovatis, obtusis, leviter serratis. *Link Jahrb.* 1. *p.* 156.

Omnium altissima, 12 ped. et ultra. Rami longi, parum rigidi recteque, apice pubescentes. Petioli 2-3 lin., laeviusculi. Folia 1-2 poll. et ultra, 1 poll. et ultra lata, dentibus obtusis, laevia, parum nitentia. Thyrsus axillaris laxus pauciflorus. *Circa Cintra.*

g. PH. *laevis*; foliis ovatis, subserratis. *Willd. Enum. Link Enum. alt.* 1. *p.* 34. *Ait.* II. cc. Phill. arbor *Lob. ic.* 2. *p.* 152. PH. latifolia laevis. C. *Bauh. pin. p.* 476.

5-6 ped.; rami sat rigidi, recti, fere laeves. Petioli 2-3 lin., glabri. Folia 1-1 1/2 poll., 3/4 poll. lata, (inferiora 2 poll.; superiora 1 1/2 poll.) obtusa, acumine parvo, basi parum attenuata, margine subreflexa, dentibus paucis, parum profundis, obtusis, laevia, sat nitida, crassa, firma. Fasciculi florum axillares conferti.

h. PH. *buxifolia*; foliis obovatis, obtusis, subserratis. PH. *media buxifolia Ait. Hort. Kew.* 1. *p.* 20.

Frutex parvus; rami breves, rigidi, laeves. Petioli 1-2 lin. laeves. Folia vix pollicis, 8 lin. lata, obtusa, basi attenuata, margine subreflexa, dentibus sat frequentibus, parum profundis, parvis, laevia, vix nitida, rigida. Thyrsi axillares conferti. Habitat? — Olim in *H. Helmstaedt*; nunc ex hortis botanicis exul.

2. *PHILYREA media; foliis lanceolatis, subserratis, serrulatisve.*

a. PH. *media*, foliis lanceolatis, triplinervibus, subserratis. PH. *media Willd. Enum. p.* 11. PH. *media virgata Ait.* Kew.

5-6 ped. Rami longi tenues, recti, apice laeves, magisque quam in *virgata* virgati. Petioli 2-3 lin., laeves. Folia 2-3 poll., 4-6 lin. lata, acuta, basi attenuata, margine subinflexa, dentibus solitariis, raris, parvis, saepe nullis, laevia, sat nitida, rigida. Nervi ad latera costae pone marginem ad 2/3 longitudinis folii. Thyrsi axillares conferti. (In *Enum. alt.* junxit cum *obliqua.*)

b. PH. *ligustrifolia;* foliis lanceolatis, venosis, subserratis; ramis strictis. PH. *virgata Link* (cum tota synonymia *ligustrifoliae* S. V. ed. nostr.) *Ejusd. Enum. alt. p.* 34. *Philyrea narbonens. Lobel icon.* 2. *p.* 131.

Frutex 4 - 5 ped.; rami recti, breves, rigidi, divaricati, laeves. Petioli 2 - 3 lin. Folia acuta, (2 fere poll.) basi attenuata, margine subreflexa, dentibus raris, parvis, parum profundis, laevibus, parum nitentibus, punctis parvis elevatis, nervis solito more, nec triplinervibus. Thyrsi axillares conferti. Licet *Clusius* „folia nullis crenis insignita" petat, icon tamen ejus omnino quadrat. *Haec in Europa meridionali locis illis, ubi media vulgo crescere dicitur. Link.*

c. PH. *pendula;* foliis lanceolatis, venosis, subserratis; ramis pendulis. *Willd. Enum. p.* 12. *Link Enum. alt.* I. *p.* 34. PH. *media pendula Ait.*

Convenit characteribus omnibus cum *ligustrifolia*, nisi quod rami in terram incurventur: hujus vix nisi varietas videtur in hortis nota. *Patria ignota.*

d. PH. *racemosa Link;* foliis lanceolatis, serrulatis; floribus racemosis. *Link Jahrb.* I. p. 160.

Frutex parvus; ramis rectis, rigidis, brevibus, laevibus. Petioli 2 - 5 lin., laeves. Folia 1 - 2 poll., 6 lin. lata, obtusa, acumine parvo, basi attenuata, margine subinflexa, dentibus sat frequentibus parvis, parum profundis, laevia, parum nitentia. Racemi axillares, pollicares, floribus remotiusculis in pedunculis 3 - 4 lin. Olim in Horto Helmstad. *Habitat?* Fors hortorum filia.

e. PH. *oleaefolia;* foliis lanceolatis, subundulatis, junioribus subserratis, adultioribus integerrimis. *Willd. Enum. p.* 13.

Rami breves rigidi apice pubescentes. Petioli vix lin. longi. Folia 1 - 2 poll., 6 - 8 lin. lata, obtusa, basi valde attenuata, margine subreflexa, laevia, sat nitentia. Thyrsi axillares breves conferti. *Habitat?*

f. PH. *microphylla Link;* foliis brevi petiolatis, oblongis, subcordatis, argute serrulatis. *Link Jahrb. p.* 155.

Rami multum divisi, juniores pilis tenuissimis. Petiolus 1/2 lin. Folia 10 tantum lin., 4 lata, satis acuta, non nitentia, subtus pallidiora. Flores? *Link* l. c. *Circa Romam. Herb. Otto.*

3. *PHILYREA angustifolia; foliis lanceolatis, omnibus integerrimis.*

PH. *angustifoliae* α β γ in *S. V. ed. nostr. p.* 73 certo nonnisi varietates esse. α sistere fruticem 4 - 6 ped. Rami in huc longi, tenues, laeves, conferti. Petioli laeves, lineae circiter. Folia 2 1/2 poll. et ultra, 3 - 4 lin. lata, acuminata, basi multum attenuata, margine subinflexa, punctata, laevia, parum nitentia. Fasciculi florum axillares, parvi, densi. In β. PH. *angustifolia rosmarinifolia*, quae Phillyrea 5 *Clusii hist.* I. *p.* 52, PH. *ang. rosmarinifolia Willd.* ad γ spectare videtur. γ. frutex 4 ped. Rami breves divergentes, laeves, ut Petioli 1 - 2 lin. Folia in ramis annosioribus 2 poll., 3 lin. lata; in junioribus pollicaria, 2 lin., omnia acuminata, basi longe attenuata, margine subreflexa, parum nitentia, laevia, subpunctata. Fascieuli axillares conferti. *Habitat?*

Pag. 74. PHILYREIS addantur:

10. PHILYREA *paniculata Roxb.;* arborea; foliis oppositis

(ovatis et) ovato-oblongis, integerrimis, glabris; paniculâ terminali. *Roxb. Fl. ind.ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 100. *n.* 1.

Folia decidua, margine incurva, coriacea, supra profunde viridia, subtus glauca, glandulis 2 pluribusve obsoletis ad basin, 4-5 poll., 2-3 poll. lata. Petioli breves, recurvi, canaliculati. Stipulae o. Panicula ex axillis extremis, ramis oppositis, glabris. Flores copiosi, parvi, albi, quidquam fragrantes, bracteis minutis, caducis. Cal. obsolete 4-dentatus. Cor. tubus brevis, laciniis linearibus, revolutis, glabris Filamenta basi tubi corollae inserta, longitudine fere laciniarum. Germen superum, sed alte in fundo calycis nidulans. Stylus brevis. Stigma clavatum, integrum. Drupa magnitudine phaseoli minoris, oblique obovata, glabra, ut plurimum unilocularis. Nux solitaria, basi acuta, extus sulcata, integumento quidquam indurato, vix tamen adeo duro, ut nux dici possit. Perisperma margaritaceum. Ligustrum *japonicum Thunb. Fl. jap. p.* 17 *f.* 1. satis bene hanc arborem sistit; sed nux monosperma stylusque brevis stigmate clavato vix eandem esse suadent. *Roxb. l. c.* *In China.* ♄.

11. Philyrea *robusta Roxb.*; foliis ovato-oblongis, integerrimis, acuminatis; paniculis terminalibus, magnis, patentibus; baccis subcylindricis, monospermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 101. *n.* 2.

Arbor sat magna, ramis junioribus glabris, punctis minutis albis. Folia opposita, breviter petiolata, integerrima, glabra, 3-4 poll., 1-1 1/2 lata. Paniculae ramis 4 teretibus, villosis. Flores oblongi, acuti, villosi. Cal. cyathiformis. Cor. campanulata, tubo brevissimo. Filamenta brevissima tubo inserta. Antherae oblongae. Germen depressum. Stylus et stigma clavata, apice plana, emarginatae. Baccae glabrae, succulentae, olivaceo-purpureae, magnitudine Berberidis. Integumentum seoinis exterius fibrosum, striatum, interius crassius, fuscum. Perisperma oleosum. *Roxb. l. c.* *In Silhet.*

53. LIGUSTRUM.

Pag. 75. n. 1. Ligustrum *vulgare.* Adde synonymon:
Engl. Bot. 764. *Hayne getr. Darst. off. Gew.* V. 25.
n. 2. Ligustrum *sinense.* Conferatur Syringa *villosa.*

Pag. 76. n. 4. Ligustrum *lucidum.* Adde synonymon:
Poiret Enc. meth. Suppl. V. *p.* 369.
Folia 4 poll. longa, 2 lata, crassa, coriacea, subtus flavescentia, nervis tennissimis. Affine *japonico*, in quo folia minora, saturate viridia, non lucida, magis acuminata.

Pag. 76. Ligustris addatur:
5. Ligustrum *nepalense Wall.*; foliis ovatis et ovato-oblongis, acuminatis, subtus villosis; paniculâ terminali, villosâ racemis suberectis, confertis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 151.

Arbor sat magna, ramis oppositis, teretibus, cinereis, punctis

callosis; junioribus molliter pilosis. Folia opposita, patentia, petiolis brevissimis, sulcatis, magnitudine et figurâ varia, subinde lanceolata, mucrone parvo, tereti, 1-3 poll., firma, supra lucida, adultiora etiam subtus glabra, nervis tenuibus ad marginem arcuatis. Panicula subcontracta, ovata, 4-6 poll., sessilis; racemulis superioribus brevissimis alternis. Pedunculi teretes, villosi; bracteâ parvâ, deciduâ, lanceolatâ. Flores breviter pedicellati, glabri. Cal. truncatus, dentibus 4 vix conspicuis. Cor. tubus magnitudine calycis, laciniis limbi patentibus, lanceolatis, acutis, tubo duplo longioribus. Stamina longitudine fere corollae, filamentis insertis fauci, stylo longioribus. Stigma carnosum, oblongum, acutum. Germen globosum, biloculare, seminibus 2 in singulo loculo pendulis, bacca tamen saepius monosperma, ovata, atrocaerulea, eleganter pruinosa, *vulgari* minor, pulpâ fuscâ. Differt a *japonico* et *lucido* figurâ et villositate foliorum, paniculisque contractis. Forte *sinense Loar.*, si racemi hujus paniculae dicuntur cum clo *Smith* in *Rees Cycl.* *Wallich* l. c. *in montibus Nepalae.* ♄.

Quid LIGUSTRUM *coriaceum Nois.?*

54. SCHREBERA.

n. 54. SCHREBERA *Swietenioides.* Addatur synonymon: *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 103.

Folia pedalia; foliola 3-4 poll., omnia glabra, inferiora subcordata, vel oblique ovata. Cal. labiis subaequalibus, subinde denticulis 2 lateralibus. Cor. tubus calyce triplo longior, limbi laciniae 5-7. Stigma bifidum. *Roxb. l. c.*

55. SYRINGA.

Pag. 76. n. 1. SYRINGAE *vulgari* addatur synonymon:
LILAC *vulgaris Gaertn. Moench. Lam.*

Pag. 77. n. 3. SYRINGAE *persicae* addantur synonyma:
LILAC *minor Mönch.* LILAC *persica Lam.*

57. SARMIENTA.

n. 1. SARMIENTA *repens.* Addatur synonymon:
SARMIENTA *scandens Pers. Syn.* 1. *p.* 13.

Pag. 77. n. 58. URCEOLARIAE subscribatur:

n. 58a. MEYNIA.

M. *spinosa Roxb. Link Jahrb.* 1. 3. *H. p.* 32.

Folia opposita, ovata, acuminata integerrima, laevia. Flores axillares, capitati. *Link.* *In India orientali.* ♄.

59. NYCTANTHES.

Pag. 77. n. 59. NYCTANTHES *arbor tristis.* Addantur synonyma: *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* 1. *p.* 86. Sephalica *Asiat. Res.* IV. *p.* 244. *Bot. Reg. t.* 399.

Caulis erectus; rami juniores tantum tetragoni. Folia breviter petiolata, cordata, sub floribus oblonga, subinde integerrima, subinde etiam angulata 3-5 poll., 1-3 lata. Panicula magna, terminalis, foliosa, umbellulis terminalibus 5-floris. Flores tubo aurantiaco, limbo albo. Involucrum foliolis 4 obcordatis. Cal. oblocte 5-dentatus. Limbus corollae 5-8 plerumque 6-7 partitus, contortus, laciniis triangularibus. Antherae sessiles in tubo. Caps. obcordata, magnitudine unguis pollicis. *Roxb. l. c.* qui locum natalem plantae hujus in India cultae ignorat.

60. JASMINUM.

Pag. 78. n. 1. JASMINUM *Sambac.* Addantur synonyma:

J. *Zambac;* fruticosum, scandens; foliis oppositis, subsessilibus, cordatis oblongisque, acutis obtusisve; laciniis calycis subulatis; baccis globosis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 87. J. fol. oppos. simplicibus, ellipticis, ovatis subcordatisque membranaceis, opacis; ramulis petiolisque pubescentibus; lac. cal. subul. *Sims Bot. Mag.* 1785. J. *gimea Zucc.* apud *Steudel.* (?)

Obs. Hujus varietates tres distinxit div. *Roxburgh:* 1. *flore simplici* (single flowered Arabian Jasmine): hoc supponit esse JASMINUM *undulatum Willd. Spec.* 1. p. 36. Tsjiregam-Mulla. *Rheede Mal.* VI. *p.* 97. *t.* 55. (quod jam divo *Vahl* sub J. *undulato* dubium erat) et Mallica et Asphota *Asiat. Research.* IV. *p.* 245. (*Bot. Regist.* 1. et *Bot. Mag.* 1785 *a* huc, ut nobis videtur, certe spectat). — 2. *flore duplici* (double flowered Arabian Jasmine). Nalla-mulla *Rheed. Mal.* VI. *p.* 87. t. 50. Jasminum Limonii folio conjugato. *Burm. Zyl.* 128. *t.* 58. *f.* 2. Flos Manorae *Rumph amb.* V. *p.* 52. *t.* 30. Suptala, Nuva-mullika *Asiat. Research.* l. c. — 3. *grandiflora plena* (great-double arabian or tuscan Jasmine). Kudda mulla *Rheed.* l. c. p. 89. t. 51. Flos manorae plenus. *Rumph* l. c. Septala *Asiat. Research.* l. c. — (Huc nobis videtur spectare: J. *Sambac*, *β*. flor. multiplicatis, laciniis oblongis, acutis, tubo brevioribus. *Bot. Mag.* l. c. J. *Sambac* fl. plen. *Bot. Reg.* 497. — Varietatem adhuc aliam (an nostram *β*?) sum *γ* invenimus in *Bot. Mag.* l. c. J. *Sambac trifoliatum*: floribus plenis; laciniis subrotundis, tubo longioribus; foliis plerumque ternatis. Si vero huc NYCTANTHES *grandiflora Lour.*, tunc potius J. *arborescens Roxb.*: synonymon *Lour.* ergo hoc in *Syst. Veg. ed. nostr.* excludendum) — In prima sua varietate, quae sola spontanea, caules ramosque scandentes notat *Roxburgh*, folia subinde etiam crenata, glabra aetate, axillis tantum venarum subtus fasciculo pilorum, ut in *Gardenia;* flores terminales in umbellulis plerumque parvis trichotomis; calycis lacinias 5-9; baccas didymas, glabras, atras, nitentes, singulam monospermam. J. *undulatum* hujus tantum esse varietatem solo culturâque natam, cum characteres nulli certo)

Pag. 79. n. 5. JASMINUM *hirsutum.* Addantur synonyma:

Bot. Regist. t. 51. *Bot. Mag. t.* 1991. Jasm. *pubescens;* foliis cordatis, pubescentibus; umbellis terminalibus, sessilibus, multifloris. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et

Wall. I. *p.* 90. *n.* 4. (qui huc ducit Katu-Tsjiregam mulla *Rheed. Mal.* 6. *p.* 95. *t.* 54. NYCTANTH. *multiflora*m *Burm. Fl. ind. p.* 5. *t.* 3. *f.* 1. NYCT. *pubescentem Retz.; Wallich* l. c. omnino huc trahit J. *hirsutum Smith* et *multiflorum Andr.* an huc CADAMBA *jasminiflora?*)

Caulis vix ullus; rami numerosi, cortice cinereo, juniores pubescentes. Folia opposita, breviter petiolata, integerrima, terminalia involucri ad instar circa umbellam. Umbella subtrichotoma, pubescens, floribus 10-30 sessilibus, albis, fragrantibus, magnis. Bracteae paucae, lanceolatae. Cal. 6-fidus. Cor. 6-9 partita, laciniis lanceolatis. Antherae rostratae. Stigma integrum, clavatum. *Roxb.* l. c. *In China* et *Bengalia.*

Obs. Cls. *Link Enum. alt.* 1. *p.* 31 huc ducit J. *multiflorum Roth* (S. V. *ed. nostr. n.* 12.) ut ex descriptione nunc liquet.

n. 5a. JASMINUM *laurifolium Roxb.*; scandens; nitidum: foliis oppositis, ovato-lanceolatis, lucidis, trinervibus; floribus axillaribus terminalibusque, solitariis quinisve, longe pedunculatis; laciniis calycis 6-7 filiformibus; corollae 9-12 linearibus, longitudine tubi. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 91. *n.* 5.

Folia subsessilia, firma, integerrima, margine subincrassata, 2-4 poll., 1-2 lata. Pedunculi terminales, subinde subracemosi, longi, graciles. Bracteae oppositae, subulatae. Calycis laciniae longae, graciles, glabrae. Cor. tubus calyce duplo longior, subclavatus; limbi laciniae ensiformes, patentes. Stamina tubo inclusa. Stylus stigmaque clavatum vix longitudine antherarum. *Roxb. l. c.* *In montosis Bengaliae orientalis.* ♄.

n. 5b. JASMINUM *coarctatum Roxb.*; fruticosum; foliis oblongis, glabris, acutis; corymbis terminalibus, pedunculatis e floribus ternatis, subsessilibus, ample bracteatis; calyce 5-fido. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 91. *n.* 6.

Ramosus, minime scandens: floribus copiosissimis in corymbis parvis, condensatis. *Roxb.* l. c. *In collibus prope Chittagong.* ♄.

n. 7. JASMINUM *undulatum.* Addantur synonyma: *Link Enum. alt.* I. *p.* 443. *Bot. Reg. t.* 436. (exclude in *Syst. Veg. ed. nostr.* synonymon *Tsjregam Mulla Rheed*, quod ad *Sambac.*)

Pag. 80. n. 8. JASMINO *montano* addatur synonymon: *Roth nov. Spec. p.* 5.

Caulis obsolete tetragonus, glaber, cortice rufo laevi. Folia subinde apice emarginata, petiolis 2-3 lin. Pedunculi subtriflori, hirsuti, uti bracteae, et calycis laciniae lanceolatae, 1/2 lin. longae. Corollae tubus calyce 3-4 plo lon-

gior; limbus 8-fidus. Bacca globosa nigra magnitudine Pisi. Differt a proximo *undulato* foliis obtusis, nec acuminatis; calycis laciniis lincaribus obtusis, nec setaceis; laciniis corollae. *Roth l.*

8a. JASMINUM *bracteatum Roxb.*; scandens: foliis oppositis, ovato-oblongis, acutis, villosis; fasciculis terminalibus, bracteatis, 3-5-11-floris; laciniis calycinis 5-7, subulatis; corollinis 5-8 oblongis, acuminatis, rotundatis; stylo tubum excedente; stigmate integro. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 92. *n.* 8.

Caulis vix ullus, ramis numerosis, ligneis, alte in arbores adscendentibus, teretibus, pube brevi, pallide viridi, mollissimâ. Folia breviter petiolata, integerrima, 2-3 poll. 1-2 lata. Flores copiosi, sat magni, albi, fragrantes, nunc in fasciculis subsessiles, nunc in ramulis brevibus axillaribus. Bracteae oppositae, plerumque paribus duobus, ovato-cordatae, intus minores subulatae, omnes villosae, ut calycis tubus brevis. Cor. glabra, tubo calycem duplo excedente, subcylindrico. Stylus tubo corollae longior. Stigma integrum, lineare, utrinque sulcatum. Baccae solitariae vel 2, medio basin versus coalitae, magnitudine pisi majoris, ovatae, glabrae, nigrae. Semen 1 ovatum. Integumenta 2, exterius fibris lanuginosis, interius atro-fuscum. Perisperma nullum. *Roxb. l. c.* *In insula Sumatra.* *In Bencoolew*, Dr. C. *Campbell.*

8b. JASMINUM *latifolium Roxb.*; fruticosum, scandens; foliis oppositis, petiolatis, cordatis (oblongisque); corymbis terminalibus; laciniis calycis 5-7 subulatis, corollae (8-) 10-12 linearibus, cuspidatis; baccis reniformibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 93. *n.* 9. J. *trichotomum* β *latifolium*; foliis majoribus ovatis cordatisve, floribus semiplenis. *Roth nov. Spec. p.* 7.

Reliquis majus, caule volubili, ramis rectis patentibus, ramulis oppositis, glabris. Folia acuta, integerrima, glabra, magnitudine varia. Corymbi diffusi, tripartiti. Flores magni, albi, fragrantes. Cal. tubus brevis, plerumque 5-fidus. Cor. tubulosa. Bacca simplex duplexve: illa oblonga, haec reniformis. *Roxb.* l. c. *In montosis Circars tantum.* ♄.

8c. JASMINUM *trichotomum Heyne*; foliis oppositis ovato-lanceolatis, supra glabris, subtus subtomentoso-ferrugineis; corymbis terminalibus, trichotomis, compositis, pilosulis; calycibus campanulatis, lacinias erectas longitudine aequantibus. *Roth nov. Spec. p.* 6. (excl. β.)

Rami ramulique oppositi, obsolete tetragoni, ferruginei, glabri, ad ramificationes dilatati. Folia ovalia vel superiora praesertim ovali-lanceolata, supra saturate viridia, subtus tomento tenuissimo, vix conspicuo, 2-3 poll., 1 1/2-2 poll. lata. Petioli 3-4 lin., glabri. Pedunculi 1/2-1 poll., nudi,

filiformes. Bracteae ad corymbi divisiones oppositae, setaceae, caducae. Cal. 6-8-fidus: laciniis linearibus obtusis. Cor. saepius 6-fida: laciniae lineari-lanceolatae, tubo paulo breviores. *Roth.* *In Ind. orient. div.* B. *Heyne.*

8d. JASMINUM *arborescens Roxb.*; arborescens; foliis oppositis ternatisque, oblongis, pubescentibus (glabris.); floribus terminalibus, numerosis, corymbiformibus; limbo 10-12-fido; sigmate bilobo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 94. *n.* 10, et, hoc teste: NYCTANTHES *grandiflora Lour. cochin.* 25.

10-12 ped. Caulis vix ullus; rami plures, fortes, lignosi, suberecti, cortice glabro cinereo; juniores teretes, subvillosi. Folia breviter petiolata, ovato-cordata, rarius terna, alternaque, acuminata, integerrima, utrinque glabra, (supra pubescentia dicuntur!) 2-4 poll., 1-3 lata. Petioli canaliculati, medio articulati. Flores in pedunculis terminalibus, trichotomis, trifloris, saepe paniculam magnam, corymbiformem sistentes, magni, albi, fragrantes. Bracteae subulatae, villosae, ut Cal. laciniae incurvae. Cor. tubus calyce longior; limbi laciniae acutiusculae, lineares. Antherae ovatae, tubo inclusae. Germen turbinatum, bilobum, ut stigma duplo tubum corollae superans Proxime affine *latifolio*, et eo potissimum diversum, quod non scandat. *Roxb. l. c.* *In elevationibus Bengaliae.* b.

Pag. 80. n. 9. JASMINUM *scandens.* Addatur synonymon:

J. frutescens, volubile, scandens, glabrum; foliis oppositis, simplicibus, cordato-oblongis, integerrimis, attenuato-acuminatis; corymbis terminalibus, globosis, trichotomis; laciniis calycinis 6-7, setosis; corollinis 6-8 lanceolatis, acutissimis, longitudine fere tubi clavati; stigmate bilobo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 83. *n.* 2.

Truncus nullus, sed rami plures, longi, lignei, glabri. Folia integerrima, glabra, fere lucida utrinque, 1-6 poll. 1/2-2 poll. lata, petiolis brevibus, planis, sulcatis. Pedunculi pedicellique et calyces patentes villosi. Flores numerosi, candidi, fragrantes. Tubus corollae calyce duplo longior. Germen turbinatum. *Roxb.* l. c. *In Bengaliae meridionalibus, et in Chittagong.*

n. 10. JASMINUM *simplicifolium.* Addantur synonyma: J. frutescens, diffusum; foliis oblongis nitentibus; floribus terminalibus tribus pluribusque; laciniis corollae 6-8, linearibus, acutis, longitudine tubi. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 96. *n.* 13. *Roth Annals of Bot.* I. *p.* 135. *Bot. Mag. t.* 980.

Truncus vix ullus; rami multi, lignosi, teretes, glabri, ramulis diffusis. Folia simplicia, opposita, integerrima, breviter petiolata, 2 fere poll., poll. lata Flores terminales; pedicelli clavati, teretes, glabri, bracteis minutis, subulatis. Cal. campanulatus, 5 dentatus, tubo corollae multo brevior.

Antherae semierectae. Stylus tubo corollae dimidio brevior. Stigma bifidum *Roxb.* l. c. *In Archipelago orientali.*

Pag. 81. n. 11. JASMINUM *elongatum.* Addatur synonymon:
J. scandens; foliis oppositis alternisque lanceolatis, utrinque villosis; corymbis terminalibus; corollâ (6-)8-12-fidâ, laciniis linearibus; stigmate bifido. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 80. *n.* 3.
Caulis lignosus, late diffusus, scandensve, cortice cinereo, in junioribus villoso. Folia breviter petiolata, etiam ovato-lanceolata, molliter utrinque pubescentia, 1-2 poll. Flores albi, terni et plurimi, corymbum magnum sistentes. Pedicelli clavati, villosi, ut bracteae breves, subulatae, et cal. 5 6 fidus, laciniis brevibus, subulatis. Cor. tubus faucem versus incrassatus, limbi laciniae lineares, patentes, margine revolutae. Antherae in fauce tubi, ubi etiam stigma bilobum. Differt ab *arborescente* meo pube, foliorum formâ, volubilitate etc. *Roxb.* l. c. *Ad ostia Hoogly in Bengalia.*

Pag. 81. n. 12. JASMINUM *multiflorum.* Addatur synonymon: *Roth nov. Spec. p.* 6.
Corollae tubus calyce triplo longior, parum ampliatus. Confer *Obs.* ad n. 5.

Pag 81. n. 13. JASMINUM *trinerve.* Addatur synonymon:
J. scandens, nitens: foliis ovato-lanceolatis, longe acuminatis, trinervibus, nitidis; floribus axillaribus terminalibusque, solitariis; laciniis calycinis 6-7 subulatis, corollinis 6-8 subfiliformibus, tubo longo longioribus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 92. *n.* 7.
Caules ramique ad orgyas plures scandentes, cortice cinereo scabro; juniores virides, glabri, nitentes. Folia opposita, longâ, firma, 3-4 poll., 1-2 1/2 poll. lata, petiolo brevi, medio articulato. Flores subsessiles, magni, candidi, fragrantes. Cal. tubo brevi, glabro, laciniis tubo corollae dimidio brevioribus. Cor. laciniae 1 1/2 pollicares. Antherae medio tubi corollae affixae. Stylus longitudine corollae, stigmate bifido. *Roxb.* l. c. *In sylvis prope Silhet.*

Pag. 82. n. 16. JASMINUM *angustifolium.* Addatur synonymon:
J. fruticosum, volubile, nitidum; foliis oppositis, (breviter) petiolatis, ovatis, glabris, intense viridibus, lucidis; floribus terminalibus solitariis, binis, ternisque; corollâ 8-9-partitâ; baccis simplicibus ovatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 95. *n.* 11.
Div. *Roxburgh Rheede* 6. t. 55, et J. *vimineum* cum *angustifolio Willd.* sine dubio huc ducit, de NYCTANTHE *triflora. Burm. ind. t.* 2. dubitat ob folia (licet similis figura) alterna. Caules ramique lignosi glabri. Folia etiam oblonga, et subinde fere cordata, acute acuminata, evenia. Flores plerumque terni, magni; albi, rubescentes tamen, stellati.

Pedunculi clavati. Cal. tubo brevi, segmentis acutis. Cor. laciniae lanceolatae, Stylus brevis, stigmate lanceolato. Baccae oblongae. *Roxb.* l. c.

n. 16 a. JASMINUM *tubiflorum Roxb.*; scandens; foliis subsessilibus, ovato-oblongis, glabris; floribus terminalibus 3-5, breviter pedunculatis; calycis laciniis 7-8 subulatis, tubo corollae gracili longissimo quinquies sexies brevioribus; baccis ovatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 96. *n.* 12.

Tubus corollae laciniis limbi ejusdem 7-8 lanceolatis triplo longior. *Roxb.* l. c. *In Archipelago Malayensi.*

n. 18. JASMINUM *glaucum.* Addatur descriptio ex *Thunberg Fl. cap.* l. c.

„Frutex erectus, glaber, fere orgyalis; rami ramulique subopositi, superne compressi, laxi, glabri, erecti. Folia oblonga, acuminata. Panicula simplex et composita, trichotoma. Flores terminales, paniculati, albi. Corollae tubus striatus, pollicaris Limbus 6-7-partitus." *Thunb.*

Pag. 83. n. 21. JASMINO *aemulo* subscribantur:

n. 21 a. JASMINUM *arboreum Roxb.*; ramis angulatis, pubescentibus; foliis simplicibus, petiolatis, ovatis, acuminatis, margine subundulatis; paniculâ terminali, pauciflorâ; calyce pubescente, laciniis tubo corollae 9 angustis. *Link* in *Jahrb.* 1. 3. *H. p.* 31.

Misit div. *Roxburgh;* sed nulla in operibus suis speciei hujus descriptio. *Link.* Nec convenit sane *arborescens!* Anne *heterophyllum*? *In Ind. orient.* ♄.

n. 21 b. JASMINUM *glabrum Horsfield;* ramis teretibus, pubescentibus; foliis simplicibus, petiolatis, oblongis, longe acuminatis, subpubescentibus; paniculis paucifloris, axillaribus; calyce pubescente; laciniis tubo corollae triplo brevioribus, squarrosis; laciniis corollis 9 angustis. *Link Jahrb.* 1. 3. *H. p.* 31.

In Java. Horsfield. ♄.

Pag. 83. n. 22. JASMINUM *auriculatum.* Addantur synonyma:

J. fruticosum, volubile; foliis subternatis: foliolis ovatis, pari minuto nullove; calyce obsolete 5-dentato: dentibus glandulosis; corollâ 7-(5-8) fidâ; baccis globosis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 96. *n.* 14. *Asiat. Res.* 4. *p.* 246. *Bot. Reg. t.* 264.

Folia opposita: foliolum extremum ad minimum 10ies 15ies majus, omnia integerrima, adulta glabra, acumine parvo. Corymbus terminalis, semper trifurcatus, densus. Flores parvi, albi, minus fragrantes. Cor. laciniae obliquae, obtusae. Stigma clavatum. Bacca ut in *Sambac.*

22 a. JASMINUM *lanceolaria Roxb.*; fruticosum, erectum,

foliis ternatis: foliolis lanceolatis; corymbis terminalibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Roxb.* I. *p.* 97. *n.* 15.

In fruticetis Silhet. ♄.

22 b. JASMINUM *paniculatum Roxb.*; fruticosum, erectum, omnibus partibus nitidum; foliis ternatis: foliolis ovalibus, obtuse acuminatis; paniculis terminalibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Roxb.* I. *p.* 97. *n.* 16.

Folia dura. Flores parvi, albi, copiosi, in paniculis sat magnis patentibus, brachiatis. *Roxb.* l. c. *Cantone sinensium.* ♄.

22 c. JASMINUM *chrysanthemum Roxb.*; fruticosum, erectum: foliis alternis, pinnatis: foliolis 3-5-7 lanceolatis; corymbis subterminalibus; laciniis calycinis attenuatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 98. *n.* 17. Hemapushpica s. yellow yuthica. *Asiat. Research.* IV. *p.* 246. VI. *p.* 349. Jasmin n. 3.

Caulis fortis, lignosus, crassitie cruris ubi 7-8 annorum, et 8-12. ped., cortice glabro, cinereo, rami annui erecti, flexuosi, angulosi, glabri, foliis ad basin saepius ternatis, simplicibusque. Foliola opposita, glabra, profunde viridia, sed non nitentia, 1 1/2-3 poll. Corymbi floribus 10-20, ut in JASMINO *odoratissimo Curt. n.* 285. Flores magni, laete flavi, deliciose fragrantes Bracteae ensiformes. Laciniae calycinae 5 alternae, longitudine fere tubi calycis; corollinae 5 ovatae, obtusae, longitudine tubi. Filamenta brevia. Antherae lineares e fauce prominulae. Semina 2 in singulo loculo germinis. Stylus longitudine dimidii tubi. Stigma clavatum. *Roxb. l. c.* *In montibus borealibus Hindoostan* Cent. *Hardwicke;* in *Napaul; Buchanan.* ♄.

Pag. 83. n. 24. JASMINUM *tortuosum.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 83.

Foliolum terminale fere 1 1/2 poll. Cal. glaber, laciniis brevissimis. Cor. alba, tubo calycem multo excedente, laciniis limbi linearibus. *Link.*

n. 25. JASMINUM *azoricum.* Addantur icones: *Bot. Reg. t.* 89. *Sims bot. Mag. t.* 1889. JASMINUM *trifoliatum Mönch* (fide *Steudel*).

n. 26. JASMINUM *capense.*

Arbor circiter orgyalis, tota glabra, caule erecto ramulisque decussatis angulatis. Foliola lateraliter breviter petiolata, intermedium longius, omnia ovata, subretusa cum acumine, nervosa. Panicula trichotoma, erecta. Flores terminales, paniculati, albidi. *Thunb. Fl. cap.* l. c.

Pag. 84. n. 28 et 29. J. *divaricatum* et *lineare* ponantur post *odoratissimum.*

n. 30. JASMINUM *fruticans*. Addatur synonymon:
J. *heterophyllum Mönch* (fide *Steudel*).

n. 31. JASMINO *humili* addatur icon:
Bot. Repos. t. 350. J. *fruticans β Lapeyr.*

n. 32. JASMINO *odoratissimo* addatur:
β. foliis acutioribus.

n. 32 a. JASMINUM *campanulatum Link*; ramis teretibus, pubescentibus; foliis oppositis, ternatis: foliolis ovalibus, acuminatis, apiculatis; calyce campanulato, glabro, laciniis brevissimis. *Link Jahrb.* 1. 3. *H. p.* 30. *Enum. alt.* I. *p.* 52.

Caulis diffusus, scandens, 4-5-ped., striatus, superne pubescens. Folia et foliola petiolata, petiolis pubescentibus; foliola glaberrima, subattenuata, basi inaequalia, subrepanda venosa, venis ante marginem confluentibus, pollicaria, 6-8 poll. lata. Panicula arcta, haud multiflora. Bracteólae lineares, cum pedunculis pubescentes. *Link Enum. Habitat? h. Cald.*

32 b. JASMINUM *heterophyllum Roxb.*; arboreum; foliis alternis, petiolatis, simplicibus ternatisque, oblongis lateque ovatis, acuminatis, undulatis, lucidis, firmis; paniculis terminalibus, patentibus, trichotomis, fastigiatis; calycis urceolati dentibus subulatis; laciniis corollae oblongis tubum subaequantibus. *Wallich* in *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 164. *Ibid.* I. *p.* 99. *n.* 19. (An J. *arboreum Link?*)

Arbor mediocris, ramis longis, dependentibus, cortice verrucis parvis griseis. Folia magnitudine et formâ adeo varia, ut diversarum fere specierum, licet ejusdem arboris, pro varia hujus aetate, in junioribus tantum opposita, 3-6 poll., 2-4 lata, subtus pallidiora, costâ satis elevatâ, nervis longis, suboppositis, obliquis, in junioribus ternata. Petioli tenues, sulcati, pilis brevibus, subinde etiam costam, nervosque obsidentibus, 1-2 poll., partiales breves; omnes utrinque articulati. Paniculae plus minus foliis longiores, magnae, ramosae, divisionibus primis sat longis. Pedunculi graciles laxi calycesque pilosi, bracteis deciduis subulatis. Flores copiosi, ternati, flavi, gratissime fragrantes, subfastigiati, intermediis sessilibus. Tubus corollae cylindricus, 1/2 poll., striatus. Stamina subexserta. *Wall. l. c.* *In Nepala.* h.

32 c. JASMINUM *dispermum Wall.*; fruticosum, scandens, glabrum; foliis oppositis, inaequaliter ternatis: foliolis ovato-oblongis, acuminatis, quinquenervibus; corymbis terminalibus lateralibusque brachiatis; calyce campanulato, dentibus subulatis; laciniis corollae oblongis, obtusis; baccis geminis, dispermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 99. *n.* 20.

Frutex ramis gracilibus, quadrangulis, punctatis, divaricatis;

folia remota; foliola membranacea, basi rotundata et subinde quidquam retusa, longe acuminata; nervi (praeter 5 ad basin) quidam subtransversi, in venam submarginalem, undulatam coadunati. Foliolum extimum 4 poll., reliqua triplo minora, subsessilia. Petioli subsulcati, incurvi, pollicares, nec articulati. Corymbi ovati, pedunculis oppositis, quadrangulis, trifloris, basi bracteis 2 subulatis, oppositis. Flores magni, fragrantes, albi. Tubus clavatus, circiter pollicaris. Limbus 5-partitus, tubo dimidio brevior. Baccae magnitudine olivae parvae, atro-purpureae, cuticulâ secedente, transparente. Affine videtur J. *didymo Forst.* et *divaricato Brown.* *In Napaal*, D. Edw. *Gardner.* ♄.

Pag. 85. n. 34. JASMINUM *grandiflorum.* Addantur synonyma:

J. fruticosum, scandens; foliis oppositis, pinnatis: foliolis 3-5 exterioribus confluentibus; pedunculis terminalibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 98. *n.* 18. *Bot. Reg. t.* 91. J. *hispanicum Hortulan.*

A se semper tantum *in Indiae hortis* visum. *Roxb.* l. c. Cal. tubo corollae quadruplo brevior, cum in *officinali* tantum duplo. *Link Enum. alt.* 1. *pag.* 32.

n. 34 a. JASMINUM *revolutum Sims*; fol. omnibus pinnatis, paniculis oppositifoliis, laciniis corollae revolutis. *Sims Bot. Mag.* 1731. J. foliis alternis pinnatis: foliolis oblongis glaberrimis; calyce glabro: laciniis brevissimis. *Link Jahrb.* 1. 3. *H. p.* 31.

Caulis 5-6-ped. et ultra, basi lignosus, superne herbaceus, ramis subangulosis, flexuosis, glaberrimis. Folia petiolis longis, canaliculatis, 2-3 juga cum impari; foliola subsessilia, oblonga vel ovata, integerrima, acuta, basi inaequalia, subtus pallidiora et venosa, 2 extima terminali approximata, inferiora remota, pollicaria, 1/2 poll. lata. Flores flavi, odoratissimi, subterminales. Pedunculi terminales approximati saepe trifidi, patentes. Cal. subcampanulatus, glaber lineam longus, dentibus 5-6 minutissimis, erectis, mucronatis. Cor. tubus 6 lin., sulcatus, brevior limbo 5-6-fido, laciniis obovatis. Antherae magnae, lingulatae, erecto-incumbentes. *Sims* et *Link.* *In China.* ♄.

Quid I. *lanceolatum, laudonianum H. Angl. in H. Berolin.?*

VERONICA. *)

Pag. 86. n. 63. Subscribatur:

*) *Nota.* In prima hujus generis sectione dentes foliorum variare quam plurimum, ut ex una eademque radice folia obsolete et profunde, aequaliter et inaequaliter serrata, quod in *longifolia* et *maritima* se expertum fuisse, hinc apicem tantum longius brevius in acumen productum, basin ovatam et cordatam characteres sistere constantes *Link Jahrb.* 1. 3. *H.* p. 33.

Pag. 86. n. 2. VERONICAE *virginicae* addantur synonyma:

CALLISTACHYA *virginica Rafinesque* (quo genere etiam,

longe diverso a GALLISTACHYA *Smith*, ob calycem 5-partitum, *sibiricam* comprehendit). LEPTANDRA *virginica Nuttall. gen.* 1. *p.* 7. VERONICASTRUM *album Mönch.*

Obs. Character generis LEPTANDRAE apud *Nuttall l. c.*: *Cal.* segmentis 5 acuminatis. *Cor.* tubuloso-campanulata, limbo quadrilobo subringente, inaequali, laciniâ inferiore angustiore. *Stamina pistillumque* demum longe exsertum: *filamenta* basi tubusque corollae pubescentia. *Caps.* ovata, acuminata, bilocularis, polysperma, apice? dehiscens. Ante PAEDROTAM esse inserendam censet. VERONICAM (LEPTANDRAM) *virginicam*, quae in Japoniâ occurrit, aliam fors sistere speciem, ut et V. *virginicam* β floribus purpureis *Pursh* I. p. 10; V. *sibiricam* (VERONICASTRUM *rubellum Mönch*) LEPTANDRAM esse: *Nuttall l. c.*

Pag. 87. n. 3. VERONICAE *foliosae* addatur:

Obs. 1. VERONICA *triquetra Kitaib.* e Pannonia in *Herb. Willd.*, fide *Link* in *Jahrb.* 1. 3. *p.* 36 *foliosae* γ est. Ipsa V. *foliosa* etiam *brevifoliae* nomine asservatur in *Herb. Willd.*; in *Horto* vero *Berolin.* aliam coli speciem, quam *brevifoliam* „(quin potius *brachyphyllam*, cum jam sit *brevifolia*)" dici mavult, quam vide n. 9 a.

Obs. 2. Utrum V. *brevifolia M. a Bieberst.* re verâ hujus sit loci, dubium; cum ipse excell. *M. a Bieberstein* in *Suppl.* p. 8 de VERONICA *spuria* et *brevifolia* dicat: „Posterior videtur prioris *varietas* magis canescens, foliis brevioribus et argutius serratis; (conf. *Steven Mem. Mosqu.* 5. p. 338.) polymorpha enim planta, et quidem elatiora individua spicis ad caulis apicem multis paniculatis praedita procul dubio V. *paniculatam Linn.* constituunt, pro qua nostrae varietatem glabriusculam descripsit *Wahl Enum.* I. *p.* 68., longe vero diversam (nec hujus sectionis) V. *dentatam Schmidtii Willdenow* in *Enum. Hort. Berol. p.* 23."

Pag. 87. n. 4. VERONICA *crenulata.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 23. *Jahrb.* 1. 3. *p.* 57. et, hoc teste, V. *villosa Schrad.* (*S. V. ed. nostr. n.* 35.)

Parum villosa. Folia e cordata et subcordata basi attenuata, ovata, 2 poll., poll. lata, plerumque nervo incurvo. Cor. caerulea et alba. *Link.*

4 a. VERONICA *linariaefolia Pall.*; foliis oppositis, linearibus, sensim attenuatis, longe acuminatis, remote serratis; bracteis pedicello longioribus. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 35. *Pall. Hb. Willd.* V. *angustifolia Fischer H. Gorenk. Link Enum. alt.* I. *p.* 19.

Caulis 1-2-ped., erectus, angulatus, pilis sparsis, ramis paucis. Folia 2 poll., 2 lin. lata, in petiolum longe attenuata, basi et apice integerrima, glabra. Racemus elongatus, pedicellis 2-3 lin. cum rhachi pubescentibus. Bracteae lineares, pubescentes. Cal. glaber, laciniis ciliatis. Cor. magna, caerulea. *Link.* *In Sibiria.* 2.

n. 5. VERONICAE *maritimae* addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 19. V. glabra *Ehrh.*

Obs. V. *maritimam Willd. Enum.* 18, fide *Herb. Willd.* nil esse, nisi V. *longifoliam* Berolini lectam; genuinamque *maritimam* in *Horto Berol.* nomine *spuriae* cultam indeque compositam fuisse, *Link* I. 3. p. 37, qui se *maritimae* varietatem foliis cauleque inferne glabris nomine *grossae* accepisse, cui folia superiora interdum profunde serrata, ut ad V. *laciniatam* accedat.

n. 5a. VERONICA *Hostii Moretti*; spicis terminalibus; foliis ternis quaternis oppositisque lineari-lanceolatis, acuminatis, serratis, calycibusque capsulisque glabris. *Moretti* in *Bibliot. italiana* 1818. *Estratto* p. 5. et, hoc teste: V. *flexuosa*, caule erecto, flexuoso, superne ramoso; foliis ternis, canaliculatis, argute et profunde serratis, glabris; calycibus capsulisque glabris. *Hort. Synops. ed.* 2. *ined.* V. *maritima Noc.* et *Balb. Fl. Ticin.* I. p. 6 (non *Linn.*) V. recta secunda *Tabernaem.* Neuw. Kreuterb. II. p. 99. f. 4.

Rad. horizontalis, cylindrica, lignosa. Caulis 2-3-ped., teres, glaber ad apicem usque, viridi-glaucus, subinde purpurascens, totus tectus foliis. Folia breviter petiolata, satis longa, nervis prominulis pallide viridibus. Foliola intra axillaria lineari-acuta, integerrima. Spicae terminales 5-7 pluresve, azurei, intermedia longiore: raro spica unica. Pedunculi pilis brevissimis adspersi. Cal. profunde quadripartitus. *In pratis humidis circa Ticinum.* 4.

Pag. 88. n. 6. VERONICAE *spuriae* addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. p. 20. et, hoc teste, V. *amethystina Willd. Enum.* S. V. *ed. nostr. n.* 10.

Obs. Hanc composuisse div. *Willdenow* cum *maritima*, unde nata *amethystina* ejus. V. *spuriae* fors varietatem esse V. *rubellam Pall.* in *Herb. Willd. Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 34. 38. A quibusdam V. *upsaliensis* et *Verbenae* quorumdam huc trahitur. Confer *Obs.* ad V. *foliosam.*

n. 6a. VERONICA *serrulata Pall.*; caule tenui, tomentoso; foliis oppositis ternisque, petiolatis, inferioribus oblongis, superioribus (alternis) lanceolatis, omnibus e lanceolata, longaque basi attenuatis, serrulatis; bracteis inferioribus pedicello longioribus, calyce pubescente. *Link* in *Jahrb.* 1. 3. *H. p.* 38. (e *Herb. Willd*).

In Sibiria.

Pag. 88. n. 7. VERONICAE *paniculatae* addatur synonymon: *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 466. (ubi sphalmate *capitulata* scribitur.) V. *virgata Willd.* in *Herb. Willd.* fide *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 39.

Caulis pilosiusculus; folia angusta, longa, scabra, serrata; rami florentes superne dense congesti (quibus solum a *spuria* differre ait, cujus varietas sibi videtur) *Link l. c. Poiret* calycis lacinias 5 inaequales, hirsutas, ciliatas petit. Ill.

de Vest., specimen Pallasianum in *Herb. Johann.* asservatum, sequentibus describit: Rad. deest. Caulis teres, glaber, virgatus. Folia oblongo-lanceolata, terna, remote, argute, nec profunde, aequaliter serrata, apice subacuminato basique integerrima, glabra, venosa, summa integerrima. Petioli foliis multo breviores, non dilatati. Internodia fere foliorum longitudine, nec illis multo breviora, ut in *foliosa*. Racemi tres, terminales, foliis minutis suffulti, digitum spithamamve longi, satis breviores ramo florifero. Pedicelli capillares, bracteâ oblongâ duplo longiores, 2 lin. Cal. lineam longus. Cor. magnitudine *urticifoliae*, calyce triplo longior. Filamenta stylusque capillares. Foliorum formâ venit cum *foliosa*, sed gracilitate, glabritie, serraturis levioribus, bractearum brevitate, corollisque minoribus ab eadem differt. Affinis quoque foliorum formâ *virginianae*.

n. 7a. VERONICA *Stephaniana*; caule tenui, tomentoso; foliis oppositis ternisque lanceolatis, basi attenuatis, acutis, serratis, tenui-tomentosis, candicantibus; bracteis pedicello brevioribus. V. *mollis Link Jahrb.* 1. 3. *H. p.* 39.

Proxime affinis. V. *spuriae*, sed albo-tomentosa. *Link.* In Persia. *Steph.* Nomen mutandum erat, cum jam sit V. *mollis*.

Pag. 89. n. 8. VERONICA *complicata*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 89.

Obs. Folia longissima, angustissima, remote serrata eandem a *longifolia* distinguunt quidem; at formae intermediae tot, ut videatur species in hortis enata. — Abire sibi in *longifoliam* videri, distinctissimam licet, prius in *Jahrb.* 1. 3. *p.* 35.

n. 8a. VERONICA *azurea Schott*; foliis lanceolato-linearibus, longissimis, sensim attenuatis, ad apicem usque argute serratis, serraturis baseos profundioribus; bracteis pedicello longioribus. *Link Enum. alt.* I. *p.* 22.

Caulis 3 ped. superne pubescens. Fol. 3 poll., 4 lin. lata, formâ *complicatae*, et serraturae similes, at multo longiores, crebriores, majores. *Link.* *Hab.*? 4 sub Dio e *H. vindob.*

Pag. 89. n 9. VERONICA *glabra*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 21.

Folia oblonga lanceolataque, ex ovata basi attenuata, acuta, serrata, apice integerrima. *Link.* Huic subjungatur:

9a. VERONICA *brachyphylla*; caule pubescente, simplici; foliis oppositis, lanceolatis, ex oblonga basi sensim attenuatis, acuminatis, serratis, apice integerrimis; superioribus subserratis; bracteis pedicello longioribus. V. *brevifolia Link Enum. alt.* I. *p.* 21.

Caulis pedalis, teres, leviter pubescens. Folia 2 poll., 4-5 lin. lata, haud ita dense serrata, superiora fere integerrima,

petiolus 2 lin. Bracteae infimae foliaceae, inferiores flore longiores, superiores breviores. Pedicelli infimi vix lineae. Cal. pubescens. Cor. caerulea. *Link.* l. c. Nomen mutandum erat, cum jam antiquior fuisset *brevifolia*. *Habitat*?

Pag. 89. n. 10. VERONICA *amethystina* deleatur, utpote eadem cum genuina V. *spuria* L., quam *Willdenow* cum *maritima* commutavit. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 36.

Pag. 89. n. 11. VERONICAE *elatiori* addantur synonyma: *Marsch. a Bieberst. Suppl. taur. cauc. p.* 8. *Link Enum. alt. p.* 22. V. *maritima M. a Bieberst. taur. cauc. n.* 15. (excl. syn. fide ipso auctore.) *Gorter ingr. p.* 2. V. *spicata Urticae folio Amm. ruth. n.* 35.

Obs. 1. „Vix nisi glabritie et colore herbae sàtius viridi a V. *longifolia Schraderi* diversa, et forte mera hujus varietas; nec *Linnaeo* ignota esse potuit circa Petropolin et in finitima Finlandia spontanea, et ultro Sueciae probabiliter haud peregrina. Folia nostrae pleraque evidenter basi cordata, serraturis profundis exquisite acuminatis, baseos folii majoribus atque ipsis unâ alterâve serraturâ saepius instructis. Spicae terminali ut plurimum nonnullae laterales ex summorum foliorum axillis accedunt. Bracteae subulatae, inferiores calyce longiores. Cal. parum inaequalis, foliolis subulatis capsulâ brevioribus. Stylus post defloration em valde elongatus deorsum inflexus. Caps. parva turgidula vix apice emarginata. Conjungitur cum V. *longifolia a Decand. Fl. franc. n.* 3409." *M. a B. l. c.*

Obs. 2. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 467. VERONICAM *elatiorem Catal. H. paris.*, licet *elatiori Willd.* proximam, differre monet: foliis, ut tota planta, glaberrimis, omnibus basi attenuatis nec cordatis, petiolatis, elongatis, oppositis, dentibus inaequalibus acutissimis, spicis longissimis vix pubescentibus.

Pag. 90. n. 12. VERONICA *falcata Mart.* clo *Link* varietas *nitentis*.

Pag. 90. n. 13. VERONICA *acuta Mart.* clo *Link* varietas *longifoliae* videtur.

Pag. 90. n. 14. VERONICA *arguta Schrad.* Excludatur synonymon *Willd. Enum. H. berol.* fide Link, et addatur:

V. spicis terminalibus; foliis oppositis, lanceolatis, canopubescentibus, aequaliter serratis, basi apiceque integris. *Moretti Giorn. d. Fis. Dec.* II. *T.* V. *p.* 41. V. *media Moretti Bibl. ital. Dicembr.* 1816. *t.* IV. *p.* 494. *β.* spicâ solitariâ, foliis duplo angustioribus.

Fide speciminum e hort. gott. crescere speciem hanc patriae hucdum ignotae *in nemoribus Ticini apad Sedonem Lumelli*, ubi invenit cls. *Moretti* av. 1815. *β.* in sylvis *Ticini prope Boffalora*.

n. 14 a. VERONICA *nitens*; foliis oppositis ternisve, ovatis, acutis, basi attenuatis, medio serratis, apice subserratis,

glabris. *Link Enum. alt.* I. *p.* 20. sub *nitida.* V. *arguta Willd. Enum.* 1. *p.* 16 fide *Link.*

Nomen mutandum erat, ob duas jam *nitidas*, *Ehrh.* et *Poir. H. P.* — „Caulis 2 ped., glaber. Folia 2 1/2 poll., poll. lata. Racemi longi, pedicellis lin. longis. Bracteae lineares, pedicello longiores. Cal. glaber. Cor. caerulea. Differt ab *arguta* foliis brevioribus, latioribus, ex ovata basi attenuatis. An varietas? V. *falcata Mart.* (*S V. ed. nostr. n.* 12) fide specim. a N. *ab Esenb*, videtur varietas foliis profundius serratis, dentibus curvatis, quo modo non raro degenerant VERONICAE.“ *Link.*

Obs. Sub nomine V. *argutae Willd. Enum.* occurrere in Herb. Willdenowiano specimina VERONICAE *spuriae* et *longibracteatae*, genuinâque *argutâ* divum caruisse *Willdenow*, et Hortum adhuc carere Berolinensem; *Link in Jahrb.* 1. 3. *H. p.* 35.

14 b. VERONICA *longibracteata Link*; caule glabriusculo; foliis oppositis ternisque, oblongis lanceolatisve, acutis, ex oblonga basi sensim attenuatis, apice integerrimis; bracteis inferioribus foliaceis, integerrimis. *Link Enum. alt.* I. *p.* 20. *Jahrb.* 1. 3. *p.* 36. a. *angustifolia*; caule glabriusculo, foliis sensim attenuatis. V. *media Willd. Enum.* 16. b. *latifolia*; caule glabriusculo, foliis ex oblonga basi attenuatis. V. *hybrida Willd. Diar. Schrad.* 1799.

In *a* caulis 2-3 ped., plus minus pubescens. Folia 3 poll., 3 lin. lata, sensim attenuata, basi integerrima, profunde saepe serrata, ciliata. Pedicelli vix 1/2 lin. Bracteae inferiores saepe pollicares, superiores saepissime floribus longiores. Cal. glabriusculus. Cor. caerulea. *b* ab *a* nonnisi foliis majoribus, 5 poll., 1 1/2 poll. latis, longius acuminatis differt. *Link.* *Habitat?* 4.

Pag. 90. n. 15. VERONICA *media.* Excludatur (monente *Link*) synonymon:
Will. Enum. p. 16. et addatur:
Link Enum. alt. I. *p.* 21. *Svensk Bot.* 550.
Pedicelli brevissimi, vix 1/2 lin. *Link.*

n. 15 a. VERONICA *persicifolia Schott H. Vind.*; foliis oppositis ternisque lanceolatis, ex oblonga basi attenuatis, longissime acuminatis, ad apicem usque serratis; bracteis pedicello longioribus. *Link Enum. alt. p.* 21.

Caulis 2 ped., inferne glaber. Folia 3 poll., 7-8 lin. lata, acumine longissimo, petiolo 4 lin. Bracteae lineares, inferiores longae. Pedicelli lineam longi. Cal. subpubescens. Cor. caerulea. Media V. *maritimam* inter et *longifoliam*, a qua differt basi foliorum attenuata. An diversa a *longifolia*? *Link.* *Habitat?* 4. sub Dio.

Pag 91. n. 16. VERONICA *australis.* Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 21. V. *longebracteata* β *poliocaulis*, caule subtomentoso albo. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 36.

Folia, quam in *media* majora, dense serrata, basi minus attenuata. Bracteae inferiores floribus longiores. *Link l. c.*

Pag. 91. n. 17. VERONICA *longifolia*. Addantur synonyma:
V. f. o. - 3 nisque e cordata et subcordata basi attenuatis longe acuminatis ad apicem usque serratis, bracteis pedicello longioribus, cor. caeruleâ albâve. *Link Enum. alt.* I. *p.* 91. *Jahrb.* 1. 3. *p.* 37. et, hoc teste: a. *angustifolia:* fol. anguste lanceolatis. V. *maritima Willd. Enum. p.* 18. (*Wahlenb. Fl. ups. p.* 3. (fide specim. *Ehrh.* in *Gött. gel. Anz.* 1821. *S.* 1766.)) b. *latifolia:* fol. late lanceolatis. V. *longifolia Willd. Enum. p.* 19. V. *grossa Mart.* (*S. V. ed. nostr. n.* 18.) fide specim. a *Nees.* accepti nonnisi foliis profundius serratis diversa. c. *abbreviata:* fol. praesertim inferioribus brevius acuminatis. V. *acuta Mart.* (S. V. ed. nostr. n. 13) fide specim. *Neesian.* foliis profundius serratis, basi subcordatis. V. *ambigua Mart.* (*S. V. ed. nostr. n.* 19) fide specim. *Nees.* ab hac varietate nullo modo differt, simillima spontaneae Berolinensi. V. *rigens Mart.* (*S. V. ed. nostr. n.* 22) fol. rigentibus basi subovatâ, vix cordatâ, paullo magis differt, nec tamen diversa. d. *subdivisa:* fol. basi profunde serratis; similis *elatiori*, sed minor. — Varietati γ addatur V. *quadrifolia Schkuhr.* V. *petiolaris Lapeyr.* et, fide clo *Steudel*, etiam V. *Schreberi.*

Obs. VERONICAM *longifoliam* latitudine foliorum variare admodum, dentibusque plus minus profundis basique plus minus cordatâ ovatâve unde folium in petiolum attenuatur; varietatem coli in hortis foliis brevioribus latioribus speciem dicendam, fors V. *hortensem*, nisi veterent transitus, *Link Jahrb.* 1. 3. p. 37.

Pag. 92. n. 18. VERONICA *grossa Mart.* } varietates *longifoliae*
n. 19. VERONICA *ambigua* Mart. } videntur clo *Link.*

Pag. 92. n. 20. VERONICA *neglecta*. Addatur synonymon:
V. *canescens Link Enum. alt.* I. *p.* 21. (qui ab *incana* distinguit potissimum foliis evidenter serratis.)

Pag. 92. n. 21. VERONICAE *incanae* addatur:

Obs. „Dubium movi, anne V. *neglecta Vahl* hujus varietas magis vegeta, quod quidem peremtorie jam perhibet *Steven Mem. mosqu.* V. *p.* 339.“ *M. a Bieberst. Suppl. p.* 9.

Pag. 93. n. 23. VERONICAE *elegantis* addatur synonymon:
V. caule pubescente; foliis oppositis, petiolatis, oblongis, ex oblongo-attenuatis, acutis, serratis apice integerrimis; bracteis infimis pedunculo longioribus, superioribus brevioribus. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 39., *Enum. alt.* I. *p.* 21.

Pedicelli longiores 2 lin. *Link.*

n. 23 a. VERONICA *ramosa Pall.*; caule pubescente; foliis caulinis ternis, oblongo-lanceolatis, remote serrulatis,

ramcis oppositis, confertis, linearibus, summis integerrimis. *Link Jahrb. l. c.*

Species insignis ex *Sibiria.*

Pag. 93. n. 24. VERONICA *spicata.* Addantur synonyma: *Wahlenb. Fl. upsal. p.* 3. *Svensk Fl. suec. t.* 2. γ V. *hybrida Sprengl. Fl. hal.* (fide *Steudel.*)

Obs. Sub hujus nomine (V. *spicatae Willd. Enum. H. berol. p.* 15.) jacere in *Herb: Willd.* VERONICAS plures foliis basi subcordatis, unicam foliis cordatis, characteribus ergo *hybridae* vulgo adscriptis; talem etiam *spicatae* varietatem in Horto coli nomine *hybridae;* V. *viscosam Pall.* e Sibiria in *Herb. Willdenow.* vix esse a *spicata* distinctam; alteram vero has inter VERONICAS *spicatas* jacere, e Tauria et regionibus Wolgae missam, foliis longius acuminatis, basin caulis versus decrescentibus, quae diversa videtur, et V. *acuminata* dici posset; V. *Sternbergi Bernh.* glabritie potissimum eminere: *Link Jahrb. r. 3. H. p.* 34., qui in *Enum. alt.* I. *p.* 23. VERONICAM *Barrelieri* tanquam synonymon, et *orchideam* tanquam varietatem junxit. A quibusdam V. *hybrida Sprengl. Hal.* et *Schmidt* huc tanquam γ traditur. In *Syst. Veg. ed. nostr.* expunge post nomen specificum *nob.*, i. e. *Römer*, et adscribe *Schmidt.*

Pag. 94. n. 26. VERONICAE *menthaefolia* addatur:

Obs. Hanc varietatem tantum esse VERONICAE *spicatae*, et eandem cum V. *orchidea Wahlenb. carp. p.* 4. (fide specim. *Wahlenb.*) *L. B. ab Uechtritz Bot. Zeit.* 1821. *p.* 37., qui lacinias corollae tortas esse, ut in *orchidea reg. vindob.*, sed minus, minusque longas; folia esse obsolete et inaequaliter crenata, nec, ut in *orchidea vind.* profunde serrata, et VERONICAM *Clusii* quoque varietatem tantum *spicatae* affirmat.

Pag. 94. n. 27. VERONICA *Barrelieri* clo *Link* eadem cum *hybrida;* aliis cum *spicata.*

Pag. 94. n. 28. VERONICAE *orchideae* addatur:

Obs. Sibi de hujus et *spicatae* discrimine nondum constare; foliorum formam nimis variare; laciniarum corollae figuram inconstantem esse; has nempe mox esse latiusculas in acumen mediocre productas, mox angustas acumine longo torto instructas, et quidem varietatem procerioiem latifoliam corollae lacinulis angustioribus acutioribusque gaudere; pube calycis et bracteārum plus minus copiosâ mire variare, cilias tamen marginales vix unquam deficere ill. *M. a Bieberst. Suppl. p.* 10. Cls. *Treviranus* in *Link Jahrb.* 2. *p.* 2. huc ducit V. *spicatam fl. alb. Buxb. Cent.* 1. 24. *t.* 37. et gaudere monet eum *Clusio* hanc plantam umbrosis: at nos eandem in apricis legimus. Cls *Link* hanc speciem cum *spicata* jungit tanquam varietatem, corollarum laciniis elongatis. V. *orchidea Wahlenb. carp.* monente *Rochel in litt.* omnino *spicata* est. Quibusdam V. *crassifolia*, V. *monstrosa* videtur: nobis interea species cum *Crantz* permanebit.

Pag. 95. n. 29. VERONICA *hybrida.* Addantur synonyma:

V. spicâ terminali; foliis obtuse serratis, inferne petiolatis, ovatis, caulesque scabriusculis; stolonibus elongatis de-

cumbentibus. *Wahlenb. Fl. upsal. p.* 3. et, hoc teste, V. *spicata Fl. Dan. t.* 52. V. *spicata β Hudson.*

„Solis stolonibus repentibus paullo similis *officinali*, *spicatae* minimum affinis.“ *Wahlenb.*

Obs. VERONICAM *hybridam Willd. Enum. p.* 16 esse in *Hort. berol. Spicatae* varietatem; in *Herb. Willd.* porro jacere hoc nomine VERONICAM *hybridam* in *Schrad. Journ.* 1799. 1. *t.* 3. depictam, non huc, sed potius ad species foliis serratis, spectantem, et V. *longebracteatae Link* vel V. *mediae Schrad.* proximam; reliquas omnino convenire cum figura *Raji synops.*, ideoque genuinas esse *hybridas;* sed his simul omnes esse characteres V. *Barrelieri Schott* (S. V. ed. nostr. I. p. 94. n. 27.), inprimis calyces ciliatos glabros, plurimumque convenire cum icone *Barrelieri;* sibi inde V. *hybridam* et *Barrelieri* unam eandemque videri speciem: *Link Jahrb. 1. 3. H. p.* 33.

Pag. 96. n. 33. VERONICAE *rathenicae* subjungatur:

n. 33 a. VERONICA *grandis Fisch.*; foliis oppositis, cordato-oblongis, inciso-dentatis, basi subpinnatifidis, nudis; racemo terminali elongato; capsulis subglobosis. *Spreng. N. Entd.* II. *p.* 122.

Caulis brachialis, teres, simpliciusculus, pubescens. Petioli pubescentes, canaliculati, subpollicares. Folia palmum fere longa, 1 1/2 poll. lata, utrinque nuda, superiora sensim minora, sed omnia petiolata serrata. Racemus subpedalis. Bractea linearis, longitudine pedicelli erecto-patentis. Cal. 4-fidus, laciniis subaequalibus, lanceolatis. Cor. albida, fauce barbatâ, laciniis oblongis, subaequalibus. Stam. corollâ paulo longiora. Pistillum incarnatum declinatum. Caps. subglobosa, longitudine calycis, glabra. *Spreng.* *In Sibiria Fisch.*

Pag. 96. n. 32. VERONICA *crassifolia Kit.* videtur *orchidea* amic. *Rochel* in litt.

Pag. 96. n. 34. VERONICA *Ponae* addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 23. VERONICA *Gouani Moretti. Giorn. d. Fis.* T. V. D. II. p. 41.

Obs. *Veronicam petraeam sempervirentem Ponae* perperam huc fuisse tractam a divo *Gouan*, eum potius ad PAEDEROTAM *Bonarotam* spectet, monet cls. *Moretti.* Folia ovata, grosse serrata. Bracteae pedicellis multo minores *Link l. c.* — V. *pumilam Allion.* certe ad V. *Ponae* ♀ *La Peyr.* spectare, quidquid contra dixisset cls *Decand. Fl. Fr.* n. 3410. vol. 5 et 6 fide specimini, quod a divo *Allione* tulit, evicit dir. *La Peyrouse Suppl. à l'hist. abrégée d. Pyr. p.* 3.

34 a. VERONICA *polystachya Link*; foliis subsessilibus, ovatis, acutis, serratis, pubescentibus; ramis spiciferis congestis; floribus subsessilibus. *Link Enum. alt.* I. *p.* 23.

Caulis 2 ped., teres, pubescens. Folia pollicaria, ad apicem usque serrata, subcomplicata, acumine plerumque reflexo. Bracteae lineares, inferiores flore longiores. Cal. pubescens.

Cor. parva caerulescens. Habitum monstrosum refert, et floribus paryis sessilibus facile dignoscitur. *Link* l. c. 2. sub Div.

n. 34 b. VERONICA *Stelleri Pall.*; caule simplici, hirsuto; foliis sessilibus, cordatis, serrato-crenatis, obtusis; racemo brevi; bracteis crenatis, pedicello brevioribus; calyce hirsuto. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 50.

Affinis *Ponae;* sed caulis racemusque brevior, caulis inprimis supra pilis longioribus, nec brevioribus. *In Kamtschatka. Pallas.* Herb. *Willdenow.*

Pag. 97. n. 35. VERONICA *villosa.* Confer *crenulatam* in *Mant. n.* 4.

Pag. 97. n. 36. VERONICAE *pinnatae* addatur:
β. foliis simplicibus filiformibus. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 39.
β. in *Herb. Willd.* a Domina de *Friedland.*

Obs. Licet cls. *Link Enum. alt.* I. *p.* 94 V. *pinnatam* optime distinxisset foliis ad nervum usque pinnatifidis, laciniis vix lineam latis, et *incisam laciniatamque* in *Jahrb.* l. c.; in *Enum.* l. c. tamen iterum dubitat utrum *incisa* et *laciniata* diversa a *pinnata*, et *incisam laciniatamque* eâdem specie jungit.

n. 37. VERONICA *incisa.* Addatur synonymon:
VERONICASTRUM *incisum. Mönch.*

Pag. 98. n. 38. VERONICAE *laciniatae* addatur synonymon:
VERONICASTRUM *laciniatum Mönch.* VERONICA spuria *Jungh.*

Obs. Divum *Willdenow* in *Herb.* asservasse VERONICAM foliorum laciniis praelongis, nomine *incisae;* alteram minus longis, nomine *laciniatae; incisae* lacinias calycis esse acutas, flores, quam in *laciniata*, duplo majores, folia argute serrata; *laciniatae* vero lacinias calycis esse obtusas, folia profundius serrata, plus minus semipinnatifida: in utraque folia basi attenuata, vix subfasciculata. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 40.

Pag. 98. n. 39. VERONICAE *gentianoidi* addatur:
β. minor iberica *Steven Mem. Mosqu.* 5. *p.* 340. *M. a Bieberst. Suppl. p.* 10.

Obs. Cls *Sims* l. c. monet plantam suam differre ab illa *Smith:* foliis radicalibus non sine omni pube; floribus non profunde caeruleis, sed solummodo caeruleo striatis, calycis laciniis 2 inferioribus multo latioribus. *Link* in *Enum. alt. p.* 23. *Jahrb.* 1. 3. *p.* 40. V. *pallidam* (*n.* 40.) tanquam synonymon ducit ad *gentianoidem*, et *Wiegmann bot. Zeit.* 1820. *p.* 99 se ex seminibus *gentianoidis* natam vidisse *pallidam* et vice versa testatur. Interea *pallidam* sibi ignotam esse monet *M. a Bieb. taur. cauc. Suppl. p.* 10. Alius speciei *Jahrb.* l. c. meminit cls. *Link*, quae, ut ait, „V. *olympica Pall.*, *pallidd* minor, foliis angustioribus obsolete crenatis, a *gentianoide* vera distincta: racemo laxiore, rariore. In Olympo." Hic ergo *pallidam* a *gentianoide* specie distinguit.

Pag. 99. n. 43. VERONICAE *saxatili* addatur:

Obs. V. *saxatilis* culta solo pingui caule excrescit erecto, simpliciore, floribus subpaniculatis, calycis laciniis latioribus, magis rotundatis. *L. B. ab Uechtritz Bot. Zeit.* 1821. *N.* 3. *p.* 35.

n. 43 a. VERONICA *cretica Pall.*; caule procumbente; foliis lineari-spathulatis, scaberrimis; racemo brevi, denso. *Link* 1. 3. *p.* 41.

Affinis *saxatili*, sed minor. *In Creta. Pallas. Herb. Willd.*

Pag. 100. n. 46. VERONICA *alpina*. Addatur:

2. minor, hirsutissima; foliis alternis acutis, sublinearibus. *Lapeyr. Suppl. à l'hist. abrég. p.* 4.

Obs. Cls. *Link Enum. alt.* I. *p.* 24. huic speciei corollam rubram tribuit, quae apud nos caerulea.

46 a. VERONICA *grandifolia de Vest*; spicâ terminali, oblongo-cylindricâ, basi saepe auctâ; corollis calycem parum excedentibus; bracteis calyci subaequalibus; foliis sessilibus, ovato-oblongis, glabriusculis, superioribus dentatis, mediis fere dimidiâ longitudine caulis firmi, villosi, prostrati. *De Vest in litt.* V. *alpina* varietas *Herb. Johann.*

Vix spithamaea, caule crassulo, brevi. Folia inferiora, et praecipue media 1 1/2 poll. et ultra; superiora grosse dentata. Spica 1 1/2 poll. Cor. paulo major calyce breviter pedicellato. Ex axilla foliorum summorum video exsurgere spicam brevem pauciforam accessoriam. *De Vest in litt. In alpibus Zillerthal, Tyrolim inter et pristinam Salisburgensem ditionem.*

Pag. 102. n. 49. VERONICA *serpyllifolia*. Addatur:

Obs. *Link* in *Enum. alt.* I. *p.* 102. duas hujus speciei enumerat varietates: a. *vulgarem Willd. Enum.*, et b. *humifusam Dicks.* In *Jahrb.* 1. 3. *p.* 41. vero ait divum *Willdenow* in *Herbario* junxisse sub *serpyllifolia*, V. *humifusam Dicks.* cum *Kamtschatica Linn.* (*aphylla β Vahl* et *S. V. ed. nostr. n.* 61.) et *ruderali Vahl* (*S. V. ed. nostrae*). — V. *humifusa Dicks.* s. *alpina Lightf.* (tota prostrata; caules palmares et ultra, radicantes, ramosi; folia scabriuscula, approximata; inferiora petiolata, opposita, saepe terna quaterna; superiora plerumque sessilia et alterna; racemi breves, floribus paucis, confertis, breviter pedunculatis, caeruleis. In Scotia *Dicks* l. c.) ulterius nobis observanda videtur. Etiam V. *serpyllifolia Brotero*, racemo subcemo subspicato, caule repente, foliis ovato-subrotundis glabris crenulatis *Fl. lusit. p.* 13. planta dubia videtur: addit enim in nota: „nostra non differt a V. *serpyllifolia Linn.* nisi habitu grandiori, foliis majoribus ovato-subrotundis, subserratis s. subcrenatis, caule superne, calyce et capsulis ad ora subvillosis. Est V. *tenella Vahl*; bracteae tamen pedunculis longiores.“ *Prope Porto in jugis da Lousda, Miranda.* Hujus fors *η.* V. *pubescens Fisch.* Confer etiam V. *ruderalem* in *Mant.*

n. 49 a. VERONICA *herniarioides Pourr.*; racemo terminali denso, ovato; foliis obovatis, glabris, integerrimis, minimis, inferioribus reflexis; caulibus prostratis, sparsis, radicantibus. *Lapeyr. Suppl. à l'hist. abrég. d. Pyr. p. 4. Pourret Chl. hisp. n.* 60.

Flores azurei, unguc pallido. *In Port de Jacca.* 24.

n. 49 b. VERONICA *fontana Pall.*; caule repente pubescente, foliis sessilibus ovatis obtusis crenatis glabris, bracteis foliaceis, pedunculis bracteâ multo brevioribus. *Link l. c.*

In Unalaschka et *Hamtschatka. Pallas. Herb. Willd.*

49 c. VERONICA *Gebhardiana Vest*; racemo terminali; floribus capsulisque erectis; foliis elliptico-subrotundis, integerrimis, glabris: inferioribus petiolatis; caule erecto; ramis prostratis; filis axillaribus radicantibus. *De Vest in litt.*

Singularis stolonibus rameis repentibus instar AJUGAE *reptantis* Rad. repens. Caulis foliosus spithamaeus. Rami oppositi, procumbentes, ex axillis foliorum emittentes fila instar cirrhorum. Pedicelli racemi rigidi, longitudine bracteârum lanceolatarum. Capsulae late obcordatae. *De Vest. In alpe Schwarzenstein in Zillerthal ad rivulum e glacie aeterna promanantem.*

49 d. VERONICA *hirsuta H. Liverpool.*; glandulosohirta; caule adscendente; foliis oblongis, acutis, subcrenatis; racemo elongato. *Link Enum. alt.* I. *p.* 24.

Caulis 2-5 poll., ramosus. Folia petiolo brevi, 6-8 lin., 2-lin. lata, crenis 2-3. Racemus 1 1/2 poll. Pedicelli lineam et ultra longi. Bracteae lineares, floribus longiores. Cal. laciniis linearibus. Cor. alba. *Link* l. c. *Habitat?*

Obs. Specimen, quod div. *Römer* munificentiae cli *Otto* debuit plantulam sistit inter sectionem *b* et *d* quasi ambigentem. Radix videtur repens et caulis hirsutus erectus. Folia radicalia terrae adpressa lanceolata, integerrima, glabra, margine pilosa, crassiuscula, acutiuscula, 5 lin., vix 2 lin. lata. Caulis supra radicem ad dimidium fere pollicis nudus, reliquâ parte superiore racemum sistit laxum e pedunculis axillaribus unifloris; folia caulina, s. bracteae, lineari-lanceolata, integerrima, 1 1/2-1 lin. t in petiolum attenuata, hirsuta. Pedicelli hirsuti calyce breviores et folio. Cal. fere 4-phyllus, laciniâ infimâ majore, omnibus lanceolatis, obtusiusculis. Cor. calyce duplo major. Stam. longiuscula. Caps. ovata, compressa, glabra, stylo longo persistente. Siccata nigrescit.

Pag 102. n. 50. VERONICAE *tenellae* addatur:

β. caulibus erectiusculis; foliis distantibus; floribus roseis. *Lapeyr. Suppl. à l'hist. abrég. d. Pyr. p.* 4.

Obs. Deleuda, quia certissime lusus VERONICAE *serpyllifoliae* L., cujus varietas δ apud *Bertol. Amoen. ital. p.* 2. Observatio Römeriana.

quod V. *tenellae* caules repentes, *serpyllifoliae* adscendentes, et erecti, ex eo erronèa, quod V. *serpyllifolia* luxurians passim caules proferat inferne repentes: *Bertolon. in lit.* Contra vero *Link* in *Jahrb.* 1. 3. *p.* 41. V. *tenellam* distinctissimam esse a *serpyllifolia* floribus longe pedunculatis. — β *Lapeyrouse* in *M. Avéran* invenit *Marchand.*

Pag. 103. n. 53. VERONICAE *ruderali* addatur:

Obs. *Kunth* in *Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* et *Spec.* II. *p.* 312. VERONICAM *ruderalem Vahl Enum.* I. *p.* 66., quae *serpyllifolia Ruiz* et *Pav. Fl.* I. *p.* 6., sine dubio jungit cum *serpyllifolia Linn.* apud *Willd. Spec.* I. *p.* 64 (nostra n. 49.) sequente diagnosi: „caule adscendente, foliis ovato-oblongis, obtusis, crenatis, spicis terminalibus, bracteis ellipticis," quâ sane haud ita multis differret a nostra; sed in charactere naturali ait: „Calyx ovario adnatus, limbus liber, *quinquepartitus*, aequalis. Cor. subrotata, tubo brevissimo, limbo *quinquefido*, subaequali; capsula *subturbinato-oblonga* „qui characteres sane a nostra abunde abludunt, ut vix planta, quae „in regno Quitensi inter segetes fortasse cum seminibus frumenti adveeta prope *S. Fe de Bogota,*" eadem ac illa, quae „in locis sylvaticis montosis *Quindiu.*" Ergo et nunc adhuc, ut olim *Vahlio*, dubia. Si enim „fide speceminis" eadem cum europaea *serpyllifolia*, quare descriptio adeo ab europaea diversam sistit plantam?

53 a. VERONICA *undulata Wall.*; glabra, erecta; foliis lineari-lanceolatis, undulatis, inaequaliter serratis; racemis terminalibus axillaribusque elongatis; pedunculis tectis pilis glandulosis brevibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 147.

Rad. repens. Caulis herbaceus, fistulosus, teres, ramosus. Folia opposita, sessilia et amplexicaulia, basi latâ, apicem versus attenuata, glabra. Bracteae lineares, acutae, glabrae, integerrimae. Cal. profunde 4-partitus, glaber, laciniis lanceolatis, acutis. Cor. alba, calyce parum brevior, tubo minimo, laciniae 3 limbi ovatae acutae aequales, quarta inferior brevior lanceolata. Stylus longitudine staminum brevium, stigmate capitato. Capsula rotunda, compressa, utrinque sulcata, apice emarginata, pilis glandulosis. Semina copiosa parva rotunda. *Wall. l. c.* *In Turraye.* D. *Jack.*

Pag. 104. n. 61. VERONICAE *aphyllae* addatur synonymon: *Bertolon. Amoen. ital. p.* 323.

Obs. V. *aphylla* β *kamtschatica* in *Herbario willdenow. grandiflora* dicitur: *aphyllâ* major, pilis manifeste articulatis, capsula angustior longior. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 42.

Pag. 105. n. 62. VERONICAE *Beccabungae* adde synonymon: *Wahlenb. Fl. ups. p.* 4. *Hayne* getr. *Darst. off. Gew.* IV. *n.* 2. *Svensk. Bot. t.* 127. et varietati β. subjungatur: VERONICA *Beccabunga* δ. *Bert. Amoen. ital. p.* 324. *n.* 5. Beccabunga alpina sive Veronica glabra alpina aquatica oleae folio repens *Bocc. Mus. p.* 22. *t.* 6.

Folia in hac varietate oblonga et vix ultra 2 lin. lata. Herba contractior quam in specie. *In subalpinis aquaticis. Bertolon.* in *litt.*

Pag. 105. n. 64. VERONICA *Anagallis.* Adde synonymon: *Hayne getr. Darst. off. Gew.* IV. *n.* 1.

Obs. Hanc solam VERONICAS inter *racemis lateralibus* esse annuam *Steven Mem. mosqu.* V. *p.* 340. Nos semper perennem vidimus.

Pag. 106. n. 65. VERONICAE *scutellatae* addatur:

Obs. V. *Parmularia Turp.* et *Poiteau:* racemis lateralibus alternis; foliis linearibus, retrorsum denticulatis pilosis; caule prostrato hirsuto, *Fl. paris. t.* 14. varietati γ, nec δ., est subscribenda, et addenda: V. *scutellata* β. *velutina Lois. Fl. gall. p.* 7. *note p.* 1. Huc quoque V. *scutellata Fl. dan.* 1561. et V. *scutellata* β *Lapeyr. Suppl. à l'hist. abr. Pyr. p.* 5.

Pag. 107. n. 69. VERONICAE *thymifoliae* subjungantur:

69 a. VERONICA *euphrasiaefolia Link;* caule repente, superne pubescente; foliis oblongis, acutis, serrato-crenatis, glabris; racemis paucifloris; pedicellis elongatis; laciniis calycinis ovatis glabris. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 41. V. *thymifolia Herb. Willd.*

Plantula tenera *e montibus Ghilan.*

69 b. VERONICA *pauciflora Kitaib.;* caule procumbente, superne pubescente; foliis subsessilibus, oblongis, serratocrenatis, acutis, glabris; racemis pauciflоris; pedicellis elongatis; laciniis calycinis ovatis glabris.. *Link l. c.*

Tenella *In Carpathis.*

n. 71. VERONICAE *orientali* addatur:

Obs. Hoc nomine duo in *Herb. willd.* asservari specimina: alterum simillimum VERONICAE *Jacquini Schott*, sed pedunculis longioribus; alterum *orientale H. gotting.*, temporibus divi *Murray:* foliis profunde dentatis subpinnatis, sed nunquam pectinato-pinnatifidis, superioribus integris; utrique calycem 5-fidum esse *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 43. qui monet VERONICAM *tauricam willd.* minime, ut videtur divo *Vahl*, esse *orientalem,* sed differre ab hac quamplurimum: foliis angustioribus minus profunde incisis, caule decumbente etc. quam *tauricam* tanquam speciem propriam: foliis angustis, crenis profunde remotis, summis integerrimis, calyce 4-partito" restituit in *Enum. alt. p.* 25. Confer V. *trichocarpam.*

Pag. 109. n. 74. VERONICAE *Jacquini* subjungatur:

n. 74 a. VERONICA *trichocarpa;* caule erectiusculo; foliis inferioribus bipinnatifidis; pedicellis bracteâ longioribus; capsulis hirtis. *Link Enum. alt.* 1. *p.* 25. sub V. *pilocarpa,* et, hoc teste: V. *orientalis Willd. Enum. p.* 22.

„V. *Jacquini* valde affinis, at capsulis diversa. V. *orientalis* vera distinguitur: foliis inferioribus serrato-pinnatifidis, superioribus integris integerrimisque. Est quoque caule ad-

scendente, pedicellis bracteâ longioribus, cal. 5-part. praedita.“ *Link l. c* qui patriam nullam addidit.

Pag. 109. n. 75. VERONICAE *austriaeae* addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 25., et hoc teste: VERONICA *polymorpha Willd. Suppl. Enum. H. Berol. p.* 2. *S. V. ed. nostr. p.* 119. *n.* 113. (fide *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 45.) *Schweigg. Enum. H. regiom. p.* 78. V. *laciniata Mönch.*

Obs. V. *orientalis, multifidae, tenuifoliae* et *Jacquini* limites difficillime inveniuntur ob individuorum intermediorum frequentiam. Staturâ, habitu, pube et imprimis foliorum formâ atque incisuris omnes mire variant. Nec ratione pedicellorum calycis longitudo nec hujus forma et pubes (*Act. Soc. Linn.* I. *p.* 191.) notas constantes suppeditant. An omnes conjungendae, cultura monstrabit; V. *tenuifoliam* et *Jacquini* amplius specie haud separo.“ *M. a Bieberst.* I. *p.* 14.

n. 76. VERONICA *tenuifolia.* An V. *tenuifolia Desfont.* diversa, ut videtur clo Steudel?

Pag. 109. n. 77. VERONICAE *caucasicae* addatur synonymon: *M. a Bieberst. Suppl. taur. cauc. p.* 14. *Treviran. Mag. Ges. Naturf. Fr. Berl.* 1813. *p.* 145. *Besser Cat. H. cremenec.* 1816. *p.* 149.

Ab affinibus facilis distinctu: calycibus fructus in pedicellis elongatis nutantibus; dantur vero individua V. *pedancularis* valde incisa, foliis ad *caucasicam* ita accedentia, ut individua valde dissecta *dentatae* ad *austriacam*. V. *osseticam Stev. Mém. Mosq.* 2 *p.* 180. *n.* 8. meram esse *caucasicae* varietatem ludentis pro aetate locoque natali, latitudine segmentorum calycinorum, bracteisque infimis indivisis dissectisve, iterum *M. a. Bieb. l. c.* Dele in *Syst. Veg. ed. nostr.* patriam: „*in* America“ et adscribe: „in Iberia.“

Pag. 110. n. 78. VERONICAE *multifidae* addatur icon: *Bot. Mag. t.* 1679.

Pag. 110. n. 80. VERONICAE *officinali* addatur synonymon: *Wahlenb. Fl. ups. p.* 4. *Harne getr. Darst. off. Gew.* IV. *n.* 3. *Svensk. Bot. t.* 59.

Obs. Hac specie conjunxisse div. *Willdenow* in *Herbaria* VERONICAM *Tourneforti Schmidt*, et *dubiam Decand.* (V. *Tourneforti Vill.* in S. V. ed. nostr. n. 81.) *Lapeyrouse* in *Suppl. à l'hist. abrég. d. Pyren. p.* 4. duas addidit varietates: *β acutifoliam* e M. Corsavi et *β latifoliam*, quam, fide Herb. *Vaillant*, eandem esse, quae Veronica mas repens pyrenaica, folio rotundo, hirsuto. *Scho. Botan.* 46., et monet laudatum toties synonymon *Veronicam nummulariae folio pyrenaicam* semper esse aequivocam, cum desit specimen in *Herb. Tournef.* Ad *officinalem* minime spectare, patet ex eo, quod caulis *erectus* dicatur a *Tournefort* in Topographia; VERONICAM *Tournefortii Vill.* et *Decand.* (*Syst. Veg. ed. nostr. n.* 81.) nequidem *officinalis* varietatem sistere. *Lapeyr.*

n. 80 a. VERONICA *Milleriana Vest*; racemo laterali,

floribus, capsulisque emarginatis erectis; foliis ellipticis, integerrimis, obtusis, hirtis, ciliatis, breviter petiolatis; caulibus brevibus prostratis, radicantibus. *De Vest in litt.*

Caules herbacei, apice adscendentes, racemo plerumque brebiores. Folia plana. Ex axilla pedunculus surgit crassitie petioli, firmus, superne racemosus, vix multiflorus. Pedicelli erecti longitudine bracteae et calycis semiquadrifidi. Cor. azurea. Proxima *officinali*, *Tournefortî* et *Allionî;* sed differt, praeter characteres datos, etiam corollâ majore. Culturâ perstat. *De Vest. E Styria superiore retulit Müller, Hortulanus Johannei indefessus.*

Pag. 111. n. 81. VERONICA *Tournefortii.* Addatur:

Obs. VERONICAM *Tournefortii* esse omnino *officinalem; β dubiam* vero sistere speciem propriam, *latifoliae* proxime affinem, quae.

n. 81. VERONICA *Chaixi Lapeyr.*; racemis lateralibus; foliis sessilibus rugosis, elongatis, profunde dentatis; foliolis calycinis quaternis. *La Peyr. Suppl.* I. *p.* 6. V. *latifolia γ. dubia Lapeyr. Hist. abr. Pyr. p.* 9. V. *dubia Chaix Herb.* et *Fl. fr. n.* 2395. *β.* minor; foliis obtusis basi subpinnatifidis. *Lapeyr.* l. c.

Latifoliâ minor; folia angustiora, magis acuta, profundius dentata; calyces bracteaeque magis elongatae; tota pilis brevibus aspersa; laciniae calycis 2 majores; flores magni, azurei. *Lapeyr. l. c.* In *Pic de Gerard;* in *M. St. Beat. Marchand.* 24.

Pag. 111. n. 82. VERONICA *prostrata.* Addatur synonymon: *Lapeyr. Suppl. Pyren. p.* 7. *Mauri Rom. Plant. Cent.* XIII. *p.* 1. et, hoc teste: V. *Teucrium β Savi Bot. Etrusc.* 1. *p.* 12. Anne varietas V. *Teucrii grandiflora?* quaerunt *Savi* et *Mauri ll. cc.*

Pag. 112. n. 83. VERONICAE *pilosae* addatur:

Obs. Specimen *pilosae* a divo *Schmidt* cum divo *willdenow* communicatum proximum esse *Chamaedri*, sed minus, bracteis praecipue longitudine pedunculorum vel iisdem brevioribus distinctum; solo macro sibi videri lectum; *Chamaedryn* etiam in Lusitania lectam pedunculis esse brevioribus quam in Germania, et sic *Chamaedryn* regionum meridionalium siccarum fore esse *pilosam*, in qua caulis ascendens videtur, cum in *Chamaedri* lusitanica erectus. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 44.

n. 84. VERONICA *acutiflora.* Addatur synonymon: *Lapeyrouse fil.* in *Lapeyr Suppl. Hist. abr. d. Pyr. p.* 7.

Affinis *Chamaedryos* et *pilosae.* Caulis totus pilosus, nec bifariam. Bracteae filiformes, pedunculis breviores. Corolla rubella.

Pag. 112. n. 85. VERONICA *plicata.* Addatur:

Obs. Quibusdam hujus loci videtur, attamen cum?, V. *Teucrium Linn.* et V. *Chamaedrys* var. et V. *Schmidtii Pohl.*

Pag. 112. n. 86. VERONICA *mollis* deleatur; est enim, monente *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 45, eadem cum:

n. 87. VERONICA *micrantha*, cui addatur synonymon:
Link Enum. alt. p. 26. V. *Teucrium Brotero.*

Pag. 113. n. 88. VERONICAE *latifoliae* addatur synonymon:
Link Enum. alt. p. 25. V. *Teucrium de Uechtritz Bot. Zeit.* 1819. *p.* 515., qui V. *Teucrium Vahl* hujus β facit.

Folia amplexicaulia, ovata; racemi longissimi; calyces 5-partiti.

n. 89. VERONICA *Teucrium.* Addatur synonymon:
Link Enum. alt. p. 25 (qui vero jungit V. *dentatam Schrad.* s. *angustifolium Bernh.*)

Pag. 114. n. 89 bis. V. *lutetiana*; racemis lateralibus longissimis; foliis lanceolatis, glaberrimis, subdentatis, obtusis. V. *nitida Hort. Paris. Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 467.

Nomen mutandum erat ob antiquissimam *nitidam Ehrh.* — Fors tantum varietas V. *Teucrii*; caules vix pubescentes; folia utrinque viridia, supra sublucida, subinde fere integerrima; corollae pallide caeruleae; capsulae glabrae, compressae. *Habitat*? — 4.

Pag. 114. n. 90. VERONICAE *crinitae* addatur:

Obs. Asservari in *Herb. willd.* VERONICAM *Teucrium Hitaib.* e Pannonia, *Teucrio* proximam, sed magis pilosam, racemis brevioribus, bracteis linearibus flore longioribus, specimen ceterum imperfectum esse *Link Jahrb.* 1. 3. p. 45. Hanc eandem esse cum V. nomine *crinitae*, a divo *Kitaibel* nobis missa vix dubitamus. Ill. B. de *Uechtritz* V. *crinitam* varietatem credit *latifoliae.*

n. 91. VERONICA *dentata.* Addatur synonymis:
VERONICA *angustifolia Bernhard.*, (quod nomen, *dentatâ Schrad.* antiquius, retinendum fuisset).

Pag. 115. n. 92. VERONICAE *Schmidtii* addatur:
Link Enum. alt. 1. *p.* 25.

Folia leviter serrata, summa integerrima. Caulis prostratus, subtomentosus. *Link.*

Obs. Hanc nonnisi praecedentis *dentatae* varietatem esse angustifoliam, nec speciem distinctam, cum V. *dentata* mire variet foliorum formâ, ita quidem, ut specimina latifolia atque vegeta referant V. *latifoliam*; individua contra foliis elongato-dentatis praedita aegre dignoscantur a speciminibus V. *austriacae* foliis minus dissectis, et hanc se quoque suspicari V. *Teucrium* L.: *M. a Bieberst. Suppl. taur. cauc. p.* 11, qui suam *dentatam* habitu mediam V. *latifoliam* inter et *prostratam* credit, quam, gracilitate, floribus pallidioribus et praecipue caulibus junioribus atque sterilibus humistratis distinctam, per Tauriam et Caucasum non occurrere, sed passim in arenosis Russiae mediae circa Kiow.

Pag. 115. n. 93. VERONICA *pedúncularis.* Excludatur γ.

Obs. Occurrere in *Herb. Willd.* specimen nomine VERONICAE *nemorum* a divo *Pallas* e Tauria missum, a *pedunculari* bracteis omnibus dentatis distinctum. *Link Jahrb.* 1. 3. p. 44.

Pag. 115. n. 94. VERONICA *petraeae* addantur synonyma:
V. caule repente, ramosissimo, prostrato, dense folioso; foliis subcrenatis; racemis multifloris; pedicellis calyce longioribus. *Stev. Mem. Mosqu.* 3. *p.* 250. 5. *p.* 340. V. foliis ellipticis, obtusiusculis, crenatis, rigidis; pedicellis elongatis; caulibus basi ramosissimis, procumbentibus, radicantibus. *Marsch. a Bieberst. Suppl. taur. cauc. p.* 12. V. *pedunculatis* γ. *M. a. Bieb. Fl. taur. Cauc. p.* 27.

Auctoritate ill. *Steven* cedit de vero *petraeae* a V. *pedunculari* discrimine nondum penitus certus *M. a. Bieb. l. c.* Caules basi valde distorti, persistentes, tecti foliis crebris magnitudine *Serpylli*, ascendente sensim majoribus. Caulículi circiter digitales apice floriferi. Racemi subopposíti plerumque 2 sub apice cauliculi, magis quam reliqua planta villosi. Bracteae oblongae, obtusiusculae. Pedicelli graciles calyce multo longiores. Cal. 4-partitus, segmentis linearilanceolatis, villosis, superioribus nonnihil minoribus. Cor. calyce longior: laciniis rotundatis. Caps. turgidula obcordata calyce paulo brevior. *M. a. Bieb. l. c.*

Pag. 116. n. 96. VERONICAE *umbrosae* addatur icon:
Marsch. Cent. pl. rossicar. 1. *t.* 7.

n. 97. VERONICA *Chamaedrys.* Addatur synonymon:
Wahlenb. Fl. upsal. p. 5. *Svensk. Bot. t.* 239. *Teucrium* V. *Clusii hist.* 350. *Herb. Vaill.* (fide *Lapeyr. Suppl. p.* 5.) et, τφ, δ, addatur synonymon V. *Chamaedrys* B *subpinnata:* caule subtereti, erecto; foliis ovato-lanceolatis, sessilibus, subpinnatifidis floribusque minoribus. *De Uechtritz bot. Zeit.* 1819. *p.* 512., et, suadente eodem, varietatis ad instar, V. *florida Schmid*, a divo *Römer* ad V. *Teucrium* cum ? ducta. Etiam V. *umbrosa* s. *intermedia Bott. bohemm.* a B. de *Uechtritz* hujus varietas, et quidem γ nostrae, habitur. Varietates duas novas huic speciei subjunxit *Lapeyr. Suppl. Pyr. p.* 5. quarum altera illi β V. *obtusata;* foliis sessilibus, subrotundis, laevibus; caulibus erectis, glabris (in *Mouredets*); altera γ minor; hirsutissima, canescens. (*Pic de Midi*) simillima *prostratae*, sed cal. 4-fidus.

Obs. Cls *Hayne* nunc in *getr. Darstell. u. Beschr. d. off. Gewaechse* IV. n. 4. *Chamaedryos* tres distinguit varietates: α illi vulgaris; foliis infimis petiolatis, ovatis, reliquis sessilibus cordato-ovatis. β. *procerior;* foliis cordato-ovatis, infimis sessilibus, reliquis petiolatis. (V. *Rudolphiana mag. amic. Nat. Berol.* 1815. p. 132.) γ. *lamiifolia;* foliis cordatis, basi cuneatis, infimis sessilibus, reliquis petiolatis. (V. *lamiifolia Hayne Mag. l. c. p.* 133.) Hinc ergo:

Pag. 117. n. 98. VERONICA *lamiifolia Hayne*
n. 99. VERONICA *Rudolphiana* Hayne
} delendae, monente ipso auctore.

98. VERONICA *divaricata Tausch*; caule decumbente, bifariam piloso, ramosissimo; ramis oppositis, divaricatis; foliis omnibus petiolatis, cordatis, laevibus, duplicato-crenato-serratis; racemis axillaribus caulem subaequantibus; pedunculis capillaribus, calycibus 4-partitis. *Tausch bot. Zeit.* 1821. *p.* 562.

Rad. tenuis, fere filiformis, fusca, gracilis, repens. Caulis pedalis, teres; rami digitales, e singulis foliorum axillis. Folia decussata, remota, petiolis 3-4 lin., subtus praecipue pilis raris brevibus, triplo majora quam *Chamaedryos*, nec rugosa: ramea fere ovata, longius petiolata. Racemi patentes, e medio caulis, oppositi. Flores remoti, dilute caerulei, majores quam in *Chamaedri*, cui similes. Laciniae calycis subaequales, oblongae; pedunculi capillares triplo bracteis ovatis longiores. Caps? *Tausch.* *In umbrosis herbidis vallium Sudetorum, Petersgrund.* 4.

Pag. 117. n. 100. VERONICAE *melissaefoliae* subjungatur:

100 a. VERONICA *Vestiana*; racemo spicato, elongato; bracteis filiformibus, calycem subexcedentibus; caule incano, villoso; foliis grosse serratis, petiolatis: caulinis ovatis, rameis oblongis; stylo filamentis crassiore. VERONICA *melissaefolia de Vest in litt.*

Ramosa. Folia opposita, nec terna, apice plerumque serrulata, basi integerrima, saepe subcordata. Petioli 1/2 poll. et ultra. Pedicelli vix longitudine calycis subinaequalis, lineâ paulo longiores. Caps. integra. *In Herb. Johann. sine nomine „calta" inscripta.*

Pag. 117. n. 102. VERONICAE *maximae* addatur synonymon:

V. etc., calycibus ciliatis capsulam ciliatam superantibus. *M. a Bieberst. Suppl. taur. cauc. p.* 13. *Hall. opusc. p.* 218.

Differt ab affine *articifoliâ*: caule ascendente, nec erecto, magis villoso, foliis minoribus vix ullis cordatis; racemis longioribus; pedicellis brevioribus; calyce multo majore; colore corollae et formâ capsulae. Caulis adscendens saepe 2 ped., villis crebris crispis. Folia pilis prostratis sparsis: inferiora minora, latiora, subcordata, sessilia; superiora ovata, acutiuscula, breve petiolata. Racemi oppositi versus apicem caulis pedunculis pedicellisque villosis, his demum longitudine calycis, illis fructiferis horizontalibus. Bracteae subulatae, parvae, villosae et ciliatae. Cal. 4-partitus, hirsutus, laciniis lanceolatis, subaequalibus, ciliatis. Cor. parva, calycem vix excedens, pallide caerulea, laciniis obtusis, supremâ duplo latiore. Caps. compressa, obcordata, ciliata, calyce brevior. *M. a. Bieb.*

Pag. 118. n. 103. VERONICA *urticifolia*. Addatur synonymon:
Bertolon. Amoen. ital. p. 324.

n. 104. VERONICA *montana*. Addatur synonymon:
Bertolon. Amoen. ital. p. 324.

Pag. 119. n. 110. VERONICAE *perfoliatae* addatur synonymon:
Sims Bot. Mag. 1956.

Caulis 2 ped., ramis paucis, simplex, erectus. Folia decussata, glaucescenti-viridia. Racemi longi; flores secundi; pedicelli alterni, vix longitudine calycis. Calyx 4-partitus, inaequalis, laciniis persistentibus, unicà longiore. Corolla violaceo-purpurea, etiam pulcre caerulea, laciniis striatis; superiore majore, fauce villosâ. Stamina corollâ breviora, divaricata. Stylus declinatus. Capsula oblongo-ovalis, 2-locularis, polysperma.

n. 111. VERONICAE *labiatae* addatur synonymon:
Sims Bot. Mag. 1660.

Radix perennis. Caules simplices, erecti, glabri, teretes, herbacei. Folia decussata, opposita, sessilia, concava, dentibus carnosis, acuminatis. Calyx glaber, 4-fidus: laciniae acutae, subaequales, erectae. Corollae tubus brevissimus; faux pilosa; limbus 4-fidus: laciniae subinaequales, bilabiatae: suprema erecta, emarginata, major (omnes pallide violaceae)! Filamenta longitudine corollae, tubo inserta. Antherae cordatae, saturate caeruleae, polline albo. Germen ovale, emarginatum: stylus purpureus: stigma simplex.

n. 113. VERONICA *polymorpha* deleatur: eadem cum *austriaca*.

Pag. 119. n. 114. VERONICA *verna*. Addatur synonymon:
Lapeyr. Sappl. Abrég. p. 7. *Trattinn. Fl. austr.* II. *p.* 1. *t.* 101.

Obs. „Si V. *Bellardi* distincta species non est, *arvensis* potius quam *vernae* est varietas.“ *De Vest.*

n. 115. VERONICAE *digitatae Vahl* addatur:

Obs. Cum V. *chamaepityoides Lam.* certo hujus loci, etiam *V. chamaepitys*, caule basi tenui adscendente, foliis sessilibus trifido-linearibus, floribus sessilibus minutis solitariis *Pers. Syn.* I. p. 13. huc spectat, cum et ipse citet V. *chamaepityoidem H. Paris.*, non diversam a planta ill. *Lamarck*, ut videtur clo *Steudel*.

Pag. 121. n. 117. VERONICA *hederifolia*. Addatur:
Roth nov. Plant. Spec. p. 20. *Trattinn. Fl. austr.* II. *p.* 6. *t.* 103. *γ.* V. *cymbalariaefolia Gmel. Fl. bad.* fide *Steudel*.

Pedunculi longitudine folii. *Roth.*

Pag. 121. n. 118. VERONICAE *Cymbalariae* addatur synonymon:
V. *cymbalarifolia Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.*

Suppl. p. 18. et, hoc teste, *Buxb. Cent.* I. *p.* 25. *t.* 39. *f.* 1. (deleatur ergo fig. 2. quam tamen iterum laudat *Roth nov. Pl. Spec. p.* 20.)

Habitus omnis, folia et pubes V. *hederifoliae.* Pedunculi quam in hac longiores, folium notabiliter excedentes. Cal diversae omnino formae, laciniis ovato-oblongis, obtusis. Cor. alba. Capsula turgidula, biloba, villosa, tetrasperma, seminibus majusculis hinc excavato-umbilicatis, ut in V. *hederifolia.* Cal. non tantum ciliatus, sed, ut reliquae plantae partes, villosus. *M. a Bieberst.* l. c. qui in Tauria maxime meridionali ad pagum littoralem Lambat. — Si ergo cls *Link Enum. alt.* p. 26. capsulam „glabram nec hirsutam" notat, varietatem fors observavit.

Pag. 122. n. 119. VERONICAE *peregrinae* addatur synonymon: *Lapeyr. Suppl. Hist. abr. p.* 7.

Obs. Caulis subinde repens, etiam pilo uno alterove, et tunc simillima V. *chilensi Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* II. *p.* 313, quae nomine *peruvianae* servatur in *Herb. willd.* Minime cum *peregrina* jungendam esse, ut videbatur clo. *Lamarck*, divus *Lapeyr. l. c.*

119a. V. *chilensis Humb.* et *Bonpl.*; caule repente, pubescente; foliis oblongo-spathulatis, (remote) serratis; floribus subsessilibus, folio (triplo) brevioribus; laciniis calycinis lanceolatis, in fructu reflexis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 313. V. *peruviana Herb. Willd.*

Caules adscendentes, simplicissimi, spithamaei, teretes. Folia opposita, sessilia, obtusa, glabra, superiora integerrima, 1/2 poll; floralia alterna, lineari-lanceolata, apicem versus obsolete crenulata. Flores axillares, solitarrii, brevissime pedunculati. Calyx 4-partitus, glaber; laciniis acutis, capsulà longioribus. Corolla generis, alba. Capsula obcordata. Semina oblonga. *Crescit in cultis Regni Quitensis prope Chillo, alt.* 1340. hex. ⊙. *Xalapensi* valde affinis, differt tamen: foliis latioribus, laciniis calycinis angustioribus, praeter characteres datos.

119b. V. *xalapensis Humb.* et *Bonpl;* caule erecto, pubescente; foliis oblongis, crenulatis; floribus axillaribus, solitariis, breviter pedunculatis, folio (triplo) brevioribus; laciniis calycinis oblongis, erectis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 313.

Caulis simplicissimus, teres. Folia inferiora opposita, breviter petiolata, obtusiuscula, crenulata, glabra, 1/2 poll.; floralia alterna, brevissime petiolata, oblongo-lanceolata, acutiuscula, basi angustata, integerrima, glabra. Calyx glaber, 4-partitus; laciniis capsulà paulo longioribus. Corollam non vidi. Capsula subrotunda, compressa, emarginata, glabra. *Crescit in Regno Mexicano prope Xalapa* (alt. 650. hex.) *in nemoribus* LIQUIDAMBARIS, STYRACIFLUAE. ⊙. Differt a V. *peregrina*, cui simillima, caule pubescente, foliis latioribus, floribus pedunculatis, laciniisque calycinis latioribus.

Pag. 122. n. 122. VERONICAE *filiformi* addantur synonyma:
V. foliis cordato-ovatis, crenatis; bracteis consimilibus; pedicello calyce multoties longiore; capsulâ suborbiculatâ ad medium bifidâ, stylo duplo longiore. *Steven* in *Mem. mosq.* V. *p.* 341. V. pedunculis axillaribus folium superantibus; foliis subrotundo-ovatis; serrati; capsulis obcordatis: sinu lobis rotundatis coarctato; stylo fissuram superante; caulibus procumbentibus. *M. a Bieb. Fl. taur. cauc. Suppl. p.* 17.

„Corollae lacinias oblongas habent *Vahl* et *Poiret*, forte speciminibus siccis s. icone *Buxbaumi* citatâ decepti, quae sistit eas ex ovato apice paululum attenuatas, nec quales reverâ sunt, ut in *agresti* et *filiformi* subrotundas. Quo perpenso solvitur dubium a clo *Hoffmann Hort. mosqu* n. 3439 in nota hac de planta motum. Calycis forma tum in hac, quam in *agresti* et *persica*, pro aetate variat. segmentibus scilicet sub fructescentia lactescentibus.“ *M. a. Bieberst.* qui *in herbidis promontorii caucasici circa Stauropolin.*

Pag. 123. n. 123. VERONICAE *amoenae* addatur icon:
Marsch. a Bieberst. Cent. plantl. rossicc. t. 1. *t.* 18.

n. 125. VERONICAE *bilobae* addantur synonyma:
V. floribus solitariis, pedunculatis; foliis inferioribus ellipticis, subdentatis; superioribus oblongis, integerrimis; calycibus corollâ duplo longioribus; caulibus diffusis. *M. a Bieberst. Suppl. Fl. taur. p.* 15. *Smith Linn. Trans.* I. *p.* 193. *Hoppe Taschenb.* 1796. *p.* 93. *Stev. Mém. mosqu.* 3. *p.* 250.

Pusilla, staturâ V. *arvensis.* Cauliculi plures villosi, medius erectus, lateralibus declinatis. Folia leniter pubescentia, omnia basi attenuata, infima tantum dente uno alterove laterali. Pedunculi calyce longiores, folio paullo breviores, demum nutantes, villosuli. Cal. pubescens, laciniis ovato-lanceolatis, acutis, obscure trinervibus, subaequalibus. Cor. pallide caerulea. Stylus minimus. Capsula obcordata, transversim rugulosa, ad lentem pubescens, calyce brevior, lobis profundis rotundatis. *M a. B.* l. c.

Pag. 124. n. 126. VERONICA *crista galli.* Addantur synonym:
M. a Bieberst. Suppl. taur. cauc. p. 19. *Link Enum. ali. p.* 27. *Steven Trans. Linn. Soc.* XI. *P.* 11. *p.* 408. *t.* 31. DIPLOPHYLLUM *veronicaeforme Lehmann. Berl. Mag. An.* VIII. 4. 2.

Obs. Cls *Lehmann* characterem generis sui novi statuit sequentibus:
Cal. diphyllus, compresso-clausus, foliolis cordatis. *Cor.* subrotata 4-fida, lobis 2 oppositis minoribus. *Caps.* subrotunda compressa, bilocularis, 4-valvis, 4-sperma. Caules plures, subdichotomo ramosi, decumbentes, subteretes, striis 2, pilis patentibus. (Caulis dodrantalis, debilis, undique villosus, basi simplex, superne saepissime ramis nonnullis alternis. *M. a Bieb.*) Folia cordata (cordato-ovata, obtusius-

cula), petiolis supra concavis, brevibus, interdum fere nullis, nervosa, obtuse serrata, pallide viridia, supra pilis erectis, ciliata; floralia imis majora. Pedicelli in summis caulibus axillares, solitarii, patentissimi, in fructu sensim declinati, folia adaequantes vel paulo superantes, teretes, filiformes. Cal. pubescenti-pilosus, tenuissime ciliatus, cum fructu ad latitudinem 1/2 poll. excrescens, fere ut in ASPERUGINE procumbente. Cor. calyce multo brevior, pallide caerulea. Caps. glabra. Semina nigra. *Lehm.* Caps. calyce connivente inclusa, lata, basi apiceque emarginato-cordata, leviter pubescens et margine ciliata, loculis monospermis. Semina magna, rugosa. *M. a Bieb.*

Pag. 124. n. 127. VERONICAE *praecoci* addatur synonymon:
V. pedunculis axillaribus, fructiferis demum bracteam superantibus; foliis inferioribus cordatis, inciso-serratis, superioribus subdigitato-partitis, floralibus superioribus integerrimis; caule erecto; ramis patulis. *M. a Bieb. taur. cauc. Suppl.* I. *p.* 19. *Tratt. Fl. austr.* 2 *p.* 5. *t.* 102. V. *acinifolia Poll. palat.* (fide *Zitz.*)

„V. *triphyllae* proxima, et caute ab hujus varietate foliis minus profunde partitis distinguenda." *M. a. Bieb.* l. c.

n. 128. VERONICA *acinifolia.* Addatur synonymon:
Sebast. et *Mauri Prodr. Fl. rom. p.* 7.

Obs. „*Boccoui* icon rem exacte refert: *Allionii* vero ab auctoribus huc relata imperfecte saltem. In hac adnotamus folia magis attenuata et profundius crenata, pedunculos breviores, calycina foliola nimis acuta capsulam superantia." *Sebast.* et *Maur.* l. c.

Pag. 125. n. 129. VERONICA *arvensis.* Addatur varietas:
β. V. *a. nana Decand. Fl. fr.*

Pag. 125. n. 130. VERONICAE *agresti* addatur synonymon:
V. pedunculis axillaribus folium aequantibus; foliis cordato-ovatis, serratis; capsulis obcordatis: sinu lobis rotundatis coarctato; stylo fissuram subaequante; caulibus procumbentibus. *M. a Bieberst. Suppl. Fl. taur. cauc. p.* 16. V. fol. ovatis, serratis; bracteis consimilibus; pedicello calyce duplo longiore; capsulâ turgidâ, subdidymâ, pubescente, enervi, profunde emarginatâ; stylo subaequante. *Stev.* in *Mem. Soc. Nat. Cur. mosqu.* V. *p.* 341. *Wahlenb. Fl. upsal. p.* 6. *Link Enum alt. p.* 26. cui varietates 3: a. *polita*; laciniis calycinis tenuissime pubescentibus. *Fries Novit. Fl. suec.* 63. b. *versicolor*; laciniis calycinis extus hirsutis. *Fries* l. c. V. *pulchella Decand. Fl. fr.* 6. 308. c. *opaca*; laciniis calycinis extus et intus hirsutis. *Fries* l. c.

Obs. V. *agrestis* insignem varietatem, *β majorem*, distinguit cls. *Schweigger Enum. H. regiomont. p.* 76., ad quam ducit *Fl. dan. t.* 449 Hujc caules 6-7 poll., basi saepius repentes, superne adscendentes; folia 1/2 poll. et ultra, pilosa, floralia caulinis vix brevius petiolata; pedunculi cum calyce folium subaequantes, saepissime breviores; cal. basi villosiusculus, laciniis capsulâ longioribus; — cum

in agresti a vulgari Schrad., Vahl, Roth, caules 2-4 poll., folia vix 1/2 poll., pilis raris adspersa aut glabra, floralia subsessilia; pedunculi folium aequantes aut superantes; laciniae calycis capsulâ vix longiores. Floret β multo, serius, quam α, et tantum in solo fertiliori.

Pag. 126. n. 132. VERONICAE *persicae* addantur synonyma:

V. *persica*, fol. cordato-ovatis, serratis; bracteis consimilibus; pedicello calyce duplo longiore; capsulâ compressâ, late emarginatâ, ciliatâ, venoso-reticulatâ; stylo subaequante. *Stev. Mém. mosqu.* V. *p.* 341. *Besser Cat. H. Cremenec.* 1816. *p.* 150. V. *filiformis Besser galic. n.* 31. *Schult. Obs. p.* 5. V. *Buxbaumi*; pedunculis axillaribus, folium superantibus; foliis cordato-ovatis, profunde serratis; capsulis dilatatis, obcordatis, sinu aperto; stylo prominulo; caulibus procumbentibus. *Marsch. a Bieb. taur. cauc. Suppl. p.* 16. *Link Enum. alt. p.* 26. (— Et, post V. *agrestem byzantinam* dele? V. *Buxbaumi Tinore* omnino hujus loci, suadente etiam clo *Bertolone in litt.*) *Buxb. Cent.* I. *p.* 26. *t.* 40. *f.* 2.

„*Agrestem* inter et *filiformem* veluti media; dignoscitur vero habitu robustiore et praesertim insigni capsularum latitudine. quarum diameter transversalis longitudinalem manifeste superat; tum capsulae lobis intra sinum vix arcuatis, ita, ut hic latissime pateat, quâpropter capsulam obcordato-triangularem juste praedicat *Besser*. Stylus paulo longior quam in V. *agresti*, magisque eminet, multo autem brevior quam in V. *filiformi*.“ *M. a. Bieb.* l. c. qui vero V. *persicam Poiret* excludit ob pedunculos folio, et corollas calycibus breviores ab illo dictas: attamen fide speciminum lutetianorum omnino hujus loci, et descriptio a *Poiret* data ad specimina juniora concinnata. Etiam cls *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 45. VERONICAM *filiformem* plurimorum hortorum esse omnino *persicam*, fors melius *Buxbaumi* dicendam, genuinam vero *filiformem* asservari in *Herb. Linn.* apud illustr. *Smith.* — *In Armenia iberica orientali.*

Obs. Cls. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 466 omnia hic adducta synonyma trahit ad V. *filiformem* suam *n.* 71., sed tantum ex *Decand.* Longe rectius videmus sentire olm. *Schweigger Enum. H. regiom. p.* 77, qui, fide speciminis V. *filiformis* verae ex *Herbario* SCHREBERIANO, hanc toto coelo diversam dicit a *persica*, licet *filiformem Smith* non diversam credat a V. *filiformi* genuina. Nunc ergo fide speciminis *Schreberiani* dubia nostra soluta, et hypotheses nostrae confirmatae sunt. Confer quoque *Moretti* in *Biblioteca italiana* 1820 Estratt. p. 6., quo teste etiam huc V. *filiformis* omnium fere Italorum, licet genuina *filiformis* a nemine hucdum in Italia reperta. *Moretti* V. *pulchellam Bast.* in *Decand. Fl. franc.* huc, fide specim. sicci, ducit, quam alii ad agrestem.

Quid VERONICA *alternifolia Lejeune?*

— *bracteata?*

— *carnea Haenschel?*

Quid VERONICA cuspidata *Hb. Pall.?*
— diversifolia s. VERONICASTRUM *diversifolium Mönch?*
— leucantha *Helm*, altaica *Fisch.?*
— melancolica *H. paris?*
— mollissima *H. Belg.?*
— muscosa *Hortul.?* cujus synonymon etiam *monstrosa* habetur.
— paludosa *Lejeune?*
— pannonica *Mill.?*
— pinnatifida *Willd.*
— spadana *Lejeune.*
— Waldsteiniana *Schott.* (Nostra culta species hybrida videtur.)

64. MICRANTHEMUM.

Pag. 127. n. 64. MICRANTHEMO addatur:

n. 2. MICRANTHEMUM *emarginatum Elliott;* foliis ovalibus obovatisque, emarginatis; floribus sessilibus. *Elliott Bot. of S. Carolin.* et *Georg. p.* 18. *Nuttall Gen. p* 8.

Obs. MICRANTHEMUM *orbiculatum Mich.* foliis subrotundis integerrimis, floribus pedunculatis distinguendum in diagnosi.

65. GALIPEA.

Pag. 128. n. 1. GALIPEAE *trifoliatae* addatur: *Vahl Enum. p.* 100.

66. SANCHEZIA.

Pag. 128. n. 1. SANCHEZIAE *oblongae* addatur synonymon:
S. *hirsuta Pers.* Syn. I. *p.* 128.

n. 2. SANCHEZIAE *ovatae* addatur synonymon:
S. *glabra Pers.* l. c.

67. CHAETOCHILUS.

Pag. 128. CHAETOCHILO *laterifloro* adde synonymon:
SCHWENCKIA *brasiliensis Poiret;* foliis ovatis integerrimis glabris, pedunculis axillaribus unifloris. *Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 88.

Obs. Cls. *Kunth* in *Humb.* et *Bonpl.* CHAETOCHILUM et SCHWENKIAM uno genere junxit sequente charactere: *Cal.* tubulosus, 5-fidus. *Cor.* tubulosa, apice plicata, 5-dentata; glandulae clavatae dentibus interjectae. *Stam.* 5, quorum 3 sterilia. *Stigma* subcapitatum. *Caps.* 2-locularis, 2-valvis; dissepimento valvulis parallelo, demum libero, placentis adnatis.

68. SCHWENKIA.

Pag. 128. n. 1. SCHWENKIA *americana.* Addatur synonymon:
SCHWENKIA *glabrata;* caule (sub) simplici foliisque glabriusculis, lanceolatis; floribus paniculatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. *p.* 374. *t.* 178.

Cls. *Kunth* Schw. *americanam Linn.* huc nonnisi cum? ducit; sed clo *Link* ex *Herb. Willd.* omnino hujus loci videtur. Specimen a *Kunth* descriptum ab ill. *Mutis* communicatum fuit. „Caulis apice paniculatus, multiflorus, 1 1/2 ped. Folia alterna, acuta, integerrima, reticulato-venosa, subtus in venis pilis minutissimis, 1-1 1/2 poll. Petioli breves, hirti. Panicula terminalis, simplex, ramis patentibus; inferioribus 2-3 floris Cal. glabriusculus, dentibus ovatis, acutis, trinervibus, aequalibus. Cor. calyce triplo longior, dentes abbreviati, rotundati, emarginati: glandulae 5 minutissimae, dentibus 3 inferioribus interjectae; glandulae 2 elongatae, clavatae, carnosae, dentibus 2 superioribus interpositae. Stam. 4, medio tubi inserta, inclusa. Filamenta subulata, duo Antheris destituta. Antherae oblongae, biloculares. Stylus filiformis, stamina subaequans, glaber. Caps. subglobosa, calyce persistente cincta, glabra, magnitudine grani piperis, valvulis integris. Sem. 8-10 in quovis loculo, subrotundo-angulata, scabriuscula. *Kunth* l. c. *In alsis prope Mariquita.* ⊙.

n. 2. Schwenkia *patens Humb.* et *Bonpl.*; caule ramoso, pubescente; foliis oblongo-lanceolatis, hispido-scabris; floribus paniculatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. *p.* 374. *t.* 279.

Herba erecta, 2-ped., caules ramique alterni teretes, patentes. Folia subacuminata, basi acuta, utrinque hispido-scabra, 1 1/2 poll. Petioli 1-1 1/2 lin., hirto-pubescentes. Paniculae terminales, ramis alternis, patentibus. Flores pedicellati. Cal. glaber. Cor. purpurascens, 5-gona. Stam. 2 antherifera. Stylus longitudine corollae. *Kunth l. c.* *In temperatis inter Caracas et La Cumbre.* ⊙.

n. 3. Schwenkia *adscendens Herb. Willd.*; caule ramoso, subpubescente; foliis lanceolatis, hirtis; floribus paniculatis. Schw. *americana Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. *p.* 375. *t.* 180.

Pedalis, caulis ramique pilosiusculi, alterni, adscendentes, subfastigiati. Folia alterna, breviter petiolata, acuta, basi angustata, integerrima, 4-6 lin. Flores in ramis terminales, pedunculis 1-1 1/2 lin., glabris. Cal. glabriusculus, dentibus lanceolatis, trinervibus. Cor. calyce triplo longior, dentibus abbreviato-ovatis, acutis, aequalibus, glandulis totidem elongatis, clavatis. Caps. subglobosa, ovata, calyce persistente tecta, laevis, glabra, bilocularis, bivalvis. Sem. circiter 6 in quolibet loculo, subglobosa, minuta. *Kunth* l. c. *In calidissimis sylvis opacis Orinocensibus, juxta Atures, Maypure etc.* ⊙.

Obs. Cum cls *Kunth* nonnisi cum 3 signis interrogationis Schw. *americanam Linn.* huc tanquam synonymon adducat, nomen *americanae* (quae potius *glabrata* sua) mutavimus in illud, quod jam olim divus *Willdenow* statuit.

4. Schwenkia *browallioides Humb.* et *Bonpl.*; caule

ramoso, cano-pubescente; foliis ovatis, acuminatis, subcordatis, glabriusculis; pedunculis axillaribus 1-3-floris. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. *p.* 365. *n.* 4. *t.* 181.

2 ped.; caulis ramique alterni, teretes, patentes. Folia alterna, integerrima, basi rotundata aut leviter cordata et in petiolum decurrentia, reticulato-venosa, membranacea, pilis minutissimis, 2 2 1/2 poll., 1 1/2 poll. lata. Petioli subpollicares, pubescentes. Pedunculi breves, pubescentes. Cal. cano-pubescens, dentibus ovato-lanceolatis, trinervibus, aequalibus. Cor. calyce duplo triplove longior, dentibus ovatis, acutis, ciliatis, glandulis totidem clavatis, longissimis. *Kunth* l. c. *Prope Porto Cabello.* 4.

69. ROTTLERA.

Pag. 129 n. 69. ROTTLERAE *incanae* addatur:

Pedunculi duplicato-triplicatoque umbellati. TREWIAM esse *nodiflorum* cls. *Stendel.*

70. GRATIOLA.

Pag. 129. n. 1. GRATIOLA *officinalis.* Addatur synonymon:
Hayne getr. Darst. off. Gew. III. 13.

Pag. 129. n. 2. GRATIOLAE *inundatae* addatur:

Obs. Amiciss. *Rochel* olim in litteris, et fors ex eodem fonte L. B. *ab Uechtritz Bot Zeit. n.* 3. *p.* 38., hanc speciem eandem esse cum LINDERNIA *pyxidaria* monuit. Specimen plantae Kitaibelianae equidem non vidi, sed eodem missa, quo nos diagnosin GRATIOLAE *inundatae* suppeditabat, LINDERNIAM *pyxidariam* nobis misit, ut mirum sane videretur virum divum novam suam GRATIOLAM cum tritâ LINDERNIA commutasse, seque et clm. *Sprengel* et nos fefellisse.

n. 3. GRATIOLA *aurea.* Addatur synonymon:
Bigelow Fl. boston. p. 6.

Bigelow folia non integerrima, sed subdentata, petit; pedunculos alternos, non oppositos.

Pag. 130. n. 4. GRATIOLA *peruviana.* Addatur synonymon:
GR. *scabra;* foliis oblongo-lanceolatis, serratis; floribus axillaribus, sessilibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. *p.* 365.

Caulis erectus, 4-6-poll., teretiusculus, simplex aut ramosus. Folia sub-5-nervia, 1/2 poll. Braateae 2 ad basin calycis, lineares, acutae, scabriusculae, longitudine calycis. Cal. laciniis lineari-lanceolatis, acutis, aequalibus, corollâ brevioribus. *Kunth l. c.*

Pag. 130. n. 5. GRATIOLA *virginica.* Addatur:

Obs. Pedunculi non brevissimi, sed dimidiâ folii longitudine, ut ex specimine lecto in Portorico. a clo *Bertero* patet. Calycis laciniae subulatae.

Pag. 131. n. 12. GRATIOLA *lobelioides*. Addatur synonymon:
GR. annua; parte inferiore caulis simplicis paribus 2-4 foliorum approximatorum, lanceolatorum, integerrimorum, sessilium; floribus versus apicem remotis, solitariis, longe pedunculatis; capsulis rotundis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 143.

In humidis Coromandel.

Obs. Div. *Willdenow* huc duxit GR. *rugosam Lour.*; sed silet de hoc synonymo div. *Roxburgh.*

Pag. 131. n. 13. GRATIOLA *juncea Roxb.* adde synonymon:
GR. annua, erecta, columnaris, fere nuda; foliis inferioribus, lanceolatis, amplexicaulibus, superioribus parvis; paribus duobus antherarum non coadunatis; capsulis globulosis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 142. *n.* 16. Ejusd. *Corom. n.* 129. G. *juncea Roth* MS. in *S. V. ed. nostr.* (monente clo *Roth* in litt.) *Roth Nov. Pl. Spec. p.* 8.

Caulis 6-12 poll., *Roxb.*; superne setaceus, basi crassitie culmi secalini. Folia omnia sessilia; infima 2 obovata, 1/2 poll., superiora minora ut suprema vix 1/4 lin. Flores inferiores subsessiles, superiores pedunculati alterni et oppositi; pedunculi 4-5 lin. Cal. 5-phyllus, foliolis lanceolatis planis, obtusis. Corollae tubus calyce duplo longior. Caps. calyce duplo fere major, fusca, magnitudine seminis Sinapios. *Roth* l. c.

13 a. GRATIOLA *cuneifolia Roxb.*; annua, erecta, simplex, subnuda; pare foliorum cuneiformium obtusorum ad basin, superne pare uno alterove minutorum; floribus solitariis longe pedunculatis; capsulis rotundis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 143. *n.* 17.

Lobeliodi et *junceae* affinis. *In humidis littoris Coromandel.* ⊙

Pag. 132. n. 14. GRATIOLA *nudicaulis*. Addatur:

Obs. Clo *Link* (*Jahrb.* 1. 3. *p.* 50) eadem ex specimínibus in *Herb. Willd.* videtur cum GR. *aphylla* n. 39, ex descriptione cli *Roth.*

n. 15. GRATIOLA *hyssopioides*. Addatur synonymon:
GR. annua, erecta; foliis ensiformibus, amplexicaulibus, internodio multo brevioribus; pedunculis axillaribus; capsulâ lineari-oblongâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 142. *Roth Nov. Pl. Spec. p.* 12.

Valvae capsulae integerrimae, elegantissime striatae. *Roth l. c.*

Pag 132. n. 16. GRATIOLA *oppositifolia*. Adde synonymon:
GR. annua, suberecta; foliis inferioribus oppositis inter se vel cum pedunculo unifloro, lanceolatis, serratis; capsulâ lineari. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 139. *Pl. Corom.* 2. *n.* 155.

Caules plures, suberecti, ramosi, 3-6 poll. Pedunculi subinde etiam oppositi, breves, horizontales, clavati. Bracteae solitariae, pedunculum ad insertionem amplexantes. Flores parvi, caerulei. Filamenta sterilia alba. Caps. calyce duplo longior. *Roxb. l. c.* *In pascuis humidis.*

16 a. Gratiola *serrata Roxb.*; annua, erecta, tetraquetra, glabra; foliis oppositis, amplexicaulibus, oblongis, glabris, acutissime serratis; racemis in divisionibus ramorum, terminalibusque longe pedunculatis; capsulis linearibus (lanceolatis) divergentibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 140. *n.* 11. Pee-tsjanga puspum. *Rheed. Mal.* 9. *t.* 59. a *Linnaeo* ad Rheediam *antipodam* ducta a me (Roxb.) nunquam visam, huic simillima, nisi forte eadem.

Ramosa, 2-8 poll. Folia obtusissima, utrinque glabra. Racemi solitarii in pedunculis 4 gonis. Flores oppositi, breviter pedicellati, divergentes, rufo-fusci. Bracteae lanceolatae, pari infimo dentato. Cal. dimidiato-partitus. Labium superius incumbens. Caps. lanceolatae (supra lineares!) calyce duplo longiores. *Roxb.* l. c. *In Bengalia.*

16 b. Gratiola *replans Roxb.*; annua, repens; foliis oppositis, oblongis rotundisque, serratis; racemis terminalibus; filamentis sterilibus liberis; capsulâ lineari. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 140. *n.* 12.

Caules ramique teretes glabri, cauliculis floriferis brevibus, erectis, pollicaribus. Folia subsessilia, in caulibus repentibus rotundata, in erectis floriferis oblonga, apice rotundata, utrinque glabra. Paria plura approximata florum breviter pedicellatorum, oppositorum, magnorum, pallide ex caeruleo fuscoruforum in cauliculis. Bracteae oppositae, unifloraе, ovatae. Cal. 5-phyllus. Cor. fauce dilatatâ, labio superiore e lacinia pallidâ, integrâ, inferiore lato, profundius tincto, tripartito. Filamenta sterilia, magna, flava, clavata, apicibus parum recurvis. Stigmatis lobi 2 tenues, lati, rotundi. Caps. longitudine calycis. *Roxb. l. c.* *In Moluccis.*

16 c. Gratiola *parviflora Roxb.*; annua, erecta, ramosa; foliis sessilibus, ovato-oblongis, trinervibus, serratis; floribus longe pedunculatis, solitariis; filamentis sterilibus bifidis; capsulis oblongis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 141. *n.* 13. *Ejusd. Coromand. n.* 203.

Caules tetragoni, 6 poll., angulis acutis. Folia obsoletius serrata, acuta. Flores axillares parvi, nunc albi, nunc caerulei. Antherae geminae. Lacinia filamenti sterilis utraque capitata. Caps. fere oblonga, acuta, calyce longior. *Roxb. l. c.*

Pag. 133. n. 20. Gratiola *lucida*. Adde synonymon:

Gr. annua, diffusa, tetragona; foliis petiolatis, ovato-cordatis, serratis; floribus longe pedunculatis, axillaribus, terminalibusque; capsulis ovatis calyce absconditis. *Roxb.*

Fl. ind. ed. Car. et *Wall.* I. *p.* 138. *Ind. Pl.* 3. *n.* 202.

Caulis vix ullus. Rami plerumque oppositi, diffusi, 6-12 poll. Folia glabra. Flores intense laete caerulei. *Roxb.* l. c. Clo *Link* huc videtur spectare Gr. *Chamaedrys* n. 41. et a. clo *Steudel* huc refertur adhuc GRATIOLA *gracilis Willd. Herb. Lichtenst.*

Pag 133. n. 21. GRATIOLA *rotundifolia.* Adde synonymon:

GR. annua, erecta: foliis (sub) sessilibus, rotundato-cordatis, serratis, dentatis; pedunculis axillaribus solitariis, folio longioribus; capsulis globosis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* l. *p.* 138.

Caules erecti, tetragoni, 4-6 poll. Folia subpilosa. Flores inter folia etiam. Cor. stam. et stigma uti in *involucrata* (ubi vero non describuntur). Caps. altitudine calycis. *Roxb. l. c. in humidis.* Confer G. *integrifoliam.*

21 a. GRATIOLA *integrifolia Roxb.*; annua, junior erecta, demum divaricata, tetragona; folia sessilia, ovata trinervia, integerrima; pedunculis solitariis, axillaribus, unifloris; capsulis longitudine calycis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 138. *n.* 6., et, hoc teste, Tsjanga-pupum *Rheed. Mal.* 9. *t.* 57.

In Bengalia, hortorum pestis tempore plavioso. ⊙.

Obs. Synonymon *Rheedе* hic a divo *Roxburgh* ad *integrifoliam* ductum a divo *Vahl* et aliis ad *rotundifoliam* laudabatur.

Pag. 135. n 29. GRATIOLA *grandiflora.* Adde synonymon:

G. Annua, repens; foliis sessilibus, late lanceolatis, acutis, (acute) serratis; floribus axillaribus, solitariis; capsulâ lineari. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 135. *Willd. Spec. p.* 105.

Caules tetragoni, glabri. Folia etiam oblonga, glabra. Pedunculi folio dimidio breviores, erecti, uniflori. Flores lacte caerulei. Cor. tubus cylindricus, labio superiore integro, inferiore lato, tripartito. Stam. fertilia sub labio superiore, sterilia inferiori adnata, flava. Capsulae lanceolatae, calyce longiores. *Roxb. l. c.*

29 a. GRATIOLA *alata Roxb.*; annua: foliis petiolatis, ovatis, serrato-dentatis; racemis terminalibus; calyce 5-dentato et 5-alato; filamento sterili libero; capsulâ lineari calyce absconditâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 137. *n.* 3.

E maximis GRATIOLARUM *indicarum*, characteribus datis facilis distinctu. *In Molaccis.*

29 b. GRATIOLA *involucrata Roxb.*; foliis inaequaliter petiolatis, rotundato-cordatis, lobis rotundatis magnis, multinervibus, serrulatis, villosis; capitulis longe pedunculatis,

bracteatis; filamentis sterilibus, liberis; capsulâ in calyce villoso gibbo 5-dentato absconditâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 138. *n.* 4.

In Molaccis.

Pag. 135. n. 30. GRATIOLA *veronicaefolia.* Adde synonymon:

Gr. annua, junior erecta, demum repens: foliis sessilibus, lanceolatis, (acutissime) serratis; spicis terminalibus; floribus oppositis; capsulis linearibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 135. *Pl. coromand. t.* 15.., quo teste: crusta ollae major *Rumph amb.* V. *t.* 170. *f.* 2. (nec aliud.) *Roth Nov. Pl. Spec. p.* 10. *β.* Foliis omnibus obovatis, apice rotundatis. *Roth* l. c.

Caulds plures repentes; rami erecti, tetragoni, glabri, 6-8 poll. Folia decussata, glandulosa, glabra, carnosa, serraturis setâ terminatis. Racemi terminales. Flores decussati, violacei Cor. ut in *lucida. Roxb.* l. c. *Cum lucida.*

Obs. Cls. *Roth* laudat *Pluk. Mant.* 160. *t.* 170. f. 2. tanquam optimam.

30 a. GRATIOLA *Roxburghiana;* annua, erecta; foliis subsessilibus, lineari-lanceolatis, integerrimis; racemis terminalibus brachiatis; floribus longe pedicellatis; capsulis linearibus calyce triplo quadruplo longioribus. GRAT. *racemosa. Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 139. *n.* 9.

In locis cultis variis Indiae regionibus. ⊙ (Nomen mutandum erat, cum jam sit *racemosa Roth.*)

Pag. 136. n. 35. GRATIOLA *latifolia.*

Obs. Adde patriam *latifoliae* et *pedunculatae* circa *P. Jackson; pubescentis ibidem* et in *ora merid. N. Holl.* inque *ins. van Djemen.*

n. 33. GRATIOLA *racemosa.* Addatur synonymon:
Roth Nov. Pl. Spec. p. 9.

Caulis pedalis, et ultra, ad nodos radiculas breves exerens, apice erectus, a basi foliosus, subtetragonus, glaber. Folia inferiora breviora, reliqua cum petiolo pollicaria, breviora tamen internodiis, margine subincrassata, ciliata. Racemus terminalis, demum elongatus, longitudine digiti. Pedunculi filiformes, versus apicem subincrassati; floriferi erecti, 4 lin.; fructiferi horizontales, 1/2 poll. et ultra. Bractea pedunculo triplo brevior, lineari-subulata, carinâ et apice ciliata, subcolorata. Cal. ad basin fere usque 5-partitus, glaber, laciniis lineari-lanceolatis, obtusis, apice ciliatis. Caps. oblonga, apice attenuata, glabra, longitudine fere pedunculi. A *veronicaefolia* differt caule altiore simplice; foliis obtuse serratis, serraturis aristâ terminatis; calycibus obtusis nec apice aristatis; ab *oppositifolia* foliis petiolatis, obtuse serratis, ciliatis; racemo nudo elongato, pedunculis oppositis; calycis laciniis obtusis, apice ciliatis. *Roth.*

Pag. 135. n. 39. GRATIOLA *aphylla* eadem cum *nudicauli*, fide *Link*.

Obs. Differt tamen descriptio a clo *Roth Nov. Pl. Spec. p. 7.* exhibita non paucis. „Caulis erectus, strictus, purpurascens, simplex, glaber, 2 poll. Folia opposita, petiolata, vix ultra lineam longa, 1/2 lin. lata, patula. Petioli folio paulo breviores, membranacei. Bracteae ad basin pedunculorum oppositae, adpressae, lanceolato-subulatae, apice pilis plerumque 2, carinâ subasperâ, lineam fere longae. Cal. 5 phyllus, foliolis lanceolato-linearibus, subulatis, apice pilis aliquot. Cor. majuscula; tubus cylindraceus, flavescens, calyce paulo longior. Faux parum dilatata. Caps. ovali-oblonga, glabra."

Pag. 136. n. 40. GRATIOLA *minima*. Addatur synonymon: *Roth Nov. Pl. Spec. p.* 8.

Radices filiformes, simplices. Caulis 3 poll., glaber. Folia utrinque parum attenuata, basi caulem amplectentia, glabra, tenuissime ciliata. Pedunculi longitudine folii oppositi. Bractea ad basin pedunculi solitaria, adpressa, lineari-subulata, glabra, folio duplo brevior. Cal. 5-partitus, glaber, laciniis lineari subulatis, ciliatis. Corollae tubus calyce brevior. Stigma magnum, bilobum. Caps. acuminata, obtusa, glabra.

n. 41. GRATIOLA *Chamaedrys*. Addatur synonymon: *Roth Nov. Pl. Spec. p.* 10.

Obs. Cls. *Link* eandem dicit cum *lucida;* differt tamen descriptio uberior a clo *Roth* nunc data a brevi adumbratione *Fl. ind. Roxb.* „Rad. fibrosa; caulis erectus, a basi ramosus, angulosus: rami oppositi, patuli, laxi, foliosi. Folia opposita, subtus pilis asperea, basi in petiolum triplo breviorem attenuata. Flores ad ramorum apicem plerumque oppositi, axillares. Pedunculi 1/2-1 poll., nudi, pilosiores, 1-flori. Cal. inferne glaber, versus apicem vix pubescens. Cor. tubus calyce longior. *Roth.*

n. 42. GRATIOLA *aspera*. Addatur synonymon: *Roth Nov Pl. Spec. p.* 11.

Caulis filiformis, debilis, flaccidus, 1/2 ped. et longior, laxe foliosus Folia latitudine longitudinem subaequantia, subtus setis brevibus sparsis. Petioli foliis tripło fere breviores, pilosi. Pedunculi axillares, excepto infimo, omnes oppositi, setacei: fructiferi patuli. Cal. tubulosus, 5-fidus, glaber, costis 5 subpentagonus: laciniis lanceolatis aequalibus, apice subpilosis. Corollae tubus calyce parum longior, versus faucem parum ampliatus et subcurvus. Limbus 5-fidus, subaequalis. Filamenta tubo longiora. Caps. ovato-subrotunda, obtusa, glabra, bivalvis, bilocularis, longitudine calycis: valvis obovatis, apice integris. *Roth.* GRATIOLIS addantur:

43 GRATIOLA *strigosa Roth;* didynama; caule dichotomo cum ramis divaricatis alternis strigoso; foliis oppositis, ovatis, acutiusculis, in petiolum decurrentibus, serrulatis, glabris; racemo terminali subnudo laxo; capsulâ ovato-

acuminatâ, calyce paulo majore. *Roth Nov. Pl. Spec. p.* 12.

Radices fasciculatae, fibrosae, simplices, fuscescentes. Caulis erectus, 2 poll., fors longior, a basi ramosus et foliosus, ramis 2-3 alternis, caulem longitudine aequantibus, crassitie fili emporetici tenuioris, strigis brevibus. Folia cum petiolo 1/2-1 poll. Petioli planiusculi, versus basin strigis nonnullis. Flores parvi. Pedunculi alterni, setacei, nudi, 1/2 poll., basi bracteâ minutâ, ovatâ, obtusâ, vix 1/2 lin., glabri. Cal. ad basin usque 5-partitus, glaber: foliola lineari-lanceolata, acuta, inaequalia, supremo paulo longiore et angustiore. Caps. glabra, calycem vix superans. *Roth.* *In India orientali.* Div. Benj. *Heyne.*

n. 44. GRATIOLA *sphaerocarpa Elliott;* glabra; caule procumbente, tereti; foliis obovatis, basi attenuatis; serratis; capsulâ globosâ. *Elliott Bot. of South.-Carol.* et *Georgia. p.* 14.

Non esse GRATIOLAM, sed potius NELSONIAM, *Spreng. n. Entd.* II. *p.* 186.

n. 45. GRATIOLA *tetragona Elliott;* glabra; caule procumbente, tetragono; foliis lanceolatis, parce dentatis; calycis foliolis aequalibus. *Elliott Bot. South. Carol. et Georg. p.* 15.

n. 46. GRATIOLA *neglecta Torrey;* caule pubescente, ascendente, tereti; foliis glabris, lanceolatis, basi attenuatis connatisque, subdentatis; calycis foliolis aequalibus; filamentis sterilibus nullis. (*Torrey* in) *Catal. of plants New-York.* CONOBEA *borealis Sprengel N. Entd.* II. *p.* 205.

Obs. GRATIOLA *rostrata* et *nummulerifolia Aub. du Pet. Thouars* indescriptae in *Herb. Willd. Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 51. GRATIOLAE *rostratae* inscriptae, *oppositifoliae, nudicauli, grandiflorae, veronicifoliae* esse capsulam elongatam, subrostratam, exacte bivalvem, dissepimento angusto, libero, medio seminifero, genusque jamjam epuratum denuo epurandum esse *Link* l. c.

Quid GRATIOLA *domingensis Gaertn.?*
GRATIOLA *megalocarpa Nutt. gen. p.* 9?

72. OLIGARRHENA.

Pag. 138. n. 72. OLIGARRHENAE *micranthae* addatur patria: *ora meridionalis nov. Holl.*

74. CURANIA.

Pag. 138. n. 1. CURANIAE *amara.* Adde synonymon:

GRATIOLA *amara;* annua, repens; foliis petiolatis, cordatis, serratis; pedunculis axillaribus 4-6-floris; cályce 4 phyllo: foliolis 2 exterioribus, cordatis, interioribus subulatis; apicibus filamentorum sterilium liberis; capsulâ

ovatâ, calyce absconditâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 136.

SERRATULAM *amaram* certe non esse SCUTELLARIAM *indicam*. Rad. fibrosa. Caules ramique repentes, extremitatibus suberectis, tetragonis, coloratis, glabris. Folia subrugosa, tenuia, glabra, 2 poll. Pedunculi petiolis longiores. Bracteae parvae oblongae, sub pedicello singulo una. Calycis foliola exteriora saepe crenata, supremum majus et calycem tegens, corollamque; interiora lineari lanceolata. Cor. bilabiatae tubus medio contractus, labium superius rectum, angustum, apice bilobum, inferius trilobum, latum, pendulum. Stamina fertilia sub labio superiore corollae, antheris didymis per paria adhaerentibus; sterilia apicibus flavis, clavatis, liberis ex labio inferiore. Stigma bilobum. Caps. ovata. Semina numerosa, parva. *Roxb.* l. c. *In Moluccis et in Silhet.* ☉.

n. 75. RAPUTIA.

Pag. 138. n. 1. *Raputiae aromaticae* addatur *diagnosis*: caule ramoso. Et subjungatur.

n. 2. RAPUTIA *Conchocarpus*; caule simplicissimo. CONCHOCARPUS *macrophyllus Mikan. Delect. Fl. et Faun. brasil. Fasc.* I.

Frutex 5-ped. et ultra, caule simplicissimo, basi 6-9 lin. in diametro, cortice fusco, ligno flavescente, apice cicatrisato foliifero, palmulam aemulans. Petioli subteretes, basi clavati, fusci, 2 5 poll. Folia oblonga coriacea obtusa integerrima 8-12 poll., 2-4 poll. lata, supra glaberrima, profunde viridia, subtus flavescenti-viridia, minus glabra, venosa, arcuatim nutantia. Pedunculus e medio foliorum, fuscus, fere pedalis, apicem versus racemosus bracteatus. Bracteae majores instar foliorum, inferiores 2 poll., minores ad basin pedicelli singuli, lineares setaceo-attenuatae. Pedicelli brevissimi. Flores caduci. Calycis fusci dentes inaequales. Petala 3 superiora parum longiora, obovata, patentia, integerrima, carnea, unguibus albidis. Stam. fertilia, brevissima; sterilia alternatim longiora. Germen pentagono-globosum, dentibus 5 obsoletis. Stigma incrassatum ovale subangulatum albidum. Capsulae 2, rarius 3, coriaceo-crustaceae, conchaeformes, fuscae, rugulosae; semen ovato-reniforme, arillo duplici, rufo-fuscum, embryone duplici. *Mik. l. c. Prope Sebastianopolin, Tocajam, in demissis umbrosis.* ħ.

Pag. 132. 76. CYRTANDRA.

Quid CYRTANDRA *glabra Gaertn.* 81.

77. ELYTRARIA.

Pag. 139. n. 1. ELYTRARIA *crenata*. Addatur synonymon:
JUSTICIA *acaulis*; radici perenni; acaulis; foliis radicalibus, sessilibus, ovato-oblongis, crenatis; spicis adscenden-

tibus imbricatis; corollâ ringente; capsulis polyspermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 139. *Pl. Coromand. t.* 127.

Folia rugosa, 6-12 poll., longitudine fere spicarum, imbricatarum undique bracteis parvis, rigidis, acutis. Cal. 5 phyllus, foliola 2 superiora majora. Cor. tubus cylindricus, recurvus, labio inferiore fornicato, superiore trifido, laciniis bifidis. Sem. 8, reniformia. *Roxb. l. c.*

n. 4. ELYTRARIA *tridentata.* Addatur synonymon: ELYTRARIA *imbricata Pers. Syn.* I. *p.* 23. *n.* 3. JUSTICIA *imbricata Vahl Eclog.* I. *p.* 1.

Pag. 140. ELYTRARIIS subscribantur:

n. 6. E. *frondosa Humb.* et *Bonpl.*; caule nudo; pedunculis subumbellatis, simplicibus, mono- aut tristachyis; bracteis bifidis, inter lacinias mucronato-aristatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 191.

Radix ramosa. Caulis simplex, 1/2 ped. teres, glaber, apice foliatus. Folia 8-10 in apice caulis, conferta, oblonga, acuta, basi in petiolum angustata, reticulato-venosa, integerrima, glabra, 3-poll. Petioli 1 1/2-2 poll., marginati. Pedunculi axillares, 3-6 poll., teretes, superne parum incrassati, squamis undique obsiti, rarius tetrastachyi. Squamae bifariam imbricatae, ovato-lanceolatae, cuspidatae, glabrae, margine ciliatae. Spicae pedicellatae cylindraceae, 1 1/2-2 poll. Pedicelli squamis tecti, 1-1 1/2 poll. Flores tribracteati. Bracteae exteriores subquinquefariam imbricatae, ovatae, coriaceae, margine membranaceae, ciliatae, virescentes, margine albidae, flore breviores; arista lacinias subaequans. Bracteae interiores oppositae, lanceolatae, apice subulatae, dorso pilosae integrae. Calyx 4-partitus; laciniae diaphanae, enerves, apice piloso-ciliatae, inaequales; tres lanceolatae, acutae, bracteas laterales subaequantes, inferne canaliculatae, quarum intermedia ad rhachim spectans apice bidentata; quarta exterior oblonga, acuta, plana, reliquis paulo longior. Corolla caerulea, albo-maculata; tubo filiformi, calycem vix superante; labio superiore bifido, erecto, inferiore tripartito, reflexo. *Crescit prope Carthagenam de Yndias et in umbrosis prope Turbaco Novo-Granatensium.* ⊙.

n. 7. E. *fasciculata Humb.* et *Bonpl.*; subacaulis; foliis supra hispidis; pedunculis fasciculatis, simplicibus, (apice) polystachyis; spicis fasciculatis; bracteis apice tridentatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 191.

Radix ramosa, lignosa, 4-5-poll. Caulis brevissimus, subnullus. Folia petiolata, oblonga, acuta, basi in petiolum angustata, integerrima, venosa, subtus in venis pubescentia, 2-poll. Pedunculi crebri, subradicales, 2-6-poll., adscendentes, teretes, squamis arcte tecti. Squamae bifariam imbricatae, ovato-lanceolatae margine pubescenti ciliatae. Spicae 6-11, in apice pedunculi fasciculato-congestae, sessiles, cylin-

draceae. Flores subdistichi, tribracteati. Bracteae exteriores ovatae, coriaceae, basin versus margineque membranaceae, dente intermedio reliquis duplo longiore, aristato-subulato. Bracteae interiores oppositae, lanceolatae, aristato-subulatae, dorso pilosae, exteriore multo breviores. Calyx quadripartitus; laciniae diaphanae, enerves, acutae, apice ciliato-pilosae; tres lanceolatae, bracteas exteriores longitudine subaequantes, inferne canaliculatae, quarum intermedia apice bidentata?; quarta exterior oblonga, reliquis paulo major. Corolla a me haud visa, caerulea ex *Bonpland.* *Crescit in temperatis prope Caracas, Turmero et Gaigae inter* ORYZAM *sativam*, alt. 226. hex. 4.

n. 8. E. *ramosa Hamb.* et *Bonpl.*; acaulis; foliis subtus hispidis; pedunculis trichotomo-ramosis; spicis solitariis; bracteis bifidis, inter lacinias (acuminatas) aristato-mucronatas. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 191.

Radix ramosa, lignosa perennis. Folia radicalia, petiolata, oblongo-lanceolata, acuta basi in petiolum angustata, integerrima, supra glabra, 2 poll. Pedunculi radicales pedales ramique teretes, divaricati, elongati, squamis arcte tecti. Squamae bifariam imbricatae, ovatae, acutae, subciliatae. Spicae cylindraceae, 1/2 fere poll. Flores tribracteati. Bracteae exteriores ovato-oblongae, coriaceae, margine membranaceae, glabrae; arista lacinias superans, subulata. Bracteae interiores oppositae, lanceolatae, dorso ciliatae, calycem subaequantes. Calyx 4-partitus; laciniis diaphanis, apice ciliatis, inaequalibus; duabus lateralibus oppositis, lanceolatis, acutis, canaliculatis; reliquarum antica oblonga, acuta, plana, paulo longior; postica lanceolato-oblonga, apice bidentata, plana, laterales longitudine aequans. Corolla caerulea ex *Bonpl.* *Crescit in arenosis, maritimis prope Acapulco Mexicanorum.* 4.

n. 9 ELYTRARIA *caulescens Ledeb.*; caule superne dense folioso, ramoso; ramis floriferis aphyllis, ramulosis, squamosis; squamis omnibus ovatis, acuminatis, integris, ciliatis. *Ledeb. Ind. sem. H. Dorpat.* 1820.

Rad. ramosa. Caules plures (in culta semper terni) subfusci, pilosi, lignescentes, inferne simplicissimi, inferne aphylli. Folia oblongo-ovata, in petiolum attenuata, acuta vel acuminata, utrinque pilosa, discolora, integerrima, nunc, nunc praecipue basin versus obsolete repando-sinuata. Pedunculi axillares ramis aliquot, quorum singulus apice spicâ cylindricâ, et, uti pedunculus communis, a basi ad spicam usque tectus squamis supra descriptis, adpressis. Squamae similes flores bracteorum loco suffulciunt. *Ledeb. in litt.* *In Manilla.* Legit D. *Eschscholtz.* 4.

n. 10. ELYTRARIA *scorpioides*; caule superne dense folioso; pedunculis squamosis bit-tristachyis; squamis lineari-lanceolatis, acuminatis, ciliatis.

Ex Herb. *Berteriano* tulimus ab amicissimo *Balbis* nomine JUSTICIAE *scorpioidis*. Specimen nostrum spithamaeum, radice

infractâ, lignosâ. Caulis simplicissimus, aphyllus, teretiusculus, striatus, glaber. Fasciculus e foliis 14-20 ad apicem. Folia lanceolata, utrinque acuminata, in petiolum attenuata, cum eodem 3-4 poll., pollicem vel parum ultra lata, tenuia, glabra, margine ciliata, subtus pallida. Pedunculi ex axillis foliorum terminalium, iisdemque breviores, vel subaequales, undique tecti squamis. Spicae ad apicem pedunculi raro solitariae, plerumque 2-3 sessiles, vix pollicares, 2-3 lin. in diametro. Squama floralis seu bractea ovata, cornea, laevis, glabra, viridis, margine et praecipue apice membranacea et ciliata, 1 1/2-2 1/2 lin. longa, calycem excedens et tegens Cal. 4-partitus, laciniis inaequalibus, lanceolatis, acutis, albidis, diaphanis, ciliatis. Cor.? Caps.? *In ins. St. Martha legit cls Bertero.*

78. HYPOESTES.

Pag. 140. n. 4. HYPOESTES *verticillaris*. Addatur synonymon: JUSTICIA *verticillaris*; herbacea, villosa; foliis ovatis, integris; floribus verticillatis, sessilibus. *Thunb. Fl. cap.* MS. *n.* 3. DICLIPTERA *verticillaris Syst. Veg. ed. nostr. p.* 170. (An huc J. *aristata Lam.* quaerit *Poiret Enc. Suppl.*)

Caulis erectus, pedalis. Rami oppositi, simplices, rarius ramulosi, divaricato-patuli; ex axillis interdum alii rami. Folia opposita, petiolata, acuta, raro obtusa, utrinque villosa, patentia, pollicaria. Petioli folio duplo breviores. Flores incarnati. Verticilli plurimi, pari foliorum subtus cincti, sessiles. Calyces villosi. *In sylvis Houtniquas et prope Zeekoririer.*

Pag. 141. n. 9. HYPOESTES *floribunda*. Addatur in diagnosi, post „*interioribus*“: minoribus; et subjungatur patria: *in littore N. Hollandiae intra tropicum.*

Pag. 141. n. 8. HYPOËSTEM *serpentem* esse potius JUSTICIAM *Link Jahrb.* 1. 3. p. 48.

HYPOËSTIBUS addatur:

n. 10. HYPOESTES *Cephalotes Link*; capitulis axillaribus ovatis; bracteis calycibusque subulatis, ciliatis; foliis petiolatis, oblongis, acutis, subintegerrimis, margine nervisque scabris. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 48. JUSTICIA *Cephalotes Herb. Willd.*

Caulis quadrangularis ad nodos pubesens. *Link.* *In India orientali. Roxb.*

Quid HYPOESTES *rosea Pal. de Beauv.*?

JUSTICIA.

Pag. 142. Notae ad JUSTICIAM addatur:

Obs. „Divisio JUSTICIARUM in *Monantheras* et *Diantheras* omnino bona, si sub *Monantheris* illas intelligis, quibus antherae norma

les, duobus nempe loculis subparallelis eodem filamenti loco insertis, sub *Diantheris* vero, quibus antherae loculis a se invicem disjunctis filamenti locis distinctis insertae. Neque certior sectio, quae a corollis *ringentibus* et *labiatis* desumitur. JUSTICIA enim *sessilis*, *pectoralis*, *Gendarussa*, *nasuta* ad *Labiatas* amandata corollis exacte ut in JUSTICIA *formosa* et *Adhatoda* divisis gaudet, quibus corolla triplo *ringens*. Perperam ad *Monantherae* relatae JUSTICIA *Echolium* (loculis antherae parallelis) et *coccinea*, et *Gendarussa* (antherae loculis disjunctis), et ad *Diantheras* J. *nasuta*, cui antherae normales. Ulterior divisio mihi petenda videtur a ratione longitudinis tubi ad limbum, nempe *corollâ subsemifissâ* (tubo scilicet longitudine circiter laciniarum limbi, ut in J. *pectorali* et *eustachiana*) et corollae tubo *limbi laciniis bis terve longiore*, ut pleraeque JUSTICIAE corollâ subregulari." *De Vest in litt.* At natura ubique systemata nostra flocci facit.

Pag. 143. n. 2. JUSTICIA *bicalyculata*. Addatur synonymon:
J. annua, erecta, hexagona, scabra: foliis breviter petiolatis, ovato-cordatis, oblongis, acutis; calyce duplici; tubo corollae torto; limbo bilabiato; seminibus solitariis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 127. (DIANTHERA *bifida Mönch.*)

3-5 ped. Folia scabra. Labium corollae superius anguste lineare, tridentatum, inferius latum, oblongum, emarginatum. Sem. 2 in loculo singulo. *Roxb. l. c.*

n. 2 a. JUSTICIA *latebrosa*, *König* MS.; herbacea; ramis teretibus, glabris, divaricatis; foliis petiolatis, cordato-oblongis, acutis; tubo corollae torto, labiis subaequalibus: superiore tri-, inferiore bidentato (s. emarginato); seminibus solitariis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 126. *n.* 16.

Caulis vix ullus; rami copiosi, debiles, articulati, ramosi. Folia integerrima, glabra, dimensionis variae. Flores terminales magni, splendide rubri. Bracteae numerosae, lanceolatae. Cal. simplex. Corollae labia linearia. Stam. ultra labium inferius prominentia. Antherae duplices. Stigma bifidum. Caps. disperma. *Roxb. l. c.* *In fruticetis, umbrosis siccis.* 4.

Pag. 144. n. 8. JUSTICIA *Echolium*. Addantur synonyma:
J. fruticosa, erecta; spicis etc. bracteis ciliatis; corollâ bilabiatâ tubo filiformi; labio superiore lineari, reflexo, apice bipartito; capsulâ dispermâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 125. n. 1. *Link Enum. alt.* I. *p.* 29. *Sims bot. Mag.* 1847.

2-4 ped. Bracteae serratae. *Roxb.* Cor. 1 1/2 poll., purpurascens. *Link.*

n. 8 a. JUSTICIA *dentata Klein*; spicis longissimis, tetragonis; bracteis ovalibus, longe mucronatis, dentatis; foliis petiolatis, oblongis acuminatis, subrepandis, pubescentibus. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 49.

Caulis lineatus pubescens. Ab *Ecbolio* bracteis potissimum profunde dentatis diversa. *Link* l. c. *In India orientali. Klein.*

8 b. JUSTICIA *thyrsiflora Roxb.*; fruticosa, erecta, glabra; foliis lanceolatis, utrinque attenuatis, pendulis; racemis terminalibus; floribus verticillatis; corollâ subbilabiatâ, clavatâ; caps. 10-12-spermâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 116. *n.* 2.

Rad. ramosa; caulis rectus, lignosus, 4-8 ped.; rami suberecti, quâ parte lignosi, teretes, cortice glabro, cinereo; juniores glabri, ad insertionem foliorum intumescentes, subquadrangulares, purpurâ tincti. Folia breviter petiolata, integerrima, utrinque glabra, firma, supra profunde viridia, subtus pallidiora, 4-8 poll., 1-2 lata. Racemi saepius solitarii, subinde gemini terni, thyrsiformes, flammei quasi floribus magnis aurantiacis. Pedicelli quaterni approximati uniflori, calyce breviores. Bracteae ternae subulatae, interiores 2 persistentes ad basin pedicellorum, exterior major caduca. Cal. simplex, ad basin usque 5-partitus, laciniis aequalibus rectis subulatis, corollae tubo dimidio breviores. Cor. fere pollicaris, tubo incurvo, compresso, ad latera subvilloso, limbo bilabiato, labio superiore lato, recte protenso, profunde emarginato, inferiore laciniis 3 aequalibus, profunde divisis, ovatis, acutis. Antherae parallelae cum labio superiore corollae, fuscae, ovatae, stylo longiores. Stigma integrum. Caps. lineari-clavata, glabra. E pulcherrimis. *Roxb.* l. c. *In Bengaliae interioribus.* ♄.

8 c. JUSTICIA *vitellina Roxb.*; fruticosa, erecta; foliis late lanceolatis; utrinque attenuatis, reflexis, glabris; racemis terminalibus cylindricis; floribus oppositis, infra fasciculatis, medio ternatis, apice solitariis, subringentibus, fauce amplo campanulatâ; capsulâ lineari oligospermâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 117. *n.* 3.

5 ped. Caules vix ulli; rami plures, erecti, rigidi, breves, apice tetraquetri, angulis acutis scabris. Folia breviter petiolata, etiam oblonga, integerrima, 2-4 poll., 1-2 lata. Racemi solitarii, rigide erecti, 3-6 poll.: rhachi 4 angulari. Flores parvi, e flavo rufescentes, pedunculis in medio brevissimis. Bractea ad flores singulos solitaria, ad inferiores 3. Cal. simplex, laciniis late subulatis. Cor. tubus calyce brevior, limbo subbilabiato, labio superiore fere horizontaliter protenso, bifido, inferiore lato, tripartito. Filamenta multum incurva, basi pilosa. Antherae simplices, lineares, sub labio superiore. Germen circiter 8-spermum. Stigma simplex, obtusum. Caps. linearis, glabra. *Roxb.* l. c. *In collibus Chittagong.* ♄.

8 d. JUSTICIA *alba Roxb.*; fruticosa, erecta, glabra; foliis oppositis ovato-lanceolatis; spicis axillaribus et terminalibus; floribus remotis; corollae tubo filiformi, limbo bi-

labiato. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 117. *n.* 4.

Caulis teres, junior supra insertionem foliorum intumescens. Folia breviter petiolata, etiam oblonga, undulata, utrinque glabra et lucida. Spicae numerosae, patentes, incurvae, foliis longiores, teretes, glabrae. Flores oppositi candidi. Bracteae 3 ad florem singulum parvae, calyce breviores. Cor. tubus rectus, longus; labii superioris laciniae 2 erectae, cuneiformes, ultra dimidium coalitae, inferioris tripartiti laciniae latiores, deflexae. Filamenta brevia. Antherae extra faucem. *Roxb.* l. c. *In majore ins. Andaman.* Cap. *Stocke.* ♄.

Pag. 145. n. 11. JUSTICIA *tetragona Vahl.* Addatur:

Obs. Huc tanquam synonyma vocantur a clo *Steudel* JUSTICIA *arborea Mill.* (S. V. ed. nostr. n. 114) quae hujus esse loci nequit; JUSTICIA *cristata Jacq.*; J. *pulcherrima Linn.* fil.; RUELLIA *cristata*; APHELANDRA *cristata R. Br.* in *Ait. Kew.*; APHELANDRA *pulcherrima Humb.* et *Bonpl.* Dele in *Syst. Veg. ed. nostr.* 70 „confer sequentem" quae in MS. J. *pulcherrima Jacq.* erat, et quam div. *Römer* hic suppressit.

Pag. 145. n. 15. JUSTICIA *canescens Lam.* nunc NELSONIA *canescens* dicitur a *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. et Spec. p.* 190. et affinis NELSONIAE *albicanti.*

Pag. 146. n. 17. JUSTICIA *echioides.* Addatur synonymon:

J. annua, erecta, tetragona, pilosa; foliis sessilibus, decussatis, oblongis, linearibus; spicis axillaribus, recurvis secundis; capsulis oblongis, seminibus 4 verrucosis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 119. *n.* 7.

Pedalis, ramis adscendentibus. Folia pilosa, recurva, spicis longiora. Bracteae lanceolatae, parvae. Flores albi, labio superiore purpureo. Calycis laciniae longae, ensiformes. Anthera basi barbata. Caps. oblonga, pilosa, longitudine calycis. *Roxb. l. c.*

17a. JUSTICIA *polysperma Roxb.*; annua, repens, teres, articulata: foliis sessilibus lanceolatis, pubescentibus; spicis imbricatis; bracteis ternis, unifloris, lanatis; capsulis 20-30-spermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 120. *n.* 8.

Caules diffusi, ramosissimi, 6-12 poll., subpubescentes. Folia integerrima. Spicae terminales et axillares, bracteis floribusque decussatis, his parvis pallide caeruleis, illis ternis unifloris, inferiore quidquam latiore. Cal. lanatus. Caps. linearis; semina rotunda subglobosa. *Roxb.* l. c. *In Bengalia.* ☉.

17b. JUSTICIA *interrupta Humb.* et *Bonpl.*; foliis oblongis, acuminatis, glabris, nitidis; spicâ terminali; floribus oppositis, remotis; labio superiore corollae bipartito. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. *p.* 232.

Rami teretes, laeves, pilis minutissimis, adpressis. Folia acumine obtuso, basi angustata, reticulato-venosa, supra nigroviridia, subtus pallidiora, utrinque glabra, venis primariis strigoso-hirtis, 2 poll. Petioli 3-4 lin., pubescentes. Spicae terminales 2-3 poll., pedunculis hirtis. Flores solitarii, breviter pedicellati. Bracteae oppositae, lineares, hirto-pubescentes, pedicello longiores. Cal. 5-partitus, hirtus, laciniis linearibus, aequalibus. Corolla bilabiata, labio inferiore trifido. Antherae oppositae, approximatae, parallelae, oblongae. *Kunth* l. c. *In Nov. Granata prope St. Annam.* ♄.

Pag. 146. n. 18. JUSTICIA *quadrifida*. Addatur synonymon:
J. foliis lanceolatis, glabris, nitidis; floribus spicatis, secundis, remotis; labio superiore corollae integro, inferiore tripartito, laciniis ligulatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. *p.* 233.

Antherae oppositae, approximatae. *Inter Xalapa et el Encero.*

Pag. 146. n. 18a. JUSTICIA *pumila Dietr.*; floribus sessilibus, terminalibus, spicatis, secundis, tubuloso-quadrifidis; foliis oppositis, petiolatis, lanceolatis, acuminatis, acutis, integerrimis, glabris, basi subobliquis; caule fruticoso, ramoso. *Dietr. Garten-Lex. Nachtr.* 4. *p.* 197.

Nomine varietatis *quadrifidae* e *H. Parisin.* tulit cls *Dietrich*; a qua abunde differt caule ramoso, raro 1-2 ped., foliis magis approximatis. Rami basi cicatrisato-nodosi. Petioli breves. Folia subtus pallidiora, 1-2 poll. et ultra, 1/4-2 poll. lata. Flores solitarii in axillis supremis, in spica 5-8-flora. Cal. 5-partitus, laciniis acutis, tomentosis. Cor. fere quadrifidae, pollicaris, coccinea, tubus pilis rufis; laciniae angustae, lineares, apice revoluto-reflexae. Filamenta coccinea. Antherae fuscae, geminae. Stigma simplex, virescens. *Dietr.* l. c. *Habitat?* ♄.

Pag. 148. n. 28. JUSTICIA *bracteolata*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 29.

Folia etiam 3 poll. Cor. pollicaris, purpurea.

Pag. 149. n. 29. JUSTICIA *picta*. Addantur synonyma:
J. fruticosa erecta; foliis late lanceolatis, acutis; racemis subglobosis; tubo corollae ampliato, verticaliter compresso; limbi laciniis margine revolutis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 109. *n.* 5. *Link Enum. alt.* I. *p.* 30. *Sims Bot. Mag.* 1870. (ubi sequentes varietates enumerantur: α. *alba:* foliis maculâ albâ sinuatâ. β. *lurido-sanguinea:* excelsior, foliis lurido-sanguineis venosissimis; γ. *ignea:* foliis maculâ suave rubente et quasi igneâ pictis.)

Folia etiam viridia, concoloria, et tota ferruginea. Racemi breves. Flores magni, eleganter hermesini, maculis crystal-

linis. Bracteae inferiores 3-4 superiores, 1-florae. Cor. faux compressa. *Roxb. l. c.*

Pag. 149. n. 30. JUSTICIAE *rubrae* subscribatur:

n. 30 a. JUSTICIA *cinerascens Willd.*; floribus terminalibus, approximatis, axillaribus, sessilibus; foliis petiolatis, lanceolatis, oblongisve, acutis, integerrimis, rugosis, tomentosis; calycis corollâ multo brevioris laciniis ovatis acutis. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 49. JUSTICIA *pubescens Ruiz* ad *Willd.*

Tota mollis. Caulis tomentosus. Cor. ringens pubescens magna. *Link* l. c. ad *Herb. Willd.* *Habitat*?

Pag. 150. n. 33. JUSTICIA *paniculata.* Addatur synonymon:

J herbacea, erecta, tetragona, brachiata: foliis subsessilibus, lanceolatis; racemis terminalibus; floribus secundis, erectis; corollae bilabiatae labio lineari, revoluto; antheris coalitis, basi barbatis; capsulis linearibus, polyspermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 119., *n.* 6. (J. *stricta Soland. Banks.*)

Folia 2-3 poll. Racemi terminales et ex axillis exterioribus, horizontales, longi, tetragoni. Flores remoti, rosei, longe pedicellati. Bractoarum exteriorum par magnum: interiores 2 minores ad basin pedicellorum. Cor. tubus recurvus. Filamenta exserta, pilosa. Caps. subcylindrica. *Roxb.*

Obs. Vix huc J. *paniculata Link Enum. alt.* I. *p.* 30, in qua corollam flavam, lineâ purpureâ petit, laudatis ceterum synonymis reliquis.

Pag. 151. n. 40. JUSTICIA *secunda.* Addatur synonymon:

Sims Bot. Mag. 2060.

n. 40 a. J. *caripensis Humb.* et *Bonpl.*; foliis ovato-oblongis, utrinque angustatis, (leviter) crenatis, glabriusculis; spicis terminalibus, paniculatis; floribus secundis, remotis; labio superiore corollae integro. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. et Spec.* II. *p.* 189.

Caulis herbaceus, erectus, ramosus; ramis sulcato-angulatis, glabris, geniculatis; geniculis contractis. Folia 3 4-poll., acuta, pilis raris minutissimis adpressis utrinque conspersa. Petioli pollicares, tenuissime pubescentes. Flores breviter pedicellati. Pedunculi pedicellique, pubescentes. Bracteae lineari-subulatae, pubescentes. Calyx 5-partitus; laciniis linearilanceolatis, pubescentibus. Corolla subpollicaris, purpurea, labio superiore lineari-lanceolato, indiviso; inferiore trilobo. Stamina subexserta. Antherae biloculares; loculi utrinque lateri connexivi transversi affixi, opposita. Capsula ignota. *Crescit frequentissime locis umbrosis prope Caripe*, alt. 450 hex. (Nov. Andalusia.) 4. JUSTICIAE *secundae Vahl.* proxima, diversa praesertim foliis crenatis.

n. 40 b. J. *salviaeflora Humb.* et *Bonpl.*; foliis ovato-lanceolatis, acuminatis, (utrinque) pubescentibus; spicis axil-

laribus, paucifloris; floribus sessilibus, solitariis, remotis; labio superiore corollae integro, pubescente. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. et Spec.* II. *p.* 190. ERANTHEMUM *parviflorum Herb. Willd.* (fide *Link.*)

Caulis fruticosus, ramosus, teres, pubescens; ramulis viscoso-pubescentibus. Folia opposita, petiolata, subintegerrima vel obsolete remote crenata, 1 1/2 poll. Petioli 3-4-lin., pubescentes. Spicae 2-3 poll. Pedunculi viscoso-pubescentes. Bracteae lineari-setaceae, viscoso-pubescentes. Calyx viscoso-pubescens, 5-partitus; laciniis linearibus. Corolla 9-10 lin., labio superiore integro, pubescente, inferiore trifido. Stamina inclusa. Antherae biloculares; loculis connexivo interposito distantibus, inferiore basi appendiculato. Capsula clavata, pubescens; loculis dispermis. Semina retinaculis subtensa. *Colitur in horto botanico Mexicano.* ♄.

Pag. 151. n. 41. JUSTICIAE *ciliari* addatur synonymon:
DICLIPTERA *ciliaris Herb. Willd.* fide *Link*, qui recte monet non esse DICLIPTERAM.

Pag. 152. n. 42. JUSTICIAE *lucidae* addatur descriptio:

Caulis perennis glaber, teres, striatus, ad insertionem foliorum dilatatus, raro ultra tripedalis. Rami pauci, e basi. Folia acuta, coriacea, saturate viridia, per petiolum decurrentia, (4 5 poll., 2 lata). Pedunculi partiales oppositi, 3-5-flori. Bracteae subulatae calyce breviores. Calycis laciniae 5 lineari-lanceolatae, pubescentes. Cor. saturate coccinea, tubularis, subcurvata, calyce 3-4plo longior, labio superiore integerrimo, inferiore tridentato. Filamenta purpurea. Styl. longitudine corollae pubescens, persistens, stigmate truncato. Inodora. *Sims.* *In Barbados.*

Pag. 152. n. 43. J. *Gandarussa.* Addatur synonymon:
J. fruticosa, diffusa, glabra: foliis anguste lanceolatis; spicis terminalibus subverticillatis; antheris inferioribus calcaratis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 129. *Link Enum. alt.* I. *p.* 30. ALDINA *Scop.* (non *Adans.*)

Cor. purpurascens. *Link.* Caulis vix ullus, ramis numerosis, longis, diffusis, cortice in junioribus purpureo, in varietatibus quibusdam (qualibus?) viridis. Folia plerumque parum crenata, venis purpureis, 3-6 poll. *Roxb.* l. c., qui divum *Willdenow* corrupisse nemen accusat, cum *Gandarussa* rectius scripsisset *Linnaeus.* Sed *Gendarussa Rumphius* scripsit, cujus tab. 28. tantum, nec 29., laudat div. *Roxburgh*, qui nunquam spontaneam vidit, et in insulis malaicis audivit crescere hanc speciem.

Pag. 153. n. 46. JUSTICIAE *cartagenensi* subjungatur:
46a. JUSTICIA *vulgaris Bertero*; spicis axillaribus, terminalibusque; bracteis lineari-lanceolatis, acuminatis, margine membranaceis.

Specimen nostrum a clo *Balbis* communicatum bipedale. Caulis, ut videtur, herbaceus, teres, glaber, striatus, ad genicula purpurascens, supra eadem contractus. Folia opposita; inferiora lanceolata, basi attenuata, longe acuminata, glabra, petiolo 1/2 poll., 5-pollicaria, pollicem lata; superiora ejusdem longitudinis, sed lineari-lanceolata, subulato-acuminata, 4-2-lin. lata, in specimine sicco reflexa. Flores axillares sessiles, oppositi, solitarii, pluresve, spicam sistentes 1 1/2 poll., et ultra; foliis floralibus similibus caulinis, sed multo angustioribus, brevioribus, 2-2 1/2 poll. ad flores inferiores, pollicis sub superioribus, inferioribus recurvis, superioribus erectis. Bracteae sub singulo flore 3, duae lineari-lanceolatae, longitudine laciniarum calycis, tertia lineari-setacea, parum brevior. Cal. ad basin usque 5-partitus, laciniis lineari-lanceolatis, subulatis, patentibus, margine membranaceis, sub lente scabriusculis, 4 fere linearum, vel parum ultra. Tubus corollae unicae expansae in specimine nostro superstitis longitudine calycis, labio superiore horizontali, 2 fere linearum. Color corollae siccae laete ferrugineus. Filamenta glabra. Antherae geminae, altera sub altera, inferiore apice subaristatâ. Stylus longus, glaber, stigmate vix incrassato. Capsula (fere matura) calyce duplo longior, turbinata, acumine brevi, pubescens. Semina 2, subglobosa, sordide alba: an matura? Flores plures clandestini videntur. *In plateis Portorico. Bertero.*

Obs. J. *reflexiflora Vahl* proxima ex descriptione; sed „corollam bilabiatam,“ non ringentem notavit cls *Balbis*; nec flos ullus e defoetis plurimis reflexus. Hinc *cartagenensi* subjungenda.

Pag 153. n. 47. JUSTICIA *radicans*. Addatur synonymon:
JUSTICIA *ciliata Pers. Syn.* I. *p.* 23. *n.* 99.

Pag. 154. n. 52. JUSTICIA *pedunculosa*. Addatur synonymon:
JUSTICIA *americana Willd. Spec. p.* 92.

Pag. 154. n. 53. JUSTICIA *procumbens*. Adde synonymon:
J. radice (saepius) perenni, ramis diffusis, herbaceis: foliis (sub) sessilibus, orbicularibus, lineari-lanceolatisque; spicis terminalibus tetragonis; bracteis lanceolatis, rigidis; antheris inferioribus, calcaratis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 133. *Link Enum. alt.* I. *p.* 30.

Caules plures, diffusi, articulati, striis 5, saepe ad genicula radicantes, apice suberecti, 6-12 poll. Folia opposita integerrima subpubescentia (1 1/2 poll. *Link.*) Spicae erectae. Flores decussati, pallide rosei, bracteis ternis, lanceolatis. Calycis laciniae superiores minutae. Cor. (parvae) tubus brevis, labio superiore erecto, bifido, inferiore lato tripartito. Nectarium annulus flavus circa germen. Stigma subbifidum. In humidis crescens longe alia species videtur, major, fere erecta, foliis lineari-lanceolatis. Haec varietas videtur a *König* nomine *junceae* vel *gramineae* descripta. *Roxb.* l. c. *In pascuis.*

53 a. JUSTICIA *quinqueangularis König MS.*; ramis pen-

tagonis; foliis sessilibus, lanceolatis; spicis terminalibus; bracteis linearibus; capsulis bracteas quidquam superantibus, tetraspermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 134. *n.* 29.

Parum a *procumbente* diversa. *Ad margines oryzetorum in Samulcota: in siccis* ♃.

53 b. JUSTICIA *pectinata Roxb.*; herbacea, diffusa: foliis breviter petiolatis, lanceolatis, utrinque attenuatis; spicis sessilibus, secundis; bracteis quinis, latis, albis, membranaceo-marginatis; antherâ inferiore calcaratâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 134. *n.* 30. *Ejusd. Corom. Pl.* 2. *n.* 153. Conferendam dicit J. *parviflora Retz Obs.* 5. *p.* 9. (quae DICLIPTERA *pectinata.*)

Caules plures filiformes, teretes, glabri, articulati, ramis alternis. Folia opposita, pendula, glabra, plerumque per paria inaequalia. Spicae axillares vel terminales, foliis multo breviores, utplurimum ternae, media maxima. Flores parvi, laete caerulei. Bracteae variae magnitudinis, ovatae, lanceolatae. Labium superius integerrimum acutum. Cornu antherae longum, obtusum. Caps. 4-sperma. *Roxb.* l. c. *In umbrosis.*

53 c. JUSTICIA *lamifolia König MS.*; tota tomentosa, procumbens, annua; foliis ovatis; spicis terminalibus imbricatis; calyce 4-phyllo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 135. *n.* 31.

Calyx BARLERIAE, stamina DIANTHERAE, et, ut videtur clo R. *Brown*, NELSONIA. Rad. fibrosa. Caules ramique numerosi, teretes, 1-3 ped., basin versus glutinosi, uti folia opposita, subsessilia, integerrima, pollicaria. Spicae oblongae. Flores numerosi parvi, purpurâ dilutiore et magis intensâ variegati. Bracteae ovatae, uniflorae, pilosae, viscosae. Calycis foliolum infimum bifidum. Cor. tubus gibbus, fauce compressâ; labium superius bifidum, purpurâ striatum; inferius latum, tripartitum. Filamenta brevia, fauci tubi inserta. Antherae geminae, singulae ovatae, omnes aequales. Stigma bilobum, lobis latis patentibus. Caps. conica. Semina 8-10 globosa. *Roxb.* l. c. *In incultis umbrosis prope Calcutta.* ☉.

53 d. JUSTICIA *verticillata Roxb.*; erecta, pilosa; spinis verticillatis, apicibus bi-trifidisve; foliis petiolatis, ovatis; floribus inter verticillos spinarum subsessilibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 136. *n.* 32.

Prope Ougeiu. Dr. *Hunter*, Martio florens et fructificans.

Pag. 154. n. 54. JUSTICIA *diffusa* restituatur, monente clo *Roth in litt.*

54. JUSTICIA *diffusa Willd.*; spicis axillaribus terminalibusque; calycibus tetraphyllis, glabris; bracteis calyce bre-

vioribus; foliis ellipticis. *Willd. Spec.* I. *p.* 187. *Roth Nov. Pl. Spec.* I. *p.* 87. Euphras. sinica parietariae foliis rubiae modo spicatis. *Pluk. Alm.*

„Cls. *Vahl Symb.* 2. *p.* 14 hanc cum praecedente (*procumbente*) conjunxit; sed mihi bracteis, calyce et foliis diversa videtur.“ *Willd.* l. c. *In India.* 24.

Obs. „Nostrae plantae non male respondet figura *Pluk. Alm. tab.* 391. fig. 4. quam JUST. *procumbenti Vahl Enum. Pl.* 1. *p.* 141. nisi quod spicae in meis speciminibus fructiferis laxiores et longiores sint. *Vahlii* planta non eadem videtur cum nostra et *Willdenowii;* illi in *Enum. Plant.* l. c. foliola calycina adscribit latiore margine membranaceo, quam in *procumbente*, quod nec in *Willdenowii* planta, nec in meis speciminibus. — Flores in *diffusa Willd.* in spicis oppositi. Quodvis par florum basi bracteis duabus oppositis, basi subconnatis, spicae rhachem semiamplectentibus, lanceolatis, subulatis, concavis, calyce triplo fere brevioribus insidet. Bracteae aliae duae calyci cuique adpositae illique adpressae, figurâ et magnitudine exteriorum, omnes inferne membranâ tenui auctae. Cal. tetraphyllus: foliolis linearibus, subulatis margine subciliatis, rigidis, absque margine membranaceo visibili. Caps. oblongo-ovalis, obtusiuscula, glaberrima.

54 a. JUSTICIA *Vahliana;* spicis axillaribus terminalibusque; bracteis interioribus duabus longitudine fere calycis tetraphylli: foliolis lanceolatis membranaceo-marginatis, dorso subpubescentibus; foliis lineari-lanceolatis cauleque decumbente scabriusculis. *Roth Nov. Pl. Spec. p.* 14. J. *diffusa*, spicis axillaribus terminalibusque, calycibus tetraphyllis lanceolatis glabris, labio inferiore barbato, foliis lanceolatis. *Vahl Enum. Plant.* I. *p.* 141. (excl. syn. *Willd.*) J. *alata Vahl, Herb. div. B. Heyne.* *β imberbis:* corollae labio inferiore, antheris capsulisque glabris; foliis paulo latioribus. *Roth l. c.* JUST. *rotundifolia Herb. Benj. Heyne.*

Caulis ad geniculă non raro radicans, diffusus, oblique adscendens, angulosus, cinerascens, ad lentem tenuissime pubescens. Rami oppositi. Folia brevissime petiolata, ad lentem pilis adpressis scabra. Spicae solitariae oblongae, basi foliis 2 oppositis, lincaribus, reliquis similibus suffultae, 1-1½ poll. et ultra. Flores spicae infimi oppositi, reliqui alterni, omnes sessiles. Bractea ad quemvis florem ex oblongo-ovata, margine tenui membranaceo cincta: interiores 2 oppositae, maximam partem flavescentes, nervo dorsali viridi. Calycis foliola bracteis interioribus figurâ et structurâ ita similia, ut calyx primo intuitu hexaphyllus appareat. Cor. labium superius bifidum, inferius subtus pilis albis barbatum. Anthera superior apice pilis albis, basi mucrone brevi, albo, obtuso, prominulo; inferior glabra, basi corpore oblongo, subcurvo, membranaceo, pellucido, niveo. Stylus pubescens. Stigma simplex, obtusum. Caps. oblonga, acumine brevi. Ad *β* spectare videtur J. *procumbens Vahl Enum.* I. p. 140. (excl. var. *rotandifolia*) ob corollae labium superius glabrum; nam in J.

procumbente Linn. (fid. specc. a *Koenig* in Tranquebar lectis et a *Heyne* in *Ind. orient.*) labium corollae inferius subtus evidentissime barbatum, quae ceterum bene respondent figurae 2. in *Pluk. Almag.* T. 56. *Roth.*

Obs. „JUSTICIA *procumbens* L., *diffusa Willd.*, *Vahliana* mea maxime inter se confines, ut aegre distinguantur. Conveniunt omnes calyce tetraphyllo, basi bracteis 2 oppositis auctо, bracteis cum calycibus margine membranaceo plus minus auctis. At in J. *procumbente* bracteae et calyces setis exstantibus niveis, in J. *diffusa* margine ad lentem ciliati, in *Vahliana* dorso vix pubescentes et antherae superiores pilosae.

Pag. 156. n. 59. JUSTICIA *eustachiana*. Addatur:

Obs. Utrum huc J. *eustachiana;* fruticosa; foliis ovatis acuminatis subserratis; spicis brevibus, subverticillatis; bracteis lineari-lanceolatis; antheris parallelis, unilocularibus, *Sims Bot. Mag.* 2076 et *Bot. Reg.* 309 dubium est, cum *Linnaei Vahli* et *Jacquini* synonyma cum? adducantur.

n. 60. JUSTICIA *nasuta*. Addatur synonymon:
J. fruticosa, erecta; foliis breviter petiolatis, lanceolatis; paniculâ axillari et terminali; labio corollae superiore lineari bidentato, inferiore lato, trilobo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 124.

Rami, quâ parte lignosi, teretiusculi, apice obsolete hexagoni, glabri. Folia etiam 4-poll. Flores parvi albi. Nectarium carnosum circa germen. *Roxb.* l. c. qui nunquam spontaneam neque cultam ubique in India maturare semina se vidisse affirmat.

60 a. JUSTICIA *lanceolaria Roxb.;* fruticosa, erecta: foliis petiolatis, lanceolatis, glabris; fasciculis terminalibus paniculatis; viscosis, 2-4-floris; cinctis bracteis longis, ensiformibus; tubo corollae incurvo, torto; labio superiore 3-dentato, inferiore integerrimo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 122. *n.* 11.

2-4 ped. Rami teretes, glabri, juniores ad insertionem foliorum intumescentes. Folia integerrima acuta, 3-6 poll., 1-2 lata. Flores copiosi, magni, rosei. Bracteae viscosae, instar calycis communis, calyce proprio glabro (cujus laciniae etiam ensiformes) longiores. Cor. tubus longus gracilis. Limbi labia subaequalia, oblonga: superius (torta enim et inversa corolla) tridentatum, inferius integerrimum. Filamenta ex fauce tubi corollae, labiis breviora. Antherae duplices, rectae, dimidio exteriore posterioris apici filamenti basique antherae exterioris adnatae. *Roxb.* l. c. *In Silhet.*

60 b. JUSTICIA *speciosa Roxb.;* perennis, erecta; foliis ovato-cordatis; pedunculis axillaribus terminalibusque, (saepe) proliferis, paucifloris; bracteis oppositis, foliaceis; corollâ bilabiatâ: tubo incurvo torto; labiis aequalibus, superiore tri-, inferiore (obsolete) bidentato. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 122. *n* 12.

Caules articulati, ramis paucis, cortice, quâ parte lignosi, cinereo, in junioribus viridi, glabro. Folia decussata, petiolata, integerrima, obtusiuscula, subrugosa, 1-4 poll. Pedunculi foliis multo longiores, 2-3-flori. Flores magni, pulcherrimi, splendide Kermesini. Bracteae sessiles, ovatae, linearesque. Cal. simplex, ad basin fere usque divisus in lacinias 5 aequales ensiformes. Cor. tubus longus, gracilis, villosus, labio superiore lineari-oblongo, super tubum recurvo, basi maculis obscurioribus, inferiore late lanceolato, deflexo. Filamenta fauci tubi inserta; longitudine fere limbi, stylique, deflexae. Antherae lineares, duplicatae, purpureae. Stigma obsolete emarginatum. Capsula pedicellata, loculis dispermis. *Roxb. l. c.* *In interioribus Bengaliae.* 4.

60 c. JUSTICIA *Roxburghiana*; fruticosa: foliis petiolatis, ovato-oblongis; floribus terminalibus, fasciculatis, involucratis; antheris linearibus J. *tinctoria. Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 124. *n.* 13 et, hoc teste: Folium tinctorium *Rumph Amb.* VI. 51. *t.* XXII. *f.* 1.

Caules vix ulli. Rami numerosi, suberecti; juniores articulis tumidis, subpubescentibus. Folia integerrima, pube scabriusculâ, 2-3 poll. Fasciculi e floribus 4-6 sessilibus. Bracteae oppositae, sessiles, integerrimae; florales, s. potius involucra, lineari-oblongae, cordatae, inaequales, superiore maximâ, incumbente; calycinae parvae. Flores magni, eleganter profunde ferrugineo-rufi. Cal. 5-dentatus Cor. tubus longitudine involucri maximi, filiformis, parum tortus ad apicem. Limbus 2-partitus, laciniis oblongis, superiore tridentatâ. Nectarium cyathus hians circa germen. Stamina prominula, stylo quidquam breviora. Antherae duplices. Stigma obtusum. *Roxb. l. c.* *In sylvis circa Calcutta.* ♄. Nomen mutandum erat ob *tinctoriam* antiquissimam *Lour.*

Pag. 156. n. 61. JUSTICIA *pectoralis.* Addatur synonymon:
J foliis lanceolatis, integerrimis, glabris, subsessilibus; spicis filiformibus, paniculatis; floribus alternis oppositisve remotis; labio superiore corollae integro. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. *p.* 234, (qui variare magnitudine foliorum et paniculae)

In sylvis Guaynae prope S. Fernando de Atabapo; prope Turbaco Novo-Granat. In *Porto-Rico. Bertero.*

61 a. J. *polygonoides Humb.* et *Bonpl.*; foliis lanceolatis, (longissime) acuminatis, integerrimis, glabriusculis, subsessilibus; spicis axillaribus; floribus oppositis; labio superiore corollae emarginato. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. et Spec.* II. *p.* 189.

Planta facie POLIGONI *Hydropiperis*, siccata odorem suavem spirans. Caulis fruticosus, ramosus, procumbens, basin versus radicans, teres, superne bifariam pubescens. Folia subsessilia, supra nitida, pilis minutis adpressis utrinque conspersa, 3-poll. Spicae solitariae, graciles, 1 1/2-2 poll.

Flores sessiles. Bracteae tres; lineari-subulatae, margine hispidae, longitudine calycis. Calyx 5-partitus, laciniis lineari-subulatis, margine ciliatis. Corolla alba, violacea-striata; tubo cylindraceo; labio superiore oblongo, emarginato, erecto; inferiore subovato, trifido, patente, interne plicis duabus albis instructo. Antherae biloculares; locula utrinque affixa lateri connexivi transversi. Capsulam non vidi. *Crescit in convalli fluminis Caucae inter Popayan et Carthago*, alt. 500 hex. ♄. Praecedenti (*pectorali*) valde affinis.

Pag. 156. n. 63. JUSTICIA *undulata*. Addatur synonymon: JUSTICIA *javanica Lam. Enc. meth.* II. *p.* 633.

Pag. 157. n. 64. JUSTICIA *periplocaefolia*. Addatur:

Obs. JUSTICIA *peruviana Cav. Pers.* (quae a quibusdam huc ducitur, ad *furcatam* potius spectare videtur.)

n. 65. JUSTICIA *Ryani* in *Diar. Lips.* eadem dicitur, cum ERANTHEMO *bicolore*.

Pag. 157. n. 66. JUSTICIA *furcata*. Addatur synonymon:

J. caule foliisque pubescentibus, ovato-oblongis, utrinque acutis; floribus axillaribus, sessilibus, solitariis, terminalibus ternis; labio superiore corollae bifido; loculo inferiore antherae appendiculato; appendice bifido. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red, Kunth* II. *p.* 232. *β.* foliis pubescentibus.

Crescit etiam in Nov. Hisp. prope Mexico. Cls. *Steudel* huc quoque JUST. *foliosam Jacq.* ducit.

Pag. 158. n. 69. JUSTICIA *lithospermifolia*. Adatur:

Obs. J. *lithospermifolia Roth* diversa videtur.

Pag. 159. n. 72. JUSTICIAE *caracasanae* addatur:

Obs. Humb. et *Bonpl. nov. gen. et Spec.* II. *p.* 189., laudatâ licet synonymiâ adductâ, petunt calycem quinquepartitum, laciniis linearibus unicâ reliquis duplo-latiore. Folia ovato-oblonga glabra dicuntur. (Cor. 1 1/2 poll.; purpurea. *Link.*) *Crescit etiam in umbrosis Cumanae.*

Pag. 159. n. 73. JUSTICIA *Adhatoda*. Addatur synonymon:

J. subarborea; foliis late lanceolatis; spicis brevibus, longe pedunculatis; bracteâ exteriore ovatâ, permanente; corollâ ringente, labio superiore fornicato, emarginato. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 127. *n.* 18. ADHATODA *pubescens Mönch.*

Flores ferrugineo-punctati, et in labiis striati.

73 a. JUSTICIA *decussata Roxb.*; fruticosa, erecta: ramis decussatis, villosis, ramulosis; foliis ovatis oblongisque; fasciculis oppositis in ramis aphyllis; antheris duplicibus, omnibus calcaratis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 128. *n.* 19.

Caulis jam secundo anno crassitie baculi, ligneus; rami juniores villosi, florentes fere aphylli. Folia breviter petiolata, integerrima, glabriuscula, 3-12 poll, Fasciculi copiosi, floribus 3-6-nisve, subverticillatis, pallide roseis, subsessilibus. Bracteae numerosae, tenues, tomentosae. Cal. 5-partiti laciniae ensiformes, villosae. Cor. tubo pone basin gibbo; labio superiore sublanceolato, concavo, erecto; inferiore lato, trilobo. Filamenta longitudine fere labii superioris, stylique, apice multum dilatata. Germen oblongum in annulo flavo glanduloso. Stigma simplex. *Roxb. l. c.* *Supra Rangoon.* ♄.

Pag. 160. n. 76. JUSTICIA *comosa*. Addatur synonymon:
JUSTICIA *Vahlii Dietr. Garten-Lexik.* 4. *p.* 218.

Pag. 160. n. 77. JUSTICIA *Betonica*. Addatur synonymon:
J. fruticosa; foliis subovatis; spicis terminalibus; bracteis albis, viridi-venosis; corollâ ringente; antheris bilobis, inferiore calcaratâ; seminibus tuberculatis, 2 in loculo singulo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 160. *Roth Nov. Pl. Spec. p.* 17.

Caules plures, adulti declinati, teretes, glabri, supra genicula intumescentes, 2-4 ped. Folia petiolata, inaegerrima vel subundulata, utrinque glabra, 1-6 poll. Spicae subcylindricae, secundae, erectae. Bracteae rhacheos oppositae, ovato-oblongae, villosae, posteriores semper abortivae; florum angustiores. Flores sat magni, albi, venis roseis. Cal. simplex, laciniis 5 ensiformibus. Cor. ringens, labio superiore fornicato, bidentato, inferiore tripartito. Caps. villosa, calyce longior. Semina subrotunda, punctis numerosis exasperata. *Roxb. l. c.* *In Coromandel.* 4.

Obs. A *Linnaeo* hac planta ad *Monantheras*, a *Vahlio* e contrario ad *Dianthera:* refertur. In Collectione div. *Heyne* duae plantae extant, nomine J. *Betonicae* insignitae, primo intuitu sibi simillimae, quarum altera (*Pseudo-Betonica*) evidentissime *dianthera*. *Roth.*

Pag. 160. n. 78. JUSTICIA *Pseudo-Betonica*. Addatur synonymon:
Roth Nov. Pl. Spec. p. 17.

„Differt a simillima J. *Betonica*, praeter characteres datos, foliis ciliatis, in apicem lanceolatum integerrimum attenuatis, caulinis majoribus, bracteis villosis, ciliatis; calycibus pubescentibus, nec pilis capitatis, obsessis; antherâ superiore ex ovato-subrotundâ, inferiore oblongo-ovatâ, basi membranâ nivcâ subulatâ, longitudine antherae.“ *Roth.*

n. 77 a. JUSTICIA *ramosissima Roxb.*; suffruticosa, repens, ramosissima; foliis subovatis; spicis terminalibus secundis; bracteis lanceolatis; lobo antherarum inferiore calcarato. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 130. *n.* 22.

Acaulis, ramis undique diffusis, ad articulos tumidos radican-

tibus; tenerioribus striatis, subvillosis. Folia opposita petiolata, subobtusa, in petiolos attenuata. Spicae erectae, foliis multo longiores. Bracteae paribus oppositis, albo viridique variae, posterior ad rhachin semper abortiens; reliquae duae calycinae. Flores vix bracteis longiores, sordide albi, venis paucis roseis in centro labii inferioris. Cal. laciniae 5 linearilanceolatae, acutae. Cor. labium superius fornicatum, apice bidentatum, inferius latum, trifidum. Anthera duplex, lobo altero longo incurvo acuto. Caps. oblonga, 4-sperma, demum subglobosa rugosa turgida. Affinis J. *Betonicae*, sed characteribus datis et habitu satis distincta. *Roxb. l. c.* *In Coromandel.* ♄.

n. 78a. Justicia *brasiliana Roth*; thyrsis axillaribus, alternis; corollis resupinatis, extus pubescentibus: labiis oblongis, integris, aequalibus; bracteis ternis, lineari-setaceis, calyce (paulo) longioribus; foliis ovatis, acuminatis, obsolete crenatis, petiolatis. *Roth Nov. Pl. Spec. p.* 18.

Rami purpurascentes, lignosi, subtetragoni, glabri. Folia opposita, basi non raro subobliqua, supra saturate viridia, subtus pallidiora, glabra, utrinque sub lente lineis atris, 2-3 poll., 1 1/2-2 poll. lata. Petioli vix ultra lineam longi, glabri. Thyrsi demptis corollis 4-lin. ad 1/2 poll. longi, ovati, decurvi, densi, atropurpurei, glabri. Pedunculi di-trichotomi, brevissimi. Bracteae subcarnosae. Cal. 3 lin. longus, 5-partitus: laciniae aequales, lineari-lanceolatae, submembranaceae. Cor. ratione calycis maxima, fere 1 1/2 poll., speciosa, purpurea, bilabiata; tubus longitudine calycis; faux tubulosa, dilatata; labia longitudine faucis, oblonga, aequalia, integra, obtusa: superius deorsum spectans, rectum; inferius sursum recto adscendens, erectum. Filamenta stricta, in labio superiore latitantia, et ejusdem longitudinis, purpurascentia. Antherae exsertae, altera alteri oblique adposita, ovato acuminatae, atrae, margine fusco membranaceo. Stigma simplex, obtusum. Capsula? *Roth.* *E Brasilia accepit cls. Prof. Mertens.*

Pag. 160. n. 79. Justicia *plumbaginifolia.* Addatur synonymon:

Justicia *phoenicea Dum. Cours.?*

Pag. 163. n. 92. Justicia *tomentosa.* Addatur synonymon: Justicia *repens Pers.* Syn. I. *p.* 23. *n.* 94 (nec 67.) Loco ex *Ruiz* et *Pav.* scribatur *Vahl.*

n. 93. Justicia *inficiens.* Addatur synonymon: J. *hirsuta Pers.* Syn. I. *p.* 23. *n.* 97 (non 25. *Pers.*)

Pag. 163. n. 94. Justiciae *divaricatae* addatur τῳ:

α. foliis junioribus tantum villosis; τῳ.

β. foliis omnibus pilis glandulosis. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 50. An J. *capensis Thunb.?*

Pag. 164. n. 95. JUSTICIA *trisulca*. Addatur synonymon:
JUSTICIA *biflora Lam. Enc.* II. *p.* 629.

Pag. 165. n 99. JUSTICIA *orchioides*. Addatur synonymon:
J. fruticosa, glabra; foliis ovatis, acutis; floribus axillaribus, solitariis, pedunculatis, ramis flexuosis. *Thunb. Fl. cap. Ms. n.* 2.

Descriptioni addatur ex *Thunb. l. c.*: „humilis, ramis et ramulis decussatis, subangulatis, patulis. Folia integra, glabra, patula, lineam longa. Flores incarnati. Bracteae oppositae, minutae. Cor. ringens, adeo similis Orchideis, ut *Orchidem* fruticosam esse jurares."

n. 100. JUSTICIA *capensis*. Addatur descriptio ex *Thunberg Fl. cap. MS. n.* 2.

„Frutex ramis ramulisque oppositis, angulosis, villosis, patulis. Folia opposita, brevissime petiolata, ovata, integra, supra glabra, subtus tenuissime villosa, patentia, inaequalia, unguicularia et paulo ultra." Confer JUST. *divaricatam* et ERANTHEMUM *capense*.

Pag. 165. n. 102. JUSTICIA *tranquebariensis*. Addatur synonymon:
J. herbacea; foliis rotundis vel late cordatis; spicis terminalibus, tetragonis, seriebus 4 bractearum orbicularium, ciliatarum; floribus solitariis serie duplici antice in spica; antheris calcaratis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 131.

Rad. perennis, subgranulata. Caulis juniorum erectus, ramis annuis parvis, subpubescentibus, supra articulos tumidis, 1-2 ped. Folia breviter petiolata, ovata vel rotunda „(supra cordata dicebantur!)" sat glabra. Spicae pedunculatae, longae, erectae, bracteis breviter pedicellatis, oppositis, ciliatis: 2 minoribus, acutis ad latera calycis. Flores e pallide flavo rubroque variis. Cal. simplex. Cor. labium superius emarginatum, erectum, inferius latum, trifidum. Semina 2 in loculo singulo, setosa. *Roxb. l. c.* clo *Poiret* RUELLIAE species videtur.

102 a. JUSTICIA *glabra König MS.*; herbacea, erecta, ramosa, teres, glabra; foliis petiolatis, ovatis, (oblongo-cordatis?) acutis; pedunculis trichotomis; labio superiore corollae fornicato; antheris inferioribus canaliculatis: capsulis tetraspermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 132. *n.* 24.

Caules plures annui, articulati. Folia oblongo-cordata (supra ovata dicuntur!) integerrima, glabra. Paniculae axillares, parvae, trichotomae. Flores ex roseo, flavo et albo-virente varii. Bracteae parvae, acutae, plerumque 2 sub singula paniculae divisione, 2-3 calyci adpressis. Cal. simplex. Cor. tubus brevis, ampliatus, labio superiore erecto, fornicato, inferiore lato tripartito. Filamenta sub labio superiore abscondita.

Anthera duplex. Stigma profunde bifidum. Caps. tetraquetra. *Roxb. l. c.* *Cum tranquebariensi.* 4.

102b. JUSTICIA *vestita*; herbacea, suberecta, pilosa; foliis lanceolatis, utrinque attenuatis, tomentosis; spicis terminalibus strobiliformibus; antheris distinctis; capsulis conicis tetra- (octo?)-spermis. J. *tomentosa. Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 132. *n.* 25.

Rad. subfusiformis. Caules plures, teretes, 1-2 ped. Folia petiolata, integerrima, inferiora multo majora, ut pedalia, cum superiora pollicaria. Spicae ovatae, sessiles, ad ramulos terminales. Flores parvi, laete purpureo caerulei. Bracteae numerosae imbricatae, ovatae, acutae, concavae, pilosae, 1-florae. Cal. 4-fidus, laciniâ inferiore bifida. Cor. tubus subtus gibbus, fauce contractus, labio superiore semibifido laciniis acutis, inferiore lato, tripartito. Antherae geminae aequales, ovatae. Stigma bifidum, laciniis latis. Caps. acuta, 8-sperma. (supra tetrasperma!) *Roxb.* l. c. *In humidis fertilioribus.* 4. Nomen mutandum erat ob *tomentosam* antiquiorem *Vahl.* An NELSONIA?

102. c. JUSTICIA *orixensis König MS.*; herbacea: ramis divaricatis tetraquetris, foliis cordatis repandis; spicis terminalibus; bracteis orbicularibus, ciliatis; capsulis longitudine bracteārum, seminibus fere 4, echinatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 133. *n.* 26.

Similis J. *tranquebariensi.* *In elatioribus, siccis, lapidosis.*

Pag. 165. n. 105. JUSTICIAE *serpyllifoliae* addatur synonymon: ERANTHEMUM *serpyllifolium Herb. Willd.* fide *Link.*

Pag. 166. n. 107. JUSTICIAE *japonicae* addatur:

„Caulis decumbens, tetragonus, pubescens, ramis oppositis. Folia petiolata, acuta, villosa, subtus pallida, inaequalia, unguicularia usque pollicaria. Spicae pollicares. Bracteae ciliatae.“ *Thunb.* l. c. Non confundenda cum DIANTHERA *japonica*, quae JUSTICIA *crinita.*

Pag. 167. n. 115. JUSTICIA *brachioides.* Addatur synonymon: *Roth Nov. Pl. Spec. p.* 16. et transferatur, monente clo *Roth*, ad *Sect.* c. *Diantherae β.*

Rad. fibrosa, descendens. Caulis pedalis et ultra, tetragonus, cinerascens: articulis inferioribus vix ultra pollicem, superioribus 5-6 poll. Rami oppositi, erecto-patuli, inferne cinerascentes, superne tomento tenuissimo fuscescente. Folia obtusa, integerrima, subtus pallidiora, pilis sub lenti exiguis. Petioli pubescentes, 2 circiter lin. Spicae digitales, erectae, solitariae, vel basi alterâ minore auctae, basi foliis 2 involucratae. Bracteae exteriores concolores, tenuissime pilosae, ciliatae, 2 lin., 1 1/2 lin. latae, interior longitudine calycis. Cal. subsessilis. Cor. ringens. Tubus calyce brevior. Labium superius apice bifidum, inferius leviter emarginatum. Stamina dianthera, antherae ovatae, altera alteri oblique im-

posita: inferior basi calcare membranaceo, niveo, incurvo, apice emarginato. Caps. mucrone brevi, obtuso. *Roth.*

n. 116. JUSTICIA *glandulosa*. Addatur synonymon: *Roth Nov. Pl. Spec. p.* 16 et transferatur, monente clo *Roth* ad sect. b. *a*.

Caulis ramique oppositi patuli tetragoni, divaricati, diffusi. Folia uncialia, obtusa, basi in petiolum parum attenuata. Paniculae axillares, subdichotomae. Flores ultra semiunciam ab invicem remoti, erecti. Pedunculi nudi, vix ultra 2 lin. Cal. 5 partitus, laciniis lineari-subulatis. Cor. bilabiata, labio superiore integro, subfornicato, inferiore oblongo, obtuso, integro. Filamenta setis appressis, eglandulosis. Caps. calyce duplo longior, angulosa, glabra.

n. 117. JUSTICIA *brachiata*. Confer DICLIPTERAM *resupinatam*.

Pag. 167. JUSTICIIS addatur:

Observatio. In *Herb. Willd.* prostare indescriptas e JUSTICIIS *Humb.* et *Bonpl. sanguineam, stramineam, sessilifloram, melgariensem, comatam* (cujus nomen mutandum erit, cum sit *comata* antiquissima); a *Ruiz* et *Pav.*: *luteam;* ab *Aubert du Petit Thouars: brachystachyn, psychotrioidem, squamosam, mauritianam;* a *Fleim: mysorensem;* J. *acanthoidem* esse BARLERIAE speciem. *Link Jahrb.* 1. 3.

Quid JUSTICIA natans?

Androsaemifolia Sieber Fl. mart. n. 380. Possidemus quidem hanc Florulam siccam; specimen vero nostrum adeo mancum, ut illius descriptione miserias JUSTICIARUM augere non audeamus.

80. DICLIPTERA.

Pag. 168. n. 1. DICLIPTERAE *chinensi* addatur synonymon:

JUSTICIA *chinensis;* perennis, retroflexa; foliis cordatis; umbellulis axillaribus 3-5 pedicellisque (3-5) distichis, involucellis obovatis inaequalibus; capsulis rotundis tenuibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 125. *Willd. Spec.* I. *p.* 80.

Burmanni ind. t. 4. f. 1; si huc spectat, malam esse monet div. *Roxburgh* l. c.; caulem vix ullum esse, ramos plures, diffusos, et adscendentes, vix lignosos, graciles, subsexangulares, radicantes, quà terram attingunt, 1-2 ped. Folia opposita, petiolata, ovato-cordata, integerrima, subacuminata; pedunculos axillares variae longitudinis, singulum umbellulâ 3-5, 1-2 florâ; involucra pedicellorum 2, subulata, florum 2, sessilia, inaequalia, obovata, ventricosa. Cor. parvam, roseam, tubo longitudine involucri torto labio superiore tridentato, inferiore obovato; antheras purpureas; caps. parvam, pedicellatam, planam. Hujus in littore Coromandeliano duas existere varietas, nisi fors species, aliam foliis angustioribus, magis in petiolum decurrentibus, bracteis longioribus, magis cuspidatis, ciliatis; aliam foliis cuneiformi-lanceolatis,

bracteis floralibus late ovatis, breviter cuspidatis, pilosis. *In China.*

n. 3. DICLIPTERA *bivalvis*. Addatur synonymon:
JUSTICIA *bivalvis*; fruticosa; foliis lanceolatis; pedunculis axillaribus terminalibusque, 3-6-fidis; pedicellis lateralibus saepe trifidis; divisionibus ultimis capitulo parvo florum sessilium, bracteis 2 linearibus, inaequalibus suffulto; capsulâ clavatâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 125.

Folium tinctorium *Rumph* ad JUSTICIAM *tinctoriam Roxburghianam* potius spectare quam ad hanc, et ad neutram *Adel-Odayam Rheed. Mal.* IX. 81. *t.* 43. *In Moluccis.*

Pag. 169. n. 5. DICLIPTERA *multiflora*. Addatur synonymon:
D. caule sulcato-angulato foliisque pubescentibus, ovatis, acutis, basi in petiolum angustatis; floribus verticillatis et capitatis; bracteis (exterioribus) obovato-cuneatis, obtusis, mucronatis, pubescentibus. *Juss.*

Caulis herbaceus, erectus aut prostratus. Folia obsolete denticulata, utrinque pubescentia. Flores verticillati axillares et capitati terminales, gemini, breviter pedicellati. Bracteae tres; exterior reticulato-venosa, calycem longe superans; duae laterales lineari lanceolatae, pubescentes, exteriore multo breviores. Calyx pubescens; laciniis lineari-lanceolatis, mucronatis, ciliatis, subaequalibus. Corolla violacea; labio superiore indiviso; inferiore oblongo-obtuso, apice tridentato. *Crescit locis scopulosis prope pagum Pomallacta in radicibus Andium Assuagensium, Cuencam inter et Alausi,* alt. 1500 hex. (Regno Quitensi.) 4.

Pag. 169. 5a. D. *pilosa Humb.* et *Bonpl.*; caule sulcato-angulato foliisque strigoso-hirtis; ovatis, (utrinque) acutis, breviter petiolatis; floribus verticillatis et capitatis; bracteis (exterioribus) obovatis, longissime mucronatis, villosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 193.

Caulis herbaceus, ramosus procumbens ramique subhexagoni subhirti. Folia opposita breviter petiolata, mucronata, denticulata, utrinque strigoso-hirta 2 poll. Flores gemini, sessiles. Bracteae tres, quarum laterales lineari-subulatae, pubescentes, exteriore duplo breviores. Calyx et corolla prorsus ut in praecedente multiflora, et violacea. Capsula ignota. Differt a multiflorâ caule ramosiore, subhirto, foliis breviter petiolatis bracteisque a DICLIPTERA *peruviana Juss.*: caule subhirto nec piloso, foliis breviter petiolatis, acutis, nec acuminatis, bracteis minoribus, obovatis, nec subrotundo-ovatis. *Crescit prope Gonzanama Malacates et Loxa Novo-Granatensium,* alt. 1080. hex. 4.

n. 7 bis D. *congesta; Humb.* et *Bonpl.*; caule (obsolete) hexagono, glabriusculo; foliis oblongis, acuminatis basi (in petiolum) angustatis, subtus pubescentibus; pedunculis axillaribus, multifloris; bracteis lanceolatis, acutis

pubescentibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 190.

Caulis erectus, ramosus, bipedalis, herbaceus. Folia petiolata, integerrima, reticulato-venosa, supra glabriuscula, praesertim in venis subtus pubescentia, 1 1/2-2 poll. Pedunculi sub-12-flori, superiores 6 flori, summi biflori. Flores geminatim congesti. Bracteae tres, ciliatae, exterior reliquis calyceque longior. Calyx pubescens; laciniis lineari-subulatis, aequalibus. Corolla pollicaris, purpurea, tenuissime pubescens, labio superiore indiviso, inferiore oblongo, apice tridentato. Stamina vix exserta. Filamenta plana, glabriuscula. Antherae biloculares; loculis distantibus, quasi in extremitatibus arcus filamentum terminantis. Stylus incluso glabriusculus. Stigma emarginatum. Capsulam non vidi. *Colitur in horto botanico Mexicano.* 4. DICLIPTERAE *laevigatae Jass.* proxima. An certe hujus generis?

Pag. 169. n. 8. DICLIPTERAE *peruvianae* addantur synonyma:
JUSTICIA *cuspidata Pers. Syn. 1. p. 23. n. 96* (non 60.)
JUST. *ovata Dietr. Gart. Lex.*

Pag. 170. n. 10. DICLIPTERA *verticillaris* deleatur: eadem cum HYPOESTE *verticillari.*

n. 11. DICLIPTERAE *umbellatae* addatur synonymon:
HYPOËSTES *umbellata Dietr. Gart. Lex.*

Pag. 171. n. 15. DICLIPTERIAE *repenti* addatur synonymon:
JUSTICIA *repens*; herbacea, diffusa; foliis subsessilibus, lanceolatis; spicis axillaribus terminalibusque, compressis; bracteis ovatis, albis, membranaceo-marginatis, seriebus posterioribus (in dorso) neutris; antheris inferioribus semilunatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall. 1. p.* 171.

Rad. perennis. Caules plures diffusi, teretes, articulati, 1-2 ped. Folia opposita, breviter petiolata, late lanceolata integerrima, acuta, glabra. Spicae pedunculatae, secundae. Bracteae exteriores serie quadruplici, interiores minores calycem cingentes. Flores alterni, pallide rosei. Cor., stam. pistill. caps. ut in *procumbente*, cui multum similis. *Roxb. l. c. In pascuis.*

16 a. DICLIPTERA *brasiliensis Spreng.*; spicis axillaribus folio (dimidio) brevioribus; bracteis obovatis calycem excedentibus; foliis oblongis, integerrimis, petiolatis. *Sprng. N. Entdeck.* II. *p.* 123.

Quodammodo ad JUSTICIAM *lapathifoliam Vahl* accedit, diversam tamen bracteis subulatis. Rami nostrae pubescentes, teretes, herbacei, crassitie fili emporetici. Petioli oppositi, subpollicares. Folia opaca, glabriuscula, basi praesertim attenuata, venosa, 2 poll., 3/4 poll. lata. Spicae erectae, pedunculatae. Bracteae spathulatae, nervosae virides, basi coloratae. Cal. 5-fidus, laciniis linearibus subulatis. Cor. la-

bio utroque integro obovato. Caps. teres. *Spreng. l. c.* *In Brasilia. Otto.*

Pag. 171. n. 17. DICLIPTERA *scorpioides.* Addatur synonymon:

D. spicis axillaribus, secundis, recurvatis, simplicibus bifidisve; floribus alternis; corollae labiis indivisis; foliis ovato-oblongis, acutis, breve petiolatis. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 48.

Specimen in *Herb. Willd.* speciei hujus in *nov. gen. Humb.* et *Bonpl.* non descriptae mancum esse, nec ex integro quadrare diagnosin hanc ab ipso *Willdenow* exaratam: *Link.* *In Vera Cruz.*

n. 17 a. DICLIPTERA *portoricensis Spreng.*; spicis axillaribus terminalibusque erectis; ramis angulatis; floribus sessilibus, subsecundis, solitariis confertisque; foliis ovatis, subhirsutis, petiolatis. JUSTICIA *spec. nov. Bertero.*

Specimen nostrum *Berterianum*, ab amicissimo *Balbis* DICLIPTERAE *portoricensis Spreng. in litt.* nomine nobiscum benigne communicatum, sesquipedale, caule sexangulari, sulcato, scabro, geniculis subincrassatis, crassitie pennae corvi. Folia breviter acuminata, decussata; alterum majus cum petiolo semipollicari 2 1/2 poll., ultra pollicem latum; alterum tertiâ circiter parte minus; omnia margine integerrima, ciliata, pilisque brevibus, rigidiusculis, albis, praecipue ad nervos, rare inspersa. Rami axillares, alterni ut plurimum solitarii, simplicissimi, plerumque pari foliorum ad basin. Flores ad basin ramorum 3-5 superiores bini et solitarii, omnes per intervalla calycibus duplo longiora remoti. Bracteae lanceolato-acuminatae, calyce triplo breviores et angustiores, ciliatae, subinde connato-bifidae. Cal. 5 fidus, laciniis tribus brevioribus lineari-subulatis, parum ultra lineam longis, 2 majoribus, (supremâ et infimâ) spathulatis, mucronatis, 2 fere linearum, subinde lineam latis, omnibus hirsutis, ciliatis. Corolla (quae rubra videtur fuisse) 4-5 lin. longa, tubulosa, sub fauce parum inflata, pilosiuscula, laciniis stamina pistillumque excedentibus, basi subglobosa, minus bene conservata, quam ut describi possit. Filamenta hirsuta, antherâ singulum geminâ, nutante, muticâ. Stylus filiformis, filamentis longior, stigmate simplicissimo. Capsulae (in nostra immaturae) obovato-turbinatae, acumine brevi, hirsutae. Semina? Plures, flores videntur clandesteni. *In Portorico* cls. *Bertero* legit Decembri.

Pag. 172. n. 20. DICLIPTERA *pubescens.* Addatur synonymon: JUSTICIA *caerulea. Poir. Suppl.* II. *p.* 100.

n. 23. DICLIPTERA *procumbens Humb.* et *Bonpl.* in *Herb. Willd. Link* l. c.

Caulis angulatus pubescens; folia breviter petiolata, cuneiformia, acuminata, mucronata, glabriuscula. Bracteae lanceolato-lineares, nervosae, mucronatae. Cal. phyllis 5 lanceo-

lato-linearibus, mucronatis, pubescens. Stylus longissimus. *Link.* l. c. In *nov. gen.* non descripta. *Habitat?*

81. NELSONIA.

Pag. 173. NELSONIIS addatur:

n. 6. N. *albicans Humb.* et *Bonpl.*; foliis ovato-oblongis (utrinque) cano-pubescentibus; bracteis acuminatis; calycis laciniâ anticâ semibifidâ. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 190.

Radix perpendicularis, ramosa, 3 poll. Caules complures, pedales et longiores, diffusi, procumbentes, ramosi; rami teretes, cano-pubescentes; ramuli adscendentes, incano-villosi. Folia caulina 2 poll., ramea 1/2 poll. utrinque acuta, integerrima, reticulato-venosa, tenuissime villosa, breviter petiolata. Spicae terminales in apice ramulorum sessiles, oblongae, subtetragonae, subpollicares. Bracteae imbricatae, subrotundo-ovatae, integerrimae, cano-pubescentes, margine albo-villosae. Calyx profunde 4-partitus, externe villosus; laciniae duae laterales lanceolato-linearcs, acuminato-subulatae, uninerves; reliquae latiores, quarum altera ad bracteam spectans oblonga, apice bifida, 5 nervis; altera opposita, subrotundo-ovata, subacuminata, integra, 7-nervis. Corollam non vidi; alba, minuta ex *Bonpland.* Capsula bracteam longitudine superans, oblonga, acuminata, glabra, virescens. Semina sine retinaculis affixa. *Crescit locis humidis ad ostia fluvii Sinu juxta El Zapote.* ☉. NELSONIAE *canescenti* (JUSTICIA *canescens* Vahl) proxima.

Obs. NELSONIAM *canescentem* in *Herb. Willd.* a *Thunberg* e *Sierra Leona* tam parum esse distinctam a sequente „(sequitur vero apud *Link* N. *albicans* H. et B.)“ ut utraque eadem videatur. NELSONIAM *tomentosam* in *Herb. Willd.* a *Roxburgh* missam cum praecedente „(praecedit vero N. *albicans H. B.*)“ convenire ex integro, et differre tantum bracteis rotundatis, nec acutis“ *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 47. An haec NELSONIA *tomentosa* eadem cum JUSTICIA *tomentosa Roxb.*, nostra *vestita?*

82. ERANTHEMUM. *)

Pag. 174. n. 3. ERANTHEMO *eleganti* subjungatur:

n. 3 a. ERANTHEMUM *montanum Roxb.*; fruticosum, diffusum; foliis oblongis, acutis; spicis terminalibus; bracteis linearibus pilosis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* l. *p.* 110. *n.* 1. JUSTICIA *montana Roxb. Pl. Coromand. n.* 176.

Caules plures striati, articulati, glabri, decumbentes, repentesque; rami juniores tetragoni. Folia opposita, petiolata, per petiolum decurrentia, 3-4 poll., 2 lata. Spicae plures, erectae, graciles. Pedunculi tetragoni. Bracteae exteriores

*) „ERANTHEMA ad SELAGINIS genus amandanda, variantia uti ANTIRRHINA staminibus duobus.“ *Thunb. Fl. cap. MS.*

decussatae, acutae, uniflorae; bracteolae 2 ad florem singulum, similes exterioribus, sed minores. Flores pallide caerulei, solitarii. Cal 5-partiti laciniae subulatae. Cor. tubus longus, gracilis, laciniis aequalibus, obovatis, truncatis. Antherae in tubo corollae, ex quo parum emergit stigma inaequaliter bifidum. Caps. lineari oblonga, compressa, acuta. Semina compressa, 2 in loculo singulo. *Roxb.* l. c. *In Circar montibus.* ♄.

Pag. 174. n. 4. ERANTHEMUM *nervosum*. Addantur synonyma: *Link Enum. alt.* I. *p.* 28. *Targ. Torz. obs. bot. n* 28. ERANTHEMUM *pulchellum*; fruticosum, erectum; foliis ventricoso-oblongis; spicis terminalibus, imbricatis; bracteis ovato-oblongis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 111. *n.* 12. *Donn Hort. Cantabr. ed.* 4. *p.* 4. JUSTICIA *nervosa Bot. Mag.* 1358. JUSTICIA *pulchella Ker. recens. plant. Repos. p.* 41.

Caules plures erecti vel adscendentes, 2-3 ped.; folia intensius viridia, quam in simili *montana*; bracteae quam in hac latiores. Cor. laete caeruleo-purpureae. *Roxb.* l. c. Structura bractearum et calycis CROSSANDRAE *undulifoliae Salisb.*; quae bracteis 2 interioribus exteriores acquantibus differt. *Sims* l. c.

4 a. ERANTHEMUM *suffruticosum Roxb.*; fruticosum, erectum; foliis ovato-oblongis; glabris; spicis terminalibus; bracteis cuneiformibus, nudis; staminibus tubo inclusis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 112. *n.* 3.

Frutex parvus humilis, ramis suberectis articulatis, junioribus subtetragonis, subpilosis. Folia breviter petiolata, subrepanda. Flores in spicis oppositi; bracteae ternae, 1-florae, exterior magna, interior pugioniformis. Cor. tubus longitudine bractearum exteriorum, limbo regulariter 5-partito, pallide caeruleo. Filamenta abortiva ad basin fertilium. Antherae ad medium usque in tubo absconditae. *Roxb. l. c.* *In insulis Andaman.* Cent. *Hyd.* ♄.

4 b. ERANTHEMUM *diantherum Roxb.*; suffruticosum, erectum; foliis late lanceolatis, utrinque attenuatis, glabris; racemis terminalibus ex umbellulis axillaribus pedunculatis; corollâ subbilabiata; antheris didymis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 112. *n.* 4.

Caulis simplex, incurvus. Folia petiolata, etiam ovato-oblonga, integerrima, obtusa, subulata, 2-3 poll., 1 lata. Flores numerosi, etiam in fasciculis oppositis, vel solitarii in racemo erecto gracili, parvi, albi, erubescentes, punctis minutis rubris ad basin laciniae mediae labii inferioris. Bractea simplex ad basin pedunculi singuli, unâ alterâve minore ad medium pedicelli cujusvis. Cal. ad basin fere usque partitus, laciniis 5 tenuibus, acutis. Cor. tubus longus, gracilis, incurvus, limbo subbilabiato, labio superiore erecto, bipartito, inferiore trifido, laciniis omnibus aequalibus. Filamenta 4

brevia in ore tubi, 2 abortivis minutis. Sem. 2-4 orbicularia, complanata, scabriuscula. Affine E. *racemoso*. Sed inflorescentia et characteribus datis satis distinctum. *Roxb. l. c. In Moluccis. b.*

4 c. ERANTHEMUM *racemosum Roxb.*; suffruticosum; foliis oblongis, ventricosis; racemis terminalibus; corollâ subbilabiatâ, labio utroque tripartito. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 113. *n.* 5.

Caulis parvus, ramis paucis, gracilibus, 2-ped. Folia petiolata, in petiolum decurrentia, integerrima, glabriuscula, 2-3 poll. Racemi plus minus longi, graciles. Flores oppositi, pedicellati, approximati, sat magni, pallide rufo-fusci albive, rubro tincti. Bracteae subulatae, altera ad basin pedicelli singuli, duabus in ejusdem medio. Cal. laciniae aequales et subulatae. Cor. infundibuliformis, limbo subbilabiato, labio inferiore majore. Filamenta 4 brevia in fauce tubi, 2 minora, abortiva. Antherae semierectae. *Roxb. l. c. In Moluccis. b.*

4 d. ERANTHEMUM *barlerioides Roxb.*; fruticosum, erectum; foliis ovato-oblongis, glabris; spicis terminalibus; bracteis cuneiformibus, nudis; staminibus in tubo longo, gracili, filamentis 2 abortivis iisdem adnatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 114. *n.* 6.

Frutex parvus, suberectus, articulatus, junior subquadrangularis, subpilosus. Folia breviter petiolata, subrepanda. Flores oppositi. Bracteae ternae, unifloraе; exterior major cuneiformis, nuda; interior pugioniformis. Cor. tubus longitudine bractearum exteriorum. Limbus regulariter 5-partitus, pallide caeruleus. Antherae tubo ad medium usque absconditae. *Roxb. l. c. In insulis Andaman. D. Cent. Kyd. b.*

4 e. ERANTHEMUM *strictum Celebr.*; suffruticosum, erectum, pubescens; ramis adscendentibus, decussatis, simplicibus; foliis lanceolatis, utrinque attenuatis, obsolete crenulatis; spicis terminalibus gracilibus, multum elongatis; bracteis oppositis, quaternis, remotis, unifloris. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 114 *n.* 7.

4-5 ped., pilis raris brevibus. Caulis teretiusculus, articulatus; ramis remotis, gracilibus, tetragonis. Folia 4 poll., utrinque acuta, margine subrevoluta, glabra, lucida, supra cinereo-virentia, subtus pallidissima, nervis venisque prominentibus, pilosis; suprema s. floralia ad basin spicae magnitudine et formâ bractearum. Petioli fere pollicares, supra plani, marginati e folii basi decurrente, spicae solitariae, erectae, 1-2 ped. Rhachis tetraquetra, fere quadrialata. Flores profunde caerulei, oppositi in paribus alternis, demum remoti. Bracteae adpressae, imbricatae, cuneato-lanceolatae, profunde virides, acutae, ciliatae, pollicares, inferiores steriles: interiores 2 minimae, vix longiores calyce 5-fido, lineares, pu-

bescentes, uti laciniae calycis. Tubus corollae gracilis, pubescens, faucem versus dilatatus, bracteâ exteriore duplo longior: laciniae limbi obovatae truncatae patentes aequales, subtus pallidissimae. Filamenta sterilia 2 intra Stamina. Antherae in fauce corollae. *N. Wall.* l. c. *In montibus prope Silhet.* ♄.

Obs. Cls *Roth nov. spec. p.* 3. ERANTHEMO *semperflorente ex America* citat ERANTH. *strictum Benj. Hayne* ex *Ind. orient.* „cujus donata fragmenta *semperflorenti* omnimode respondent.“ Attamen descriptio *semperflorentis*, quae sibi CROSSANDRA *Salisb.* videtur, non quadrat cum illâ E. *stricti.*

4f. ERANTHEMUM *cristatum Humb.* et *Bonpl.*; spicis terminalibus, brevibus; bracteis lanceolatis, acutis, margine serrato spinulosis; foliis breviter petiolatis, oblongo-lanceolatis, acuminatis, attenuatis, integerrimis, hirtis. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 46.

Rami pilis flavescentibus hirsuti. Cor. violacea. *Link. Prope Turbaxo Humb.* et *Bonpl.* In *nov. gen.* et *spec.* non descriptum.

Pag. 175. n. 9. ERANTHEMUM *sinuatum.* Addatur synonymon: JUSTICIA *longifolia Forst.* (fide *Steudel.*)

Pag. 176. n. 10. ERANTHEMO *vincoidi* subjungatur:

10a. ERANTHEMUM *bicolor Schrank;* pedunculis axillaribus, trifloris, petiolo brevioribus; foliis ovalibus, acuminatis, glabris; limbo corollae plano: tubo longissimo. *Sims Bot. Mag.* 1423. (sub JUSTICIA *bicolore.*) ERANTHEM. *bicolor Schrank H. Monac. t.* 8. *Link Enum. alt.* I. *p.* 28.

Caulis fruticosus, ramosus: rami quadranguli angulis rotundatis. Folia undulata, basi angustata, subintegerrima, supra glabra, venis simplicibus, subtus villosa, pallidiora, venis prominentibus reticulata. (3-pollicaria, 1 1/2 poll. lata). Bracteae 2 subulatae, calyce plus duplo breviores. Calyx simplex, erectus, 5-partitus: laciniis subulatis. Corolla subregularis: tubus calyce 3-4plo longior, superne gracilior, villosus (albus, 2 1/2 poll.) Limbus patens (diametro 1 1/2 poll.) laciniis 5 subaequalibus: 2 supremae subangustiores, erectae, reliquae 3 subdeflexae: mediâ paulo latiore et obtusiore, basi gibbosâ, eleganter variegato-punctata carmino (maculisque 4 baseos violaceis); reliquae punctis tantum aliquot versus apicem carmineis. Stamina longitudine tubi ut stylus; antherae parallelae. Germen oblongum: stigma bifidum. Affine JUST. (ERANTHEMO) *vincoidi Vahl* et *Lam.*, quae differt foliis obtusis, tantum pollicaribus. *Sims.* *In insula Luçon prope Manillam, non in India occidentali. Herr.* ♄.

Pag. 176. n. 11. ERANTHEMUM *spinosum.* Addatur:

Etiam in *S. Domingo* legit cls *Bertero.*

Pag. 177. n. 15. ERANTHEMUM *spinosum Lour.* lege ERANTHEMUM *acanthophorum.*

Pag. 177. ERANTHEMIS subjungantur:

n. 16. ERANTHEMUM *ambiguum.* ERANTHEMUM *parvifolium Link Enum. alt.* I. *p.* 28. JUSTICIA *parvifolia Hortul.*

Rami teretes pubescentes, pube griseâ. Folia fasciculata et subfasciculata, obverse oblonga, emarginata, glaberrima, 6 lin., 2-3 lin. lata. Spinae geminae, horizontales, 6 poll. Nondum floruit. *Link l. c. Habitat?* In Cald. Nomen mutandum erat, cum jam sit antiquissimum ERANTHEMUM *parvifolium Linn.*

17. ERANTHEMUM *lycioides Desfont.*; foliis minutis, cuneiformibus. integerrimis, glabris, spinis geminis, validis, rectis; floribus axillaribus, solitariis. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 47.

In Antillis.

18 ERANTHEMUM *emarginatum Desfont.*; foliis subrotundo ovatis, emarginatis, integerrimis, glaberrimis; spinis geminis, teneris, rectis; spicis terminalibus. *Link* l. c.

In St. Thomas.

Obs. Quid ERANTHEMUM *angustatum Linn.* a clo *Steudel* tanquam species genuina propositum? ERANTHEMUM *pubescens* et *semperflorens* clo *Roth nov. Spec. p.* 4 CROSSANDRAE videntur. E. *parviflorum Vahl* quidam habent, nobis ignotum.

Pag. 177 post ERANTHEMUM inseratur:

82 a. CAMPYLANTHUS.

C. *salsoloides Roth Nov. Pl. Spec.* MS. et ibid. *p.* 4. ERANTHEMUM *salsoloides* fruticosum; fol. carnosis, teretiusculis, linearibus, glaberrimis; racemis axillaribus calycibusque pube centibus; tubo recurvo. *Linn. Suppl. p.* 82. *Willd. Spec.* I. *p.* 52. *Vahl Enum.* I. *p.* 304.

„Foliis simillimus *Salsolae*, at in apicibus ramorum racemi axillares, pubescentes: ad singulum pedicelli exortum bracteae 3 subulatae; pedicelli reflexi. Cal. 5-partitus, laciniis subulatis pubescentibus. Cor. tubus calyce longior in medio recurvus; limbus 5-partitus, laciniis ovatis acuminatis.“ *Linn. Suppl.* l. c. „Ab ERANTHEMO recedit hoc genus: calyce inaequali, tubo corollae recurvo, staminibus inclusis, defectu rudimentorum staminum sterilium, antheris unilocularibus peltatis, capsulâ 3-loculari, introrsum dehiscente. Folia superiora et ramea, bracteae, pedicelli, calyces et corollae pilosae Caps. ovali-subrotunda, subcoriacea, trigona, quasi dicocca. Receptaculum centrale, columnare, cocculos ante maturitatem claudens.“ *Roth in litt.* *In Teneriffa circa St. Cruz.* ♄.

83. WULFENIA.

Pag. 177. WULFENIA *carinthiaca*. Addatur synonymon:
v. Schrank Denkschr. Münchn. Akad. 1813. *p.* 61.
PAEDEROTA *nudicaulis Savigny* in *Lam. Enc. meth.* IV. *p.* 693. PAEDEROTA *Wulfenia Alior.*

84. PAEDEROTA.

Pag. 177. n. 1. PAEDEROTA *Ageria*. Addatur synonymon:
P. *urticifolia*; foliis elongato-acuminatis, argute serratis; corollae labio superiore bifido; racemo longiusculo erecto. *Brignol. l. c.*

Pag 178. n. 2. PAEDEROTA *Zannichelli*. Addatur synonymon:
P. foliis ovatis, acutis, dentatis; corollae labio superiore integerrimo; racemo denso, ovato, erecto. *Brign.* l. c. (*in monte Cren* et *M. Cavallo.*)

Pag. 178. n. 3. PAEDEROTA *Bonarota*. Addatur:

Obs. 1. Cls *Moretti* in *Giorn. d. Fisica* T. V. *Dec.* II. *p.* 40. laudat omnem synonymiam in *Linn. Spec.* II. *p.* 20; excludit vero in *Spec. Pl. ed. Willd.* I. *p.* 77 synonymon *Scopoli* et *Joh. Bauh.*, quod etiam in *Brignoli* et in *Pollini Elem. bot.* 2. *p.* 162 supprimendum, una cum VERONICA *Ponae*, ad P. *Ageriam* spectans. Huc porro, tanquam synonyma certa, laudat: *Suffren Cat. Frioul. p.* 108. *Veron. petream Ponae M. Bald. descr. p.* 179. *Zannich. it. in mont. Cab. p.* 53. *Segu. Veron.* 1. *p.* 233, et denique *Veronicam petream sempervirentem Bauh. hist.* 289. *f.* 2., quae perperam a *Gouano* ad VERONICAM *Ponae* suam trahitur. *Brignoli l. c.* P. *Buonarotam* distinxit: foliis subrotundo-ovatis, dentato-angulatis; corollae labio superiore indiviso, acuminato; racemo oblongo, subnutante. (VERONICA *Bonarota Linn. Spec.* I.)

Obs. 2. PAEDEROTA *humilis* in *Herb. Willd.* a *Stephan* in Altai lecta huic plurimum affinis, sed flores magis approximati, folia magis obsolete crenata. *Link Jahrb.* l. c.

n. 4. PAEDEROTA *chamaedrifolia* addatur:
P. foliis rotundis, dentatis, dente extremo latissimo, obtuso; corollae labio superiore subdiviso; racemo ovato, denso, erectiusculo. *Brignol.* l. c. (*In rupibus prope Verzegnis.*)

Quid PAEDEROTA *variegata Haeuseksel.*?

Pag. 178 post. 84. PAEDEROTAM inseratur:

84 a. BONNAYA.

B. *brachiata Link* et *Otto*. B. caule erecto, diffuso; foliis oppositis, sessilibus, oblongis, acutis, basi attenuatis, mucronulato-serratis, glabris. *Link* et *Otto Abbild. auserl. Gewaechs. t.* 11.

Caulis 1/2 ped., tetragonus, glaber, ut tota planta, ramis mul-

tis, oppositis, elongatis. Folia 16 lin., 6-7 lata, margine subcartilagineo, albo, nervosa. Flores in apicibus ramorum racemosi, oppositi, bractêâ sub singulo lineari, integerrimâ, apice mucronulatâ; pedunculi inferiores 3-4 lin. longi, superiores brevissimi. Cal. 3-4 lin. longus, ad basin fere partîtus, laciniis linearibus, apice mucronulatis, subaequalibus. Cor. calyce parum major, alba: labio superiore integro, inflexo, concavo; inferiore trilobo, lobis rotundatis, explanatis, supra incarnato picto. Stam. incurva corollâ minora, eidem inserta. Antherae loculis oppositis. Stylus staminibus parum longior, stigmate parum dilatato. Caps. subtetragona 6-7 lin., acuta; valvae naviculares trinervatae, dissepimento latitudine capsulae. *Link* et *Otto l. c.* *In Manilla, ubi semina lecta a Do. D. de Chamisso.* ⊙.

86. CALCEOLARIA.

Pag. 181. n. 13. CALCEOLARIA *panicea* legatur *punicea*.

n. 14. CALCEOLARIA *scabra*. Addatur synonymon. *Vahl Enum.* I. *p.* 177.

n. 16. CALCEOLARIA *pulverulenta*. Addatur synonymon. *Vahl Enum. p.* 176.

Pag. 182. n. 18. CALCEOLARIAE *deflexae* addatur:

Obs. Hanc speciem ab ipso *Ruiz* obtinuisse div. *Willdenow*, et jure specimen eidem apposuisse in *Herbario*, quod ab ill. de *Humboldt* tulit, quodque omnibus partibus convenit cum CALC. *nivali* in *nov. gen. Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 53.

n. 18 a. C. *padifolia Hnmb.* et *Bonpl.*; fruticosa; ramulis (junioribus) subglutinosis; foliis petiolatis, oblongis aut ovato-oblongis; acuminatis, basi acutis, dentatis, glabris: floribus terminalibus, corymbosis; pedicellis subglutinosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 305.

Rami oppositi, lignosi, tetragoni, laeves, glabri. Folia reticulato-venosa, nervo subtus prominente, membranacea, supra nigro-viridia, subtus pallida, 2 fere poll., juniora supra glutinosa. Petioli nudi, 3-4 lin., canaliculati, interne pilosi. Corymbi terminales, 5-9 flori. Flores longe pedicellati; pedicellis filiformibus, 7-9 lin. Calyx glaber, viridis, glutinosus; laciniis ovatis, acutis, integerrimis, lateralibus paulo minoribus. Corolla generis, flava, glabra. Capsula subrotundo-ovata, acuta, compressiuscula, glabra, calyce vestita, hinc et inde sulco longitudinali notata, septicido-bivalvis; placentae septo adnatae; sagittatae, basi liberae; bipartibilis; valvulae bifidae. Semina creberrima, minutissima, oblonga, acuta, sulcato-angulata, fusca. *Crescit propter pagum Agavaea Peruvianorum*, alt. 1400. hex. ♄. CALCEOLARIAE *deflexae Ruiz. et Pav.* affinis.

n. 18 b. C. *nivalis Humb.* et *Bonpl.*; fruticosa; ramis foliisque glabris, petiolatis, ovatis, acutis, basi acutiusculis, crenato-serratis, subcoriaceis, subtus flavescentibus;

corymbis terminalibus; floribus umbellato-fasciculatis; pedicellis hirtellis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 306.

Frutex 3-ped.; ramis oppositis, patentibus, teretibus, laevibus. Folia reticulato-venosa, nervo subtus prominente, glabra, supra nigro-viridia, 9-11 lin., 5-7 lin. lata. Petioli nudi, 2-3 lin., canaliculati, hirtelli. Calyx laciniis ovatis, acutis, membranaceis, integerrimis tenuissime hirtellis. Corolla, stamina et Pistillum prorsus ut in *padifolia*. Capsula ovata, glabra, calyce persistente vestita, compressiusculo-tetragona, hinc et inde sulco longitudinali notata, magnitudine pisi minoris, septicido-bivalvis; valvulis bifidis; placentis septo adnatis, inferne liberis et bilobis. Semina minutissima, nigra. *Crescit locis frigidissimis, nivosis in monte Assuay prope Los Paredones et panitiem El Pallal*, alt. 1980. hex. ♄.

n. 18b. C. *stricta Humb.* et *Bonpl.*; fruticosa; ramis strictis, junioribus glutinosis; foliis petiolatis, lanceolato-oblongis, valde acuminatis, basi angustatis, denticulatis, glabris; corymbis terminalibus, subdichotomis; pedicellis glutinosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 305.

Rami teretes, laeves, glabri, rubescentes. Folia basi in petiolum decurrentia, denticulata, reticulato-venosa, nervo subtus prominente, membranacea, subtus pallidiora et subglutinosa, 4 poll., vix pollicem lata. Petioli 7-8 lin. glabri, nudi. Corymbi terminales, subdichotomo-ramosi; ramis glutinosis; floribus subfasciculatis, pedicellatis, magnitudine *gracilis*; pedicellis 5-6 lin. filiformibus, glutinosis. Calyx subglutinosus, laciniis ovato-oblongis, acuminatis, integerrimis, subaequalibus. Corolla generis, lutea, glabra. Antherae reniformi-bilobae, biloculares, glabrae; loculis medio longitudinaliter dehiscentibus. Ovarium subrotundo-ovatum, glabrum. Stylus brevis, subarcuatus, glaber. Fructus haud suppetit. *Crescit locis temperatis inter flumen Vinajacae et urbem Loxae Novo-Granatensium*, alt. 1100. hex. ♄.

Obs. CALCEOLARIAM *denticulatam Herb. Willd.* vix differre; *denticulatae* vero huic aliam adjacere speciem a *Humboldt* missam, *fasciculatam* dictam, omnino diversam, nec in *Nov. gener.* descriptam. Huic *fasciculatae* caulis frutescens; folia breviter petiolata, oblonga acuta, basi vix attenuata, crenulata, supra rugosa, glabra, infra juniora, ferrugineo-tomentosa, demum calvescentia. Corymbi terminales. Pedunculi glabri. *In Peru. Link Jahrb.* I. 3. *p.* 53.

Pag. 184. n. 29. CALCEOLARIAE *ovatae* addatur:

Obs. Specimen in *Herb. Willd.* ab ill. de *Humboldt* missum div. *Willdenow* CALCEOLARIAM *gracilem* dixit, quod ad CALCEOLARIAM *ovatam Smith* spectat, quae in *nov. gen.* desideratur. *Link Jahrb.* I. 3. *p.* 52.

n. 29a. C. *gracilis Humb.* et *Bonpl.*; herbacea; foliis inferioribus pinnatis et ternatis, superioribus subsimplicibus, serratis, supra bispidulis, subtus albido-pilosis; floribus

alaribus et axillaribus geminis, terminalibus subcorymbosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 305. C. *heterophylla Herb. Willd.* fide *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 51. C. *scabiosaefolia Syst. Veg.* (ed. nostr.)

Herba erecta, pedalis, dichotomo-ramosissima, debilis; ramis teretiusculis, glutinoso-hirtellis; junioribus rubris. Folia superiora petiolata, saepe basi foliolo minore instructa; adjecto petiolo subpollicaria, ovato-lanceolata, acuta, basi cuneata. Petiolus 2-3 lin. glanduloso-pilosus. Flores pedunculati minores, quam in *chelidonoide*. Pedunculi filiformes, glutinoso-hirti, 6-7 lin., fructiferi longiores. Calyx glutinoso-pilosus; laciniis ovatis, acutis, membranaceis, integerrimis, viridibus, lateralibus angustioribus. Corolla generis, pallide flava, glabra. Antherae uniloculares, basi interiore appendiculatae connexivo producto subadscendente; loculo sterili nullo. Ovarium glabrum. Stylus brevis, arcuatus, glaber. Capsula *chelidonoidis*. Semina creberrima, minutissima, oblonga, utrinque acutiuscula, fusca, longitudinaliter sulcato-5-6 angularia, obsolete transversim undulata. *Crescit in ripa fluminis San Pedro prope Chillo Quitensiam*, alt. 1340. hex. ☉. CALCEOLARIAE *ovatae Smith* valde similis.

Pag. 184. n. 30. CALCEOLARIA *uniflora* addatur:
CALCEOLARIA *monanthos Poiret Enc. Suppl.* 1.

Pag. 184. n. 31. CALCEOLARIA *serrata*. Addatur synonymon:
C. herbacea, erecta; ramis tomentoso-pubescentibus; foliis petiolatis, ovatis, acutis, basi acutiusculis, argute serratis, tenuissime puberulis, subtus canescentibus; corymbis terminalibus, subdichotomis; pedicellis pubescentibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 306.

Herba 2-3 ped., caule rubescente; ramis oppositis, patulis, teretibus, canescentibus. Folia opposita, basi acutiuscula, reticulato-venosa, nervo venisque primariis subtus promentibus, membranacea, supra viridia, subtus punctulis minutissimis glandulosis aureis conspersa, 1 1/2 poll., 9 lin. lata. Petioli 2-3 lin. longi, canaliculati, ut rami canescenti-pubescentes, nudi. Corymbi terminales, subdichotomi; ramis pedicellisque canescenti-pubescentibus. Flores pedicellati, erecti; pedicellis 4-5 lin. longis. Calyx canescenti-pubescens; laciniis ovatis, acutis, integerrimis; superiore majore. Corolla generis, lutea, glabra. Antherae biloculares; loculis divaricatis. Ovarium subrotundo ovatum, glabrum. Stylus brevis, arcuato-deflexus, glaber. Fructus ignotus. *Crescit prope Chillo Quitensiam*, alt. 1340. hex. 4.

Pag. 184. n. 32. CALCEOLARIAE *bicolori* addatur:

Obs. Hanc speciem vix differre a CALC. *lancifolia* (lamifolia!) *Humb.* et *Bonpl.* secundum specimina *Herb. Willd.* a *Ruiz* et a *Humboldt* missa: *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 52.

n. 32 a. *C. lamifolia Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, subereato ramisque pilosis; foliis petiolatis, ovatis, acutis, basi truncato-rotundatis, (interdum laevissime) subcordatis, grosse serrato-crenatis, utrinque adpresso-pilosis, subtus albidis; pedunculis terminalibus, subgeminis, pilosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 303.

Caulis 1 1/2-2 ped., tereti-compressus, ramis oppositis; ramuli albo-villosi; pilis articulatis, hyalinis. Folia reticulato-venosa, tenuiter membranacea, supra viridia, 1-1 1/2 poll., 10-12 lin. lata. Petioli nudi, 6-8 lin. pilosi. Pedunculi rarius solitarii aut terni, uniflori, 6-14 lin. filiformes. Calyx pilosus; laciniis subrotundo-ovatis, acutis, integerrimis, membranaceis, inaequalibus; superiore latiore; inferiore angustiore. Corolla generis, flava, glabra. Stamina et Pistillum *saxatilis*. Fructus ignotus. *Crescit prope urbem Quito*, alt. 1[illegible]. hex. 2.

Pag 185. n. 34. CALCEOLARIA *bicrenata*. Huic subjungatur:

34 a. C. *lanata Humb.* et *Bonpl.*; suffruticosa; densissime albo-lanata; foliis petiolatis, deltoideo-ovatis, acutis, leviter cordatis (aut rotundatis), duplicato-crenatis; corymbis terminalibus, fastigiatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 308.

Caulis basi lignosus, erectus, ramosus, 1 1/2 ped. ramique teretes. Folia in petiolum decurrentia, reticulato-venosa, membranacea, supra tenuiter, subtus densissime albo-lanata, 2-3 poll. 1/2-1 3/4 poll. lata. Petioli nudi subpollicares, densissime albo-lanati. Corymbi ramis subfastigiatis pedicellisque albo-lanatis. Flores subumbellato-fasciculati. Pedicelli 6-9 lin. Calyx albo-lanatus; laciniis ovatis, acuminatis, integerrimis, subaequalibus. Corolla generis, magna, flava, glabriuscula; labio inferiore interne rubro ex *Bonpl.* Stamina basi corollae inserta. Filamenta brevia, inferne dilatata. Antherae biloculares; loculis divaricatis. Ovarium abbreviato-ovatum. Stylus stamina superans, superne subarcuatus, glaber. Stigma simplex, obtusum. Capsula ovata, subtetragono-compressiuscula, hinc et inde sulco longitudinali notata, pubescens, glutinosa, calyce persistente cincta eoque paulo brevior, 3 lin. longa, septicido-bivalvis; valvulae bifidae; placentae septo adnatae, inferne bifidae, demum bipartibiles. Semina creberrima, minutissima, oblonga, acuta, sulcato-angulata, fusca. *Crescit locis temperatis Regni Quitensi inter Alausi et Pomallacta*, alt. 1500. h. ♄. CALCEOLARIAE *bicrenatae Ruiz. et Pav.* proxima.

Pag. 185. n. 36. CALCEOLARIAE *crenatae* subjungatur:

36 a. C. *amplexicaulis Humb.* et *Bonpl.*; suffruticosa; ramis pilosis; foliis (sessilibus) amplexicaulibus, ovato-oblongis, acuminatis, cordatis, crenato-serratis pedicellisque piloso-hirtis; corymbis terminalibus; floribus umbellato-fasciculatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 309.

3-4 ped. ramis oppositis, teretibus, pilis articulatis, hyalinis. Folia amplexicaulia, reflexa, reticulato-venosa, nervo subtus prominente, membranacea, supra viridia, subtus pallida, 3 fere poll., demum reflexa. Corymbi floribus pedicellatis, ante anthesin reflexis, demum erectis; pedicellis 6-7 lin. longis, filiformibus, pilosis. Calyx pilosus; laciniis ovatis, acutis, integerrimis, subaequalibus. Corolla flava, glabra; tubo brevissimo; labio superiore abbreviato, truncato, concavo, integerrimo; labio inferiore maximo, saccato, ventricoso, pendulo. Stamina basi tubi corollae inserta. Filamenta brevia, basi dilatata. Antherae biloculares; loculis divaricatis, medio longitudinaliter dehiscentibus. Ovarium ovatum, glandulosum. Stylus stamina paulo superans, subarcuatus, glaber. Capsula desideratur. *Crescit in ripa fluminis San Pedro inter Chillo et Conocoto*, alt. 1540. hex. ♄. CALCEOLARIAE *crennatae Lam.* proxima.

36 b. C. *floribunda Humb.* et *Bonpl.*; suffruticosa; ramis pedicellisque hirtello-glandulosis; foliis (sessilibus) amplexicaulibus, lanceolatis, acuminatis, cordatis, denticulatis, subtus hirtellis; racemis bifidis, paniculatis aut corymbosis; floribus subgeminis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 309. C. *paniculata Herb. Willd.*

Rami teretes glutinosi. Folia reticulato-venosa, nervo subtus prominente, membranacea, supra glabriuscula et viridia, subtus pallida, hirtella et subglutinosa, 2 poll., demum reflexa. Flores pedicellati, parvi, subsecundi; pedicellis 3 aut 6 lin. longis rhachique piloso-glandulosis. Calyx pilosus; laciniis subrotundo-ovatis, acutis, integerrimis, subaequalibus. Corolla generis, glabra aurantiaca. Stamina et Pistillum *amplexicaulis*. Ovarium pilosum. Capsula subrotundo-ovata, apice conica, subtetragona, pilosiuscula, hinc et inde sulco longitudinali notata, calyce cincta eumque superans, magnitudine pisi minoris, septicido-bivalvis; valvulis bifidis; placentis septo adnatis, sagittatis, inferne liberis, demum bipartibilibus. Semina creberrima, minutissima, oblonga fusca. *Crescit prope urbem Quiti*, alt. 1490. hex. ♄.

Pag. 186. n. 39. CALCEOLARIAE *flexuosae* addatur:

Obs. „Specimen CALCEOLARIAE ab ill. de *Humboldt* missum div. *Willdenow brachiatam* dixit, eidemque diagnosin C. *flexuosae Fl. peruv.* subscripsit; haec vero *brachiata* est *divaricata nov. gen. et spec.*, et cum descriptio aeque ac icon *flexuosae* optime quadret, hanc et (sequentem) *divaricatam* unam eandemque esse speciem duco *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 53.

n. 39 a. C. *divaricata Humb.* et *Bonpl.*; herbacea; volubilis; ramis divaricatis, glabris; foliis petiolatis, ovatis, acutis, cordatis, grosse crenato-serratis, ciliatis, glabris, subtus in venis puberulis; paniculis terminalibus, foliatis; floribus corymbosis; pedicellis piloso-glandulosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 306.

Rami oppositi, divaricato-patentissimi, laeves. Folia reticulato-venosa, membranacea, subtus punctulis minutis glandulosis conspersa, 1 1/2 poll., 14-15 lin. lata. Petioli 1/2 poll., puberuli, canaliculati, basi dilatati et connati, nudi. Paniculae ramis oppositis, divaricatis, pedicellisque 4-7 lin. piloso-glandulosis, ut Calyx laciniis ovatis, acutis, integerrimis, membranaceis, subaequalibus. Corolla generis, flava. Stamina fundo corollae affixa. Filamenta brevia. Antherae biloculares; loculis divaricatis. Ovarium ovatum, hirtellum. Stylus brevis, glaber. Capsula ovata, hirtello-glandulosa, calyce persistente vestita. *Crescit locis temperatis juxta Suchubamba et Ayavaca Peravianorum*, alt. 1400. hex. 4. CALCEOLARIAE *flexuosae* affinitate conjuncta.

n. 39b. C. *rotundifolia Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, simplici, uni- (rarius) bi- aut trifloro foliisque tenuissime pubescentibus, petiolatis, subrotundis, obtusis, grosse crenatis, convexis, crassis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 307.

Herba erecta, 6-8 poll. Radix fibrosa. Caulis carnosus, teres. Folia basi acuta, vix 1/2 poll. Petioli 1-2 lin., nudi, canaliculati, pubescentes. Flores pedicellati. Calyx tenuissime pubescens. Corolla flava; fauce hirsuta. Stamina et Pistillum generis. Fructus ignotus. *Crescit in frigidis Parami Guamani inter Chulucanas et Guancabamba Peruvianorum*, alt. 1720. hex. ☉. Planta haud suppetit. Descriptio ex schedis *Bonplandii*.

n. 39c. C. *sibthorpioides Humb.* et *Bonpl.*; caulibus herbaceis, procumbentibus; ramis hispido-pilosis; foliis petiolatis, ovato-subrotundis, acutiusculis, cordatis, crenato-incisis, utrinque piloso-hirtis; floribus terminalibus, corymbosis; pedunculis (calycibusque) glanduloso-pilosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 307.

Caules ramosi, 4 fere poll. ramique teretes. Folia reticulato-venosa, membranacea, 3-4 lin. lata. Petioli 2-3 lin. canaliculati, hispido-pilosi, nudi. Calyx laciniis ovato-oblongis, obtusiusculis. Corolla generis, flava. *Crescit locis gelidis montis Gualgayoc prope fodinas Micuipampenses*, alt. 1840. hexap (Peruvia.) 4.

n. 39d. C. *saxatilis Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, erecto, ramisque villoso-pilosis; foliis breviter petiolatis, ovatis, obtusiusculis, basi rotundatis, subcordatis, inciso-crenatis, supra hirtis, subtus incano-tomentosis; corymbis terminalibus; pedicellis pilosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 307. C. *chimborazensis Herb. Willd.*

Caulis subpedalis, canescens pilis articulatis, hyalinis. Folia convexa, reticulato-venosa, membranacea, 9-11 lin. Petioli 2 lin., nudi, canaliculati, villoso-tomentosi, basi dilatati et connati. Corymbi subdichotomi. Flores longe pedicellati, mag-

nitudine floris CALCEOLARIAE *pinnatae*; pedicellis 6-9 lin. Calyx hirto-pilosus, magnus; laciniis ovatis, acutis, integerrimis, membranaceis; superiore paulo latiore. Corolla generis, crocea, glabra. Stamina basi corollae inserta. Filamenta brevia, inferne dilatata, glabra. Antherae biloculares; loculis divaricatis, medio dehiscentibus. Ovarium abbreviato-ovatum. Stylus brevis, incrassatus, glaber, stamina superans, apice recurvatus. Stigma simplex, obtusum. Fructus haud suppetit. *Crescit locis saxosis montis Chimborazo in summa planitie Sisgun*, alt. 1750. h. 24.

Pag. 186. n. 43. CALCEOLARIAE *perfoliatae* addatur instar varietatis:

β. C. *perfoliata*; herbacea; ramis pilosis; foliis triangulari-sagittatis, acutis, duplicato-serrato-incisis, supra hirtis, subtus tomentoso-pubescentibus et incanis; petiolis membranaceo-alatis, connatis; corymbis terminalibus, subdichotomis; pedicellis pilosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 308.

Descriptio sequens apud *Humb.* et *Bonpl.*: „Caulis ramis teretibus, pilis articulatis, hyalinis. Folia petiolata, ovato triangularia, reticulato-venosa, membranacea, supra viridia, 2-2 1/2 poll. 1/2-2 poll. lata. Petioli 1-1 1/2 poll. subintegerrimi, 6-7 lin. lati, basi dilatati et connati, ut folia, supra hirti et virides, subtus incano-pubescentes. Corymbi multiflori. Flores pedicellati; pedicellis filiformibus, 6-9 lin. Calyx magnus, piloso hirtus, membranaceus, viridis, laciniis ovatis, subacuminatis, subintegerrimis, reticulato-nervatis, subaequalibus, patentissimis. Corolla generis, flava, glabra. Stamina *lanatae*. Ovarium subrotundo-ovatum, pilosum. Stylus stamina superans, arcuatus, glaber. Capsula ovata, pilosa, calyce persistente suffulta coque dimidio brevior, septicido-bivalvis; valvulis bifidis; placentis septo adnatis, inferne bifidis, demum bipartibilibus. Semina creberrima, minutissima, oblonga, utrinque acuta, sulcato-angulata, fusca. *Crescit in Regno Novo-Granatensi.* 24 A CALCEOLARIA *perfoliata Linn. et Smith* ob formam foliorum parum recedit.“ — Et tamen *Linn.*, *Smith.*, *Willd.*, *Vahl* sine dubio, *Flor. peruv.* vero cum? in synonymia adduci poterat?

Pag. 187. n. 45. CALCEOLARIAE *pinnatae* addatur:

Obs. In Herbario *Soc. Natur. Curios. Berol.* specimen hujus *pinnatae* ab ipso *Ruiz* missum, cui div. *Willdenow* nomen CALCEOLARIAE *concinnae* imposuit; in *Herbario* vero *Willdenow* esse nomine C *concinnae* specimen, quod C. *chelidonoides Humb.* et *Bonpl.*: *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 51.

n. 45a. C. *chelidonioides Humb.* et *Bonpl.*; herbacea; foliis pinnatis, superne pinnatipartitis, supra hispidulis, subtus glabris; foliolis pinnatifido-incisis, argute serratis, ciliato-glandulosis; floribus alaribus geminis, terminalibus subumbellatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 304.

Herba 2-3 ped., erecta, dichotomo-ramosa; caule rubescente; ramis tetragonis, laevibus hirtellis; pilis articulatis. Folia petiolata, adjecto petiolo 4 fere poll., inferne pinnata, tenuiter membranacea; supra laete viridia, subtus albida et glabra; laciniis aut foliolis 3-7, suboppositis, oblongis, acutis, basi angustatis, subpetiolatis, margine pinnatifido-incisis, 1/2 poll., inferioribus minoribus, terminali 2 fere poll. Petioli pollicares, hirti. Flores pedunculati, magnitudine CALCEOLARIAE *pinnatae;* pedunculis 8-9 lin. filiformibus, piloso-glandulosis, fructiferis 14-15 lin. Calyx profunde 4-partitus, basi glanduloso-pilosus; laciniis ovatis, acutis, ciliato-glandulosis, superiore paulo longiore. Corolla lutea, glabra; labio superiore abbreviato, truncato, integerrimo; inferiore maximo, ventricoso, marsupiiformi. Filamenta subnulla. Antherae biloculares, loculis utrique extremitati connexivi elongati transversi incumbentis longitudinaliter adnatis; altero fertili, altero sterili. Ovarium abbreviato-ovatum, glabrum. Stylus brevis, arcuatus, glaber. Capsula ovata, compressa, laevis, pilosiuscula. Semina creberrima, minutissima, oblonga, acuta, longitudinaliter sulcato 5- aut 6-angularia, fusca. *Crescit in radicibus montis Jaoirae prope Quito, alt.* 1500. hex. ☉. CALCEOLARIAE *pinnatae* Willd. proxima.

Pag. 187. n. 46. CALCEOLARIA *scabiosaefolia* deleatur; in *Herbario enim Willdenowiano*, monente *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 51., CALCEOLARIA *heterophylla* eadem est ac *gracilis Humb.* et *Bonpl.*, et *Willdenow* lapsu, ut ait, in *Enum. H. Berol.* I. *p.* 29 species duas *Humboldtianas* conjunxit.

Pag. 188. n. 51. CALCEOLARIA *rosmarinifolia.* Addatur synonymon:

C. suffruticosa; volubilis; ramulis pilosiusculis; foliis sessilibus, basi connatis, linearibus, apice angustatis, margine integerrimis et revolutis, subcoriaceis, supra glabris, subtus aureo-tomentosis; floribus umbellato-corymbosis, paniculatim dispositis pedicellis piloso-glutinosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 309. (auct. *Herb. Juss.*)

Ramis teretibus, violaceis; ramulis floriferis piloso-glutinosis. Folia venosa, nervo subtus prominulo, supra viridia, 2 1/2-3 poll., 4 lin. lata. Flores pedicellati, triplo majores quam in *floribunda;* pedicellis 3-5 lin. longis. Calyx pilosus, glutinosus; laciniis ovatis, acutis, integerrimis, subaequalibus. Corolla generis, flava glabra. Stamina et Pistillum prorsus ut in CALCEOLARIA *amplexicauli.* Fructus mihi incognitus. *Crescit in radicibus nobilissimi montis Chimborazo, prope lacum Yanacoche,* alt. 1800. hex. ♄. Planta *Cavanillesii* a planta *Lamarckii* haud diversa videtur.

Obs. In *Herbario willdenowiano* asservari speciem affinem, diversam foliis longe acuminatis, quam C. *bifidam* dixit div. *Willdenow*, et quae omnibus partibus congruit cum *graminifolia nov. gen.* Attamen in descriptione *rosmarinifoliae* dicitur: flores triplo majores quam in *argentea*, „(nos in *nov. gen.* legimus: „quam in praece-

dente" i. e. quam in *floribunda*)" quod in nostra haud ita; lapsu fors calami haec scripta et ad sequentem speciem referenda: *Link Jahrb. I. p. 63.*

n. 51 a. C. *graminifolia Humb.* et *Bonpl.*; suffruticosa; erecta; ramis glabriusculis; foliis sessilibus, linearibus, angustato-acuminatis, margine integerrimis et revolutis, supra glabris et subglutinosis, subtus cano-tomentosis; corymbis terminalibus, trifido-subdichotomis; pedicellis hirtellis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 310. 4-6 ped.; ramis teretibus, ad nodos compressis. Folia reticulato-venosa, nervo subtus prominente, membranacea, supra viridia, juniora glutinosa, 4-5 poll. 2 1/2 lin. lata. Corymbi ramis apice subdichotomis. Flores erecti. Pedicelli 4-6 lin. filiformes. Calyx hirtellus, patens; laciniis ovatis, acutis; inferiore paulo angustiore. Corolla generis, flava, glabra. Stamina et Pistillum ut in CALCEOLARIA *amplexicauli*. Fructus ignotus. *Crescit in convalli amoena Tarquensi*, Quitensium. alt. 1400. hex. ♄. Praecedenti *rosmarinifoliae* valde affinis.

n. 51 b. C. *lavandulaefolia Humb.* et *Bonpl.*; suffruticosa; ramulis hirtellis; foliis sessilibus, linearibus, obtusiusculis, margine integerrimis et revolutis, supra glabriusculis, subtus incano-tomentosis; floribus terminalibus, corymbosis; pedicellis glutinosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 310. C. *gnidifolia Herb. Willd.*

Rami teretes, laeves, glabri. Folia venosa, nervo subtus prominente, membranacea, supra viridia, 9-10 lin. 1-1 1/2 lin. lata. Flores pedicellati, erecti; pedicellis 4-6 lin. filiformibus. Calyx hirtello-glutinosus; laciniis ovatis, acutis, subaequalibus. Corolla generis, flava, glabra. Stamina et Pistillum praecedentium hujus sectionis. Capsula ovata, apice conica, tetragona, calyce persistente suffulta eumque paulo superans, subglutinosa, septicido-bivalvis; valvulis bifidis; placentis septo adnatis, inferne bilobis, demum bipartibilibus. Semina ut in confinibus. *Crescit in devexis montis ignivomi Pichinchae et Parami de Assaay*, alt. 1560. hex. ♄. A praecedente *graminifolia* praesertim distinguitur magnitudine foliorum.

n. 51 c. C. *hyssopifolia Humb.* et *Bonpl.*; fruticosa; ramulis pedicellisque hirtello glutinosis; foliis subsessilibus, anguste linearibus, obtusiusculis, margine integerrimis et revolutis, utrinque glabris, supra glutinosis; floribus terminalibus, corymbosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 310. C. *linifolia Herb. Willd.*

Frutex orgyalis et altior, ramosissimus; ramis teretibus, glabris. Folia supra viridia, subtus pallida, 9-10 lin. 2/3 lin. lata. Flores prosus ut in *lavandulifolia*, nisi paulo minores, *Crescit ad radices montis Chimborazo juxta pagum Calpi et planitiem Laisa*, alt. 1610. hex. ♄. A praecedente *lavandu-*

lifolia) distinguitur foliis minoribus, utrinque glabris et magis revolutis. Haec et (*lavandulifolia*) fortasse varietates CALCEOLARIAE *graminifoliae*.

n. 51 d. C. *helianthoides Humb.* et *Bonpl.*; fruticulosa; ramis pedicellisque canescenti-puberulis; foliis subsessilibus, suboblongis, utrinque acutis, integerrimis, glabris; floribus terminalibus, subcorymbosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 311. C. *helianthemoides Herb. Willd.*

Fruticulus pedalis, erectus, ramis oppositis, teretibus. Folia inferiora brevissime petiolata, superiora sessilia, venosa, nervo subtus prominente, membranacea, supra viridia, subtus pallida, 6-9 lin. 2 1/2-4 lin. lata. Flores pedicellati; pedicellis puberulis. Calyx glabriusculus; laciniis ovatis, acutis, integerrimis, membranaceis, subaequalibus. Corolla generis, flava, glabra. Stamina brevia. Filamenta inferne dilatata. Antherae loculis divaricatis. Pistillum generis. Fructus ignotus. *Crescit locis frigidis Parami de Saraguree, inter flumen Uduchapa et urbem Loxae*, alt. 1600. hex. ♄.

Pag. 189. n. 55. CALCEOLARIA *ericoides*. Dele? post C., et adde synonymon:

C. fruticosa; ramosissima; microphylla; ramis confertis foliisque utrinque hirtellis, sessilibus, linearibus, margine integerrimis et revolutis; pedunculis axillaribus et terminalibus, 1-3-floris, hirtis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 311.

Frutex bi- aut tripedalis, ramis teretibus, canescenti-hirtellis. Folia approximata, acutiuscula, nervo subtus prominente, membranacea, 4-5 lin. 1/3-1/2 lin. lata. Pedicelli hirti. Flores parvi. Calyx densissime canescenti pubescens; laciniis ovato-oblongis, acutis, integerrimis, membranaceis, subaequalibus. Corolla generis, flava, tenuissime hirtella. Stamina basi corollae inserta. Filamenta brevia, inferne dilatata. Antherae loculis divaricatis. Ovarium ovatum, hirtellum. Stylus arcuatus, glaber, stamina vix superans. Capsula ovata-conica, subtetragona, hirtella, calyce persistente cincta eumque paulo superans, hinc et inde sulco longitudinali notata, loculicido-bivalvis; placentae ovatae, subcordatae, demum bipartibiles. Semina creberrima, omnium minutissima, oblonga. *Crescit locis scopulosis montis ignivomi Pichinchа, inter scopulum Fablahuma et cataractam Cantanae*, alt. 1780. hex. ♄.

Obs. CALCEOLARIAM *canescentem* ab *ericoide* in *Herbario* removit div. *Willdenow*, cum folia in *canescente* longiora, magis approximata, labium inferius angustius magisque elongatum quam in *ericoide*. *Link Jahrb.* 1. 3. *H. p.* 54.

n. 56. C. *argentea Humb.* et *Bonpl.*; fruticulosa; albo-lanata; foliis petiolatis, suboblongis, utrinque acutis, integerrimis; floribus terminalibus et axillaribus, subsolita-

riis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 311. CALCEOLARIA *candicans Herb. Willd.*

Fruticulus erectus, pedalis, ramosissimus; ramis teretibus, laevibus, purpureis, tenuiter albo-lanatis; ramulis junioribus dense albo-lanatis. Folia oblonga et lanceolato-oblonga, reticulato-venosa, membranacea, supra tenuiter cano-subtus densissime albo-lanata, 4-6 lin. Petioli 2-3 lin., basi dilatati, externe lanati. Flores pedunculati; pedunculo lanato. Calyx hirsuso-lanatus, albo argenteus; laciniis oblongis, acuminatis, subaequalibus. Corolla generis, flava, magna, glabra. Stamina et Pistillum praecedentium. Capsula haud suppetit. *Crescit locis obnubilis Parami de Guamani, inter pagos Gualcoquillo et Guancabamba Peruvianorum.* alt. 1720. hex. ♄. Species valde elegans.

87. PINGUICULA.

Pag. 189. n. 1. PINGUICULA *vulgaris.* Addantur synonyma: *Wahlenb. Fl. upsal. p.* 7. *Svensk. Bot. t.* 36.

n. 2. PINGUICULA *grandiflora.* Addatur synonymon: P. nectario cylindraceo acuto; longitudine petali reticulati, labio superiore dilatato, capsulâ ovatâ. *Smith Compend. Fl. Brit. p.* 5. *Engl. Bot.* 2184. *Bertolon. Amoen. ital. p.* 325. P. *vulgaris Bergeret* (fide *Steudel.*)

Pag. 190. n. 5. PINGUICULA *lusitanica.* Adde synonymon: *Brotero Phytogr. lusit. selectior t.* 1. P. *alpina Bergeret.* P. *vulgaris Anbry, Bonamy* et *Maulny.* (utraque fide *Steudel.*)

Pag. 190. n. 7. PINGUICULAE *involutae* addatur:

Obs. R. Pater de *Schrank* in *Denkschrift. bot. Gesellsch.* II. *p.* 3. PINGUICULAM quamdam e *Terra Labrador:* calcari recto, longitudine corollae; corollae laciniis integris; foliis ovato-orbiculatis jubet esse PINGUICULAM *involutam*, peruvianam plantam in Labrador!, licet ipse desideret „caulem villosum seu *potius* pilis brevibus obsitum," quem tamen de specimine suo „mucore obsito" asserere non audet. Speciebus germanicis multo minor et tenuior; scapus uniflorus; corolla caerulea; calcar breve conicum. Plantarum europaearum, quas in Labrador e speciminibus siccis detexit reverendiss. Pater, amplissimum coetum suae cuique speciei adscribere hic supersedemus, cum Europa vix minus quam Peruvia a Labrador distare videtur.

n. 7 a. P. *calyptrata Humb.* et *Bonpl.;* foliis ovatis, (rotundato-) obtusis, convexis, glab(errim)ris, sessilibus; scapis glabris; calcare conico, obtuso, corollâ breviore. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 183.

Herba acaulis facie PINGUICULAE *vulgaris*, sed minor. Radix ramosa, fibrosa. Folia radicalia integerrima, supra nitida, pollicaria. Pedunculi radicales uniflori, erecti, 3-4-poll., teretes, nudi. Corolla violacea, laciniis emarginatis; fauce villosâ. Stigma campanulatum, bilabiatum reflexum, exstinc-

torii instar antheras obtegens. Capsula ignota. *In locis temperatis et frigidis juxta Loxam. et in Paramo de Saraguru, Nov. Granat.* alt. 600-1400 hex. 4.

n. 7 b. P. *macrophylla Humb.* et *Bonpl.*; foliis subrotundo-ovatis obtusis, planis, glabris, petiolis, scapis tenuissime glanduloso-pilosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 184.

Folia radicalia. integerrima, 3 poll. Petioli 1/2 poll. Pedunculi radicales uniflori. erecti, semipedales, teretes, nudi, pilis glanduliferis tenuissime conspersi. Flores non vidi. *Crescit in Novae Hispaniae collibas inter urbem Guanaxuato et pagum Santa Rosa.* 4.

n. 7 c. P. *moranensis Humb.* et *Bonpl.*; foliis spathulatis, obtusis convexis, (subtus) glabris, apice ciliato-(fimbriatis) sessilibus; scapis glabris; calcare filiformi, recto, corollâ longiore. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 184.

Radix fibrosa. Folia radicalia, caespitosa, integerrima, margine revoluta, supra pilosiuscula, 1/2 poll. Pedunculi radicales uniflori erecti, 4-poll., teretes, glabri. Calyx labio superiore tripartito erecto; inferiore bipartito reflexo. Corolla violacea, ringens, 9 lin.; labio inferiore (superiore *Bonpl.*) trifido, inferne albo-maculato, laciniâ intermediâ majore. Filamenta brevissima, arcuata, alba. Ovarium ovatum, violaceum. Stigma subsessile, infundibuliforme, subbilabiatum, denticulatum. *Crescit locis temperatis prope Moran Mexicanorum*, alt. 1340. hex. 4.

Pag. 191. n. 8. PINGUICULAE *alpinae* addatur synonymon:
Com. a Sternb. et *Hoppe bot. Denkschr.* II. *p.* 191.

Obs. Cls. *Ledebour in litt.* PINGUICULAM *alpinam* specie distinguit a P *flavescente.* Illi P. *alpina:* nectario subrecurvo, conico; calycis labio superiore bifido; laciniis lateralibus oblongis, obtusis, intermedio duplo longioribus et latioribus; et P. *flavescens* nectario subrecto, basi conico, apice cylindraceo, calycis labio superiore trifido, laciniis lateralibus ovatis, rotundatis, intermediâ longioribus. — Calycis laciniae in *alpina* latiores, magisque rotundatae quam in *flavescente*, cujus calcar magis elongatum, fere cylindricum. *Ledeb. Ill. de Vest in litt.* PINGUICULAM *alpinam Herb. Pall.* in *Johann.* dubitans tanquam novam speciem ex specimine unico proponit: illi PINGUICULA *sibirica:* nectario subulato, petali laciniis breviore, rectiusculo. P. *alpinâ* nostrâ humilior est, calcare gracili crassitie tantum scapi (in nostra eodem crassiore).

8 a. PINGUICULA *brachyloba Ledeb.*; nectario adscendente conico, calycis labio superiore tridentato, dentibus obtusis subaequalibus. *Ledebour in litt.*

Structurâ corollae propior *alpinae*, quam *flavescenti*; calcar valde recurvum, apice non raro retuso; lacinia intermedia labii inferioris corollae nunc retusa, nunc integerrima. Ab

affinibus praesertim calyce distinguitur, 3/2; superioris labii dens intermedius subinde tamen paulo longior, et laterales exterius infra apicem emarginati. Caps. ovata glabra, calyce duplo longior. Herba P. *vulgari* simillima, sed folia paulo angustiora, pallidiora; scapi e radice plures, flavicanti-virides, pilosi, at parcius quam in *vulgari*. *Ledeb. in* litt. *Copiose in uliginosis circa Dorpat, vulgari nonnihil praecocior.*

Pag. 191. n. 9. PINGUICULAE *luteae* addatur icon:
Bot. Reg. t. 126.

Pag. 192. n. 15. PINGUICULAE *spathulatae* adde synonymon:
Ledebour Mém. Acad. Petersb. 1812. *p.* 515.

Affinis *luteae Walt.* Scapus solitarius 1 1/2 palm., apice praesertim piloso-viscosus. Folia subrotundo-spathulata, obtusa, 1/2 poll. in diametro, superne pilis raris, subtus magis villosa, integerrima, basin versus ciliata. Calycis laciniae lato-lanceolatae, obtusae, extus lanatae. Cor. lutea magnitudine *alpinae*, striis obscurioribus eleganter picta. *Ledebour. In regione transbaicalensi.* 2? Communic. *Tilesius.*

Pag. 192. PINGUICULIS addantur:
n. 16. PINGUICULA *macroceras Willd.*; scapo foliisque glabris; calcare turbinato; corollae laciniis longiore. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 54.

Folia et scapus ut in *vulgari*; corolla vero multo major, calcare basi amplissimo, cito decrescente. Species pulchra. *In Unalaschka. Pall.* in *Herb. Willd.*

n. 17. PINGUICULA *daurica Willd.*; scapo foliisque glabris; nectario subulato; corollae laciniis breviore; labio corollae inferiore quadripartito. *Link l. c. In Dauuria Pall.* in *Herb. Willd.*

n. 18. PINGUICULA *camtschatica Pall.* nonnisi fructu in *Herb. Willd.*

88. UTRICULARIA.

Pag. 194. n. 6. UTRICULARIA *stellaris.* Addatur synonymon:
U. natans, aphylla: scapo vesiculis verticillatis; corollâ nectario nullo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* 1. *p.* 194.

Rad. similis Confervae, immersa, utriculis fibris adhaerentibus. Scapus suberectus, simplex. Verticillus vesicularum ad superficiem aquae. *Roxb.* l. c.

Obs. Rev. Pater de *Schrank* in *Denkschr. d. Münch. Akadem.* VI. B. p. 163. UTR. *stellarem* jungit cum *inflexa*, cum tamen utraque, fide *Vahl*, qui utramque siccam vidit, uti nos, qui utramque circa Damiatte lectam a D. *Sieber* possidemus, distinctissima, et distinguenda digitis, non oculis tantum.

6 a. UTRICULARIA *fasciculata Roxb.*; natans, aphylla, scapis nudis: racemis 4-8-floris; utriculis bicornibus, sub-

ovatis, per fibras radicales sparsis; nectario corniculato, ascendente, ad marginem labii inferioris; capsulis rostratis, pendulis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 143. *n.* 2.

Caules articulati, plurium saepe pedum. Radiculae numerosissimae in fasciculis alternis, multifidis, filiformibus, setis minutis acutis, antice patentibus. Utriculi semiovati, punctati, aetate, nigrescentes. Scapus erectus 4-8 poll. Flores alterni magni flavi pedicellati. Bracteae ovatae obtusae uniflorae. Calyx foliolis 2, magnis persistentibus. Nectarii cornu obtusum, longitudine fere labii inferioris. Caps. conica, acuta, reflexa. *Roxb. l. c.* *In stagnis circa Calcuttam.*

6 b. UTRICULARIA *diantha Roxb.*; natans, aphylla; scapo nudo bifloro; utriculis ovatis (?) apice filamentosis; nectario corniculato ad labium inferius adscendente; capsulis globosis erectis. U. *biflora Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 144. *n.* 3.

Rad. e fibris paucis, subsimplicibus filiformibus, utriculis aliquot subulatis (supra ovatis?), filamentis 2-pluribusve ad apicem. Scapus 3 circiter poll., filiformis. Flores parvi, flavi. Faux corollae clausa. *Roxb. l. c.* Cum *fasciculata.* (Nomen mutandum erat, cum jam sit antiquissima Americae borealis U. *biflora.*)

Pag. 194. n. 7. UTRICULARIA *ceratophylla.* Adde synonymon:
Nuttall's Gen. of *Americ. Plants* I. *p.* 12.

Obs. Nuttall maximam congenerum esse in America, natantem, foliis 6-partitim verticillatis, racemis 6-10-floris, labii inferioris corollae laciniis 3 retusis, galeâ indivisâ, calcare compresso, profunde emarginato, labio inferiore duplo breviore. Cal. persistit. *A Delaware usque in Floridam; copiosior in calidioribus.*

Pag. 195. n. 12. UTRICULARIAE *vulgari* addatur synonymon:
Poitean et *Turpin Flor. paris.* et *de Clairville le Botaniste sans maitre p.* 188. *Wahlenb. Fl. upsal. p.* 8. *Svensk Bot.* 572. LENTIBULARIA *vulgaris Mönch.*

n. 13. UTRICULARIA *intermedia.* Addatur synonymon:
Svensk Bot. 561. UTR. *media Wahlenb. Fl. upsal. p.* 8. *Engl. Bot. t.* 2489. UTR. *minor Thuill.* (fide *Steudel.*)

n. 14. UTRICULARIA *minor.* Addatur synonymon:
Wahlenb. Fl. upsal. p. 9.

Pag. 196. n. 15. UTRICULARIA *fibrosa.* Addatur synonymon:
Nuttall's Gen. of *Americ. Plants* I. *p.* 12. *Poir. Enc. Suppl.* V. *p.* 405.

Obs. Dictam esse ob fibras ripis insertas; 6-8 poll.; flores 2-3 flavi, la-

bio superiore lato, rotundato, obsolete trilobo, inferiore longitudine nectarii subulato-conici emarginati. Affinis *vulgari. Nuttall* l. c. se nescire, quousque species haecce conveniat cum *setacea Mich. l. c.*

n. 15 a. U. *longirostris Le Conte;* natans; scapo uni-trifloro; calcare labio inferiore parum longiore, subcompresso, adscendente, emarginato. *Nuttall l. c. p.* 13. U. fluitans, involucro nullo; pedunculis 1-2-floris; calcare labium inferius superante, adscendente, emarginato. *Elliot Bot. of S. Carol.* et *Georg. p.* 21.

3-4 poll. Cor. flava, labio obsolete trilobo. Affinis *vulgari*, sed flores majores. *Habitat?*

Pag 196. n. 19. UTRICULARIA *biflora.* Addatur synonymon: *Nuttall's Gen. p.* 13.

Obs. Nuttall recte monet: *Vahlium* nectarium rectum dixisse et longitudine fere labii superioris; attamen cum *Le Conte* illud longitudine labii inferioris, subulatum, obtusum dicit, non solvit dubium. Natat. Cor. integra. *In Carolina meridionali.* An huc fors:

U. *striata Le Conte;* scapo bi-trifloro; nectario recto obtuso; labio superiori ovato, rotundato, subemarginato, margine undulato, palato bilobo, labio inferiori trilobo, lateralibus reflexis nectario longioribus; corollâ rubro striatâ (*Torrey in*) *Cat. of plants of New-York.*

n. 19 a. U. *personata Le Conte;* floribus parvis; racemo longo, setaceo, 4-10-floro, squamis bracteato; labio superiore emarginato: inferiore obtuso, truncato, acuminato; calcare recto, subincurvo, subulato, acuto. longitudine fere corollae. *Nuttall* l. c. *p.* 13. U. scapo multifloro; labio superiori emarginato, inferiore obtusiusculo, calcare recto, acuto *Elliott l. c. p.* 23.

1-2 ped; rad. fibrosa. *In Carolina meridionali; prope Columbiam.*

19 b. U. *gracilis Humb.* et *Bonpl.;* scapo capillaceo, bifloro: bracteis calycibusque integerrimis, calcare conico longitudine labii inferioris. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II *p.* 183.

Folia radicalia dichotome multipartita, glabra, vesiculifera; laciniis lineari-capillaceis; vesiculis trigonis, obtusis, utroque latere setâ instructis. Scapus gracilis, 2-3-poll., bi- aut triflorus. Flores pedunculati, bracteati. Bracteae subrotundae. Calyx foliolis integerrimis. Corolla flava. *In inundatis Havanae.* ♃.

Pag. 197. n. 20. UTRICULARIA *setacea.* Addatur synonymon: *Nuttall Gen. p.* 14.

Obs. Nuttall radicantem describit, 2-3-florum, pedunculos nectariumque longos; attamen monet *Le Conte* et *Elliot* scapum multiflorum dicere, labium corollae superius ovatum, inferius profunde trilobum, nectarii subulati longitudine. In eademne planta?

Pag. 197. n. 21. UTRICULARIA *purpurea*. Addatur synonymon: *Nuttall's Gen. p.* 13. U. *saccata Le Conte*; fluitans; pedunculis axillaribus unifloris; involucro nullo; labio inferiori trilobo; lobis lateralibus saccatis. *Elliott Bot. of S. Carol. et Georg. p.* 21.

Natans; 2-3 ped.; utriculata; foliis digitatis, sessilibus; segmentis pinnatifidis, setaceis; scapis axillaribus, solitariis geminisve, 1-3 floris; flores magnitudine *vulgaris*, labio superiore subrotundo, labii inferioris trilobi lobis lateralibus subtus cucullatis; nectarium qompressum, subacuminatum, corollae appressum cad.mque tectum. Calyx persistens. *A New-York et Delaware ad Georgiam.*

n. 22. UTRICULARIA *cornuta*. Addatur synonymon: *Nuttall Gen. l. c. p.* 14.

Obs. Nuttall radicantem describit, 1-2 ped., 1-2-floram, corollae labio inferiore trilobo, calcare breviore. *Ad Niagaram, in calcareis.*

Pag. 198 n 25. UTRICULARIA *juncea*. Huic subjungatur:

25 a. U. *stricta Meyer*; nectario subulato; scapo filiformi sub-4-floro; bracteis ad pedicellorum basin pluribus: *Meyer Essequebo p.* 14.

„Affines videntur U. *juncea Vahl*, et ab hac forte non diversa U. *angulosa Poir.*, floribus 5-8, bracteâ unicâ ad basin pedicellorum diversae. Radices in *stricta* parvae, verticillato-fasciculatae, basi crassiusculae, albidae. Scapus strictus, 1 1/2 ped., filiformis, simplicissimus, tenuissime striatus, glaber, aphyllus. Squamae alternae remotae, oblongo-ovatae, acuminatae, apicem versus carinatae. Flores 3-4 approximati. Pedicelli erecti, 3 lin. Bracteae 2-3 pedicellis paulo breviores, intermedia oblonga, acuminata, laterales lineari-setaceae. Cor. lutea. Caps. globosa, tenuissime punctata, glabra, pallide fusca.“ *Meyer. In paludosis continentis (Americae) rarius.*

Pag. 199. n. 31. UTRICULARIA *nivea*. Adde synonymon:

U. nuda, suberecta, filiformis; scapo squamis paucis, gibbosis, in racemum tenuem desinente; bracteis tripartitis: laciniâ intermediâ adnatâ, utrinque acutâ, lateralibus minutis; nectario longius labio inferiore adscendente; capsulis globosis nutantibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall. l. p.* 144.

Rad. e fibris capillaribus, simplicibus, brevibus. Scapus 6 fere poll., in ramos subinde 2 aequales divisus, fructifer elongatus, volubilis. Flores 4-8, albi, palato integerrimo, flavicante, pedicellis brevissimis, alternis. Cal. persistens, laciniis 2 orbicularibus, superiore majore, concavo. Labium corollae supremum brevissimum, lineare, erectum, denticulis 2, inferius majus, ovatum. Calcar conicum, labio inferiore duplo longius. Caps. calyce semiinclusa. *Roxb. l. c. In oryzetis Serampore.*

n. 34. UTRICULARIA *gibba*. Adde synonymon:
Nuttall's Gen. p. 13. (Natat.)

34 bis. U. *bipartita Elliot*; radicans; corollâ subintegrâ; scapo brevi, calcare vix dimidio longitudinis corollae obtusissimo, calycis labio inferiore bifido. *Nuttall l. c. p.* 13. U pedunculis paucifloris, corollae labiis integris etc. *Elliot l. c. p.* 22.

Pag. 200. n. 39. UTRICULARIA *subulata*. Huic subjungatur:
39 a. U. *fimbriata Humb.* et *Bonpl.*; (aphylla?) scapo capillaceo, trifloro; bracteis calycibusque dentato-fimbriatis; calcare brevissimo, obtuso. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 183.

Folia radicalia nulla? Scapus erectus, setaceus, teres, glaber, 4-poll., tri- aut quadriflorus. Flores breviter pedunculati, alterni, approximati. Pedunculi basi instructi, bracteolâ ovatâ, adpressâ. Bracteae duae sub singulo flore, oppositae, ovatae, dentato-ciliatae. Calyx flavus; foliolis bracteis simillimis. Corolla flava. *In humidis juxta catarractam Atarensium in ripa fluvii Orinoci.* ☉.

Pag. 203. UTRICULARIIS addantur:
n. 62. UTRICULARIA *alba Hoffmannsegg*; foliis radicalibus, compositis; scapo floribus 2-3 longe pedicellatis; calcare brevi, conico, ascendente. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 54.

Vix 3-4 poll. *In Brasilia. Com. ab Hoffmannsegg* in *Herb. Willd.*

n. 63. UTRICULARIA *hirta Klein*; aphylla; scapo hirto, subtrifloro; floribus sessilibus. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 54.

Digitalis. *In India orientali. Klein* in *Herb. Willd.*

UTRICULARIA *fissa Aub. du Petit-Thouars*;?

89. STACHYTARPHETA.

Pag. 203. n. 1. STACHYTARPHETA *angustifolia*. Huic praemittatur:

1. STACHYTARPHETA *elatior Schrad.*; caule herbaceo; foliis linear-lanceolatis, utrinque attenuatis, remote serratis, scabris, costâ mediâ margineque ciliatis; spicis longissimis; bracteis calycem subaequantibus. *Schrad. Plant. rar. Hort. Gott. Fasc.* 1.

Caulis 4-5-ped., simplex vel subdivisus. Folia 4-5 poll.; ramorum breviora, linearia. Spica 1 1/2 ped., bracteis subulato acuminatis. Flores violacei. *Schrad* l. c. *In Brasilia.* ☉. *Princeps Max a Neowid.*

2. STACHYTARPHETA *indica*. Addatur synonymon:
VERBENA *lancifolia Mönch.*

Pag. 203. n. 4. STACHYTARPHETA *jamaicensis*. Addatur synonymon:
Sims Bot. Mag. 1860. VERBENA *decurrens Mönch*.
Deleatur CYMBURUS *urticaefolius Salisb.*, qui propria species.

Obs. Species haec, adductâ scilicet synonymiâ nostrâ, distinguitur in *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. p. 226. „Caule herbaceo; foliis ovato-ellipticis serratis, supra scabriusculis, subtus glabris; bracteis lanceolatis, acuminato-subulatis, calyce brevioribus;" quae hâc solâ diagnosi jam non paucis recedit a *jamaicensi* nostra, quam confer. Dentes foliorum tenuissime ciliati dicuntur, et Statio „*umbrosa juxta Cumana.*" ⊙. cum? dicitur. Hinc non mirum, si a clo *Link Enum. alt.* 1. *p.* 19 *Jahrb.* 1. 3 *p.* 56. ST. *pilosiuscula Humb.* et *Bonpl.* synonymon *jamaicensis* dicitur. Folia ex oblongo attenuata, infra nervis hirtis, bracteae flore longiores, cor. caeruleam petit *Link*.

n. 4a. S. *pilosiuscula Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo; foliis ovato-oblongis, (grosse) serratis, utrinque scabriusculis; bracteis lanceolatis, subulato aristatis, calyce paulo longioribus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 226. *n.* 2.

Caulis tereti-tetragonus, inferne glaber, superne hirtus. Folia opposita, apice angustata et acuta, basi in petiolum decurrentia, dentibus serrulatis, rigidiuscula, in nervo medio pilis sparsis, 2-3 poll. Petioli subciliati. Spicae terminales, demum alares, solitariae, teretes, 5-poll. et ultra, crassitie pennae columbinae. Calyx generis. Corolla violacea. *In ripa Orinoci juxta urbem Angostura.* ⊙. Differt a praecedente (*jamaicensi*): foliis rigidioribus, utrinque scabriusculis, apice angustatis, dentibus serrulatis et bractearum formâ et longitudine; an varietas?

n. 4b. STACHYTARPHETA *urticifolia Sims*; caule herbaceo foliisque rugosis, scabriusculis: caulinis lato-ovatis, obtusis, inaequaliter serratis; ramorum ovatis, acute serratis; spicis junioribus recurvis; bracteis ovatis, calyce brevioribus. *Schrad. MS.* St. glabriuscula; foliis ovatis, acutis, ad basin usque serratis; bracteis subulatis; calyce appresso brevioribus. *Sims Bot. Mag. t.* 1814. CYMBURUS *urticifolius Salisb. parad. t.* 53. (excl. syn.) ZAPANIA *urticifolia Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 520.

Differt a *jamaicensi*, praeter characteres datos, caulibus altioribus fere glabris; foliis minus crassis; subtus vix ad nervum scabris, magis acuminatis, acutius serratis, et basi quoque; bracteis subulatis potius quam ovatis, basi solum membranaceis. *Sims.* Cor. violacea. Cal. rhachi spicae immersus, dens interior exteriore latior exteriores dentes majores. *Sims. Habitat?* 4. ♄.

Obs. In hortis haud infrequens *jamaicensis* et *aajanensis* nomine, a quibus foliorum formâ et spicis junioribus recurvis facilis distincta. *Schrad. in litt.*

Pag. 204. n. 5. S. *dichotoma*. Addatur:

Obs. Species haec in *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* II. *p.* 226 distinguitur: „caule suffruticoso; foliis ovatis, apice angustatis, crenulatis, supra scabris, subtus cano-hirtis; bracteis lanceolatis, acuminato-subulatis, calyce brevioribus.“ „Rami dicuntur“ tetragoni, ad articulos compressi, pubescenti-hirti. “Folia 1 1/2-2 poll., basi in petiolum decurrentia, rigida, crenata, dentibus margine cartilagineo-incrassatis. Spicae crassitie pennae anserinae. Bracteae, Rhachis et Calyces hirta. Corolla violacea. — „Haec sane non exactissime conveniunt cum St. *dichotoma Fl. peruv.*, in qua bracteae longitudine calycis, serraturae *acuminatae!* nec folia crenata, dentibus margine incrassatis.“ *Crescit in littore Mexicano Oceani Pacifici juxta portum Acapulco.* ♄.

n. 5 a. S. *hirta Humb.* et *Bonpl.*; caule suffruticoso; foliis ovatis, apice angustatis, crenato-serratis, supra scabriusculis, subtus cano-hirtis; bracteis linearibus, subulato-subaristatis, calyce brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 226. *n.* 4.

Caulis tereti-tetragonus, pilis brevibus crebris obsitus. Folia opposita, ovato oblonga, apice acuta, basi in petiolum decurrentia, supra pilis adpressis, brevibus. Petioli brevissimi. Spicae terminales, solitariae, subpedales, crassitie pennae anserinae. Bracteae strigoso-hirtae. Calyx tubulosus, pilosiusculus, quadridentatus, dentibus acuto-mucronatis. Corolla in specimine nostro marcida; pallide violacea ex *Bonpl.* Ovarium subconicum. Stylus capillaceus, glaber. Stigma depresso-capitatum. Fructus exsuccus, calyce inclusus eoque brevior, oblongus, compressiusculo-teres, laevis, glaber, fuscus, biloculares, bipartibilis, 2 lin. longus; loculis monospermis. *In collibus aridis Regni Novo-Granatensis prope Olleros et Sondorillo*, alt. 800-1000 hex. ♄. Praecedenti *dichotomae* simillima, distinguitur tantum foliis crenato-serratis, spicis longioribus, bracteisque angustioribus

Pag. 204. n. 8. STACHYTARPHETAE *cajanensi* addantur synonyma:

Link Enum. alt. I. *p.* 19. St. caule suffruticoso; foliis ovatis, crenato-serratis, obtusissimis, glabris; bracteis linearibus, subulato aristatis, calycem subaequantibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 226. *n.* 5.

Folia membranacea, basi in petiolum angustata, dentibus serrulatis (subtus ad nervos hirtis. L.) Bracteae hispidae K. (Cor. caerulea. *Link.*) *In Nova-Andalusia juxta Cumanam, Bordones, et Caripe: item in Provincia Jean de Bracamoros ad ripam fluminis Amazonum prope Fomependum*, alt. 0·450 hex. ♄.

n. 8 a. S. *umbrosa Humb.* et *Bonpl.*; caule suffruticoso; foliis oblongo-ovatis, utrinque acutis, grosse et argute serratis, utrinque glabris; bracteis lanceolato-subulatis, calyce brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 227. *n.* 6.

Caulis erectus, obtuse tetragonus, pilis minutissimis conspersus. Folia opposita, basi in petiolum angustata; membranacea, 2 poll. Petioli 1/2 poll. et ultra, margine membranaceo-alati. Spicae subterminales, 4-5 poll., crassitie pennae columbinae. Bracteae utroque latere basi membranaceae, scabriusculae. Calyx glaber. Corolla caerulea. *Crescit locis umbrosis prope Cumana.* ♄.

n. 8b. S. *canescens Humb.* et *Bonpl.*; caule suffruticoso; foliis ovato-ellipticis, acutis, (argute) serratis, villoso-canescentibus; bracteis lanceolatis, subulato-aristatis, calyce multo longioribus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 227. *n.* 7.

Caulis erectus, densissime villosus, obsolete tetragonus. Folia opposita, brevissime petiolata, basi cuneata, reticulato-venosa, crassiuscula, praesertim subtus dense cano-villosa, 1 1/2-2 poll. Spicae subterminales, demum alares, solitariae, 8 poll. crassitie pennae anserinae. Bracteae villoso hirtae, ut Calyx tubulosus, quadridentatus. Corolla generis, violacea. Ovarium subconicum, glabrum. Stylus capillaceus, glaber. Stigma subcapitatum. Fructus exsuccus, oblongus, acuminato-mucronatus, compressiusculus, hinc inde sulcatus, laevis, glaber, fuscus, calyce persistente tectus, bilocularis, bipartibilis, vix 2 lin. *Crescit in Regno Peruviano ad littora Oceani Pacifici prope Santa.* ♄.

Pag. 204. n. 9. ST. *orubica.* Addatur synonymon:

ST. caule suffruticoso; foliis rhombeo-ovatis, acutis, serratis, utrinque pubescenti-scabriusculis; bracteis subrotundo-ovatis, cuspidato-subulatis, ciliatis, calyce majoribus. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. *p.* 22[illegible]. *n.* 8.

Frutex 6 fere pedum, ramosissimus; ramis teretiusculis, vix manifeste pubescentibus. Folia 2 poll. et ultra, grosse et argute serrata, basi cuneata et in petiolum angustata, rigidiuscula. Spicae subterminales, 8 poll. aut pedales, crassitie pennae cygneae. Bracteae glabrae ut calyx, ciliatae. Corolla violacea ut in ANCHUSA *officinali.* *Prope Turbaco Novo-Granatensium*, alt. 186 hex. ♄.

Pag. 204. n. 10. ST. *mutabili* adde synonyma:

S. caule fruticoso; foliis ovatis, serratis, rugosis, superne scabris, subtus incano-pubescentibus; bracteis lanceolatis, subulatis, calyce brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 227. *n.* 9. *Link Enum. alt.* I. *p.* 19. *Bot. Mag. t.* 976.

Bracteae hirtae. *Ad ripam amnis Guayre in convalli Caracasana*, alt. 414 hex. ♄.

n. 10a. STACHYTARPHETA *crassifolia;* caule fruticoso; foliis oblongo-obovatis, obtusis, subserrato-crenatis, supra glabris, subtus reticulato-venosis, pubescentibus; spicis

strictis; bracteis calyce (duplo fere) brevioribus. *Schrader* in *Gott. Gel. Anz.* 1821. *n.* 72. *p.* 709.

Mutabili maxime affinis, sed distincta, praeter characteres datos, formâ et substantiâ crassiore foliorum, spicâ multo breviore, floribus violaceis. Frutex mediocris ramis glabris. Folia in petiolum attenuata, quam in congeneribus crassiora. Spicae spithamaeae et ultrà, bracteis ovato-lanceolatis, acuminatis. Cal., uti bracteae, glaber, 4-dentatus. Cor. violacea. *Schrader MS.* *In Brasilia. Seven. Princ. a Neuwied.*

Pag. 205. n. 12. STACHYTARPHETAE *prismaticae* addatur synonymon:

Link Enum. alt. I. *p.* 18.

Bracteae floribus breviores. Cor. caerulea.

14. STACHYTARPHETA *hirsutissima Link*; caule foliisque ovalibus acute crenatis hirsutissimis, spicâ longissimâ, bracteis calyce minoribus, appressis. *Link Enum. alt.* I. *p.* 19.

Caulis 1-2 ped., erectus; folia cum petiolo 4 1/2 poll., 2 poll. lata, in petiolum attenuata, acutiuscula, pilis rigidiusculis hirsutissima. Spica terminalis 1-2 ped.; bracteae lanceolato-lineares 3 lin. longae. Cal. laciniis 4 lincaribus, 4 lin. Cor. caerulea tubo calycem 3 lin. superante; limbo 3 lin., laciniis obtusis. *Link l. c.* *In Brasilia.* 24.

Obs. Cls *Link* STACHYTARPHETAS rectius quidem STACHYTARPHAS dicit: sed quot non nomina incudi reddenda, si recta vellet restituere omnia!

n. 90. LYCOPUS.

Pag. 206. n. 1. LYCOPUS *europaeus.* Addatur synonymon:

Wahlenb. Fl. Upsal. p. 10. *Svensk Bot. t.* 262.
L. *vulgaris Pers. Syn.* I. *p.* 24. L. *aquaticus Mönch.*

n. 3. LYCOPUS *exaltatus.* Addatur synonymon:

Sebast. et *Maur. Prodr. Fl. Rom. p.* 8. (qui inviti ab *europaeo* separant.) LYCOPUS *pinnatifidus Pall.* (fide *Steudel.*)

Pag. 207. n. 4. LYCOPO *Virginico* addatur:

Obs. LYCOPUS *virginicus Willd. Enum. Suppl.* p. 2 potius varietas *europaei*: bracteis parvis, 3-4 lin. *Link Jahrb.* 1. 3. p. 55. Cls. *Nuttall Gen.* p. 15. distinguit L. *virginicum* calyce quadrifido, seminibus breviore.

n. 4 a. LYCOPUS *bracteatus Mühlenb.*; foliis oblongo-lanceolatis, acuminatis, attenuatis, serratis, glabris; verticillis sessilibus; bracteis linearibus, acutis, reflexis. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 55.

In America septentr. Mühlenb. in *Herb. Willd.*

Pag. 207. n. 7. LYCOPIS addatur:

8. LYCOPUS *diantherа Buchan.*; annuus, erectus, te-

tragonus; foliis petiolatis, rhombeo-ovatis, serratis; calyce bilabiato. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 145.

1-2-ped. Caules obsolete sulcati, angulis subpilosis. Rami axillares decussati. Folia declinata, anteriore margine serrata, subtus glandulis minutis obscurioribus punctata, circiter poilicaria. Racemi terminales. Bracteae oppositae, lanceolatae, uniflorae. Flores pedicellati, parvi, pallidissime rufofusci, fere albi. Cal. labium inferius adscendens, tridentatum, inferius bipartitum, intus pilis munitum. Cor. tubus brevis, subtetragonus, laciniâ limbi superiore latâ, emarginatâ, lateralibus 2 ejusdem longitudinis angustioribus, semicircularibus; infimâ magnâ, subrotundâ. Filamenta 4 brevia, in angulis tubi. Antherae geminae in filamentis longioribus; in brevioribus abortivae. Affinis THYMO. *Roxb. l. c. In Nepala.* Dr. *Buchanan.*

9. LYCOPUS *sinuatus Elliott;* repens; foliis profunde sinuatis incisisque, subrugosis; calyce 5-fido: laciniis acutissimis. *Elliott Bot. of S. Carolin. et Georgia. p.* 187.

Quid LYCOPUS *vulgaris Nuttall Gen.* p. 16. (rudimentis Staminum 2 sterilium?)

LYCOPUS *angustifolius Nutt.* l. c. Ipsi cl^o *Nuttall* dubii videntur.

LYCOPUS *pensylvanicus Fisch.?*

LYCOPUS *rubellus Mönch.?*

93. ZIZIPHORA.

Pag. 208. n. 1. ZIZIPHORA *mariana.* Addatur synonymon: CUNILA *mariana Link Enum. alt.* I. *p.* 18. *Nutt. Gen. p.* 16.

Folia glaberrima, subserrata. Cal. sulcatus, glaber, oblongus, superne parum ampliatus, in ZIZIPHORA potius contractus, multo brevior. Cor. purpurascens. *Link.*

n. 2. ZIZIPOORA *clinopodioides.* Addatur synonymon: *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 20 (et, hoc teste: *Z. serpyllacea Bot. Mag.* 906 (excl. syn. praet. *Ait.*) *Link Enum. alt.* I. *p.* 17.

Folia ovata, subserrata. Capitula terminalia. Calyces pubescentes. *Link.*

2a. ZIZIPHORA *media Link;* foliis ovatis, acuminatis, subintegerrimis, nervosis; floribus capitatis; calycibus hirsutis, basi pubescentibus. *Link Enum. alt* I. *p.* 17. et *Jahrb.* *Z clinopodioides Herb. Willd.* fide *Link.*

Valde affinis *dasyanthae*, e qua in horto fortassis enata, at calycibus non ita pilosis, floribus nunquam in anthuro (spicâ verticillatâ), foliis rarissime crenâ insignitis. Reliqua conveniunt. *Link.* Cls. *Steudel* eandem dicit cum *dasyantha* esse speciem.

Pag. 209. n. 3. ZIZIPHORA *glabella*. Addatur synonymon: HEDEOMA *glabra Pursh Fl. Sept. Amer.* II. *p.* 414.

Obs. HEDEOMA *glabrum;* perenne, glabrum; caule ramoso; foliis radicalibus subovatis, caulinis oblongo-linearibus, obtusis, omnibus integerrimis aveniis; pedunculis longis, basi bibracteatis, terminalibus, ut plurimum ternis; *Nuttall Gen.* p. 16. huc spectare videtur. Caulis 6-12 poll., acutangulus, a basi ramosus. Folia obtusiuscula, glandulis diaphanis, glabra, sessilia. Flores majusculi, subcampanulato-ringentes; calyx subcylindricus et ringens, fauce interne ciliata. *Nuttall.* *In ripa fl. Laurentii et lacuum majorum, Ohio et Tennessee, in calcareis.*

n. 4. ZIZIPHORA *pulegioides*. Addatur synonymon: HEDEOMA *pulegioides Pursh Fl. Sept. Amer.* II. *p.* 414. *Nutt. Gen. p.* 16.

Flores calyce minores. *Nutt.* *A Canada ad Carolinam.*

Pag. 209. n 6. ZIZIPHORA *capitata*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 17. *M. a Bieb. taur. cauc. Suppl. p.* 21.

Folia lanceolata. Bracteae ovatae. Flores capitati. Calyces hispidi. *Link.* An huc instar γ. Z. *alpina Mill.?* quaerit cl. *Steudel.*

7 a. ZIZIPHORA *acinoides Willd. Enum.*; foliis ovatis, acuminatis, nervosis, ciliatis; floribus verticillatis, quaternis; verticillis approximatis; bracteis ovatis. *Link Enum. alt.* I. *p.* 17.

Similis *hispanicae*. Z. *acinoidem Linn.* cum *clinopodioide* merito junxit *Rudolph. Link.* *In Sibiria.* ☉.

Pag. 210. n. 9. ZIZIPHORA *tenuior*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 17.

Flores verticillati. Cal. hispidus. Cor. tubus inclusus. *Link.*

Pag. 210. n. 10. ZIZIPHORA *taurica*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 17. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 21. *Ejusd. Cent. pl. rar. ross.* 2. *t.* 82.

Flores verticillato-spicati. Cal. hirtus. Cor. tubus exsertus.

Pag. 210. n. 11. ZIZIPHORA *serpyllacea*. Addantur synonyma:
M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p. 21. *Link Enum. alt.* I. *p.* 17. et hoc teste Z. *serpyllacea Bot. Mag.* 906 sine dubio, (contrarium sentiente *M. a Bieb.*). Z. *odoratissima Loddig.* Thym. humil. fol. angustissimis. *Buxb.* C. 3. p. 28. t. 51. f. 2.

Folia lanceolato-linearia. Flores capitati. Bracteae nullae. Cal. pilis brevissimis reflexis. *Link.*

Pag. 211. n. 12. ZIZIPHORA *dasyantha*. Addatur synonymon: Z. floribus verticillato-capitatis; calycibus lanatis; foliis

subrotundo-ovatis, basi subciliatis; caule suffruticoso; ramulis pubescentibus. *M. a Bieb. taur. cauc. Suppl. p.* 21. *Link Enum. alt.* I. *p.* 17.

Folia ovata, acuminata, crenata, nervosa; flores spicato-capitati; calyces undique hirsutissimi. *Link.*

Obs. Differre a *serpyllacea Bot. Mag. t.* 906 staturâ minore, caulibus magis procumbentibus, floribus lilacino-caerulescentibus, staminibus longioribus, odore nullo.

n. 13. ZIZIPHORA *hispida*; ramosa, undique hispido-pilosa; foliis linearibus, nervosis, margine revoluto integerrimis; verticillis subquadrifloris; calycibus hispidissimis; laciniis subulatis. HEDEOMA *hispida Pursh Fl. Sept. Amer.* II. *p.* 414. HEDEOMA *hirta Nutt. Gen. p.* 16.

Vix 2-6 poll. Folia lineari-sublanceolata, utrinque acuta, venosa; verticilli multiflori. Flores exigui, calyce breviores. Bracteae ciliatae. Cal. strigosus. *Nutt.* *In ripis Missouri.* ☉.

n. 14. ZIZIPHORA *bracteolata*; pubescens; caule simplici, tenui; foliis lineari-lanceolatis, utrinque acutis, integerrimis; pedicellis setaceis bracteolatis, 3-5-floris; calyce oblongo, aequali; corollâ minuta? HEDEOMA *bracteolata Nutt. Gen.* II. *p.* 0. *addend.*

In Carolina cum glabra. Affinis ACYNO.

Quid ZIZIPHORA *verticillata* (CUNILA *verticillata Mönch*) apud *Steudel.*?

94. MONARDA.

Pag. 212. n. 3. MONARDA *mollis.* Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 10.

Obs. Poiret Enc. Suppl. V. p. 734 monet MONARDAM *mollem Linn.* et *Pursh* non esse eandem cum *molli Willd.*; cis tamen *Link* l. c. non consentit; bracteas petit virentes, corollam purpurascentem.

Pag. 212. n. 5. MONARDA *clinopodia* restituatur sic:

5. MONARDA *clinopodia*; floribus capitatis; foliis laevissimis serratis. *Linn. Spec.* I. *p.* 32. Monarda foliis ovato-lanceolatis, verticillis lateralibus dichotomis corymbosis, foliis inaequaliter serratis. *Gron. virg.* 9.

Rad repens. Facies plantae praecedentis (*didymae*) quoad staturam, at folia gerit CLINOPODII *incani* omnino; neque huic spica rubra, sed purpurea, nec flores tetrandri; foliisque glaberrimis distincta a prima (*fistulosa*); folia ovato-oblonga, acuminata, profunde serrata, petiolata, utrinque laevia. Caulis quadrangularis, magis quam in prima (*fistulosa*), minus argute quam in secunda. Flores in capitulum bracteis radiatum, pallidi. *In Virginia.* ♃.

Obs. Haec *Linnaeus* l. c. At *Pursh Fl. Sept. Amer.* I. p. 17 sub sua MON. *clinopodia* (capitulis parvis, simplicibus, terminalibus; bracteis exterioribus lato-ovatis, acutis, integerrimis, glabriusculis; calycibus

brevibus, ciliatis; corollis pubescentibus, tenuibus; foliis ovato-oblongis, acuminatis, serratis, pilosiusculis; caule obtusangulo, glabro), ad quam M *glabram Lam. Enc.* IV *p.* 256. cum? citat, in M *Clinopodia Willd. Spec.* I. p. 125, ergo etiam in ipsis *Linnaei Spec.*, exludit synon. *Gronov.*, quod in *Museo Banksiano* CLINOPODIUM *incanum* spectare affirmat (s. PYCNANTHEMUM *Mich.*) Flores notat flavos, maculis purpureis. Dico *willdenow* Linnaei plantam ignotam fuisse, monet *Link* sub *affini*. Et divum quoque *Vahl* fefellisse, cujus descriptio *clinopodiae* ad *purpuream* spectat. Cum flores flavi sint, vix erit M. *violacea*, ut videtur clo *Steudel*.

Pag. 212. n. 4. MONARDAE *oblongatae* addatur synonymon:
M. undique hirsuta; capitulis simplicibus; bracteis exterioribus ovatis, acutis; calycibus brevibus, fauce barbatis: dentibus divaricatis; caule obtusangulo superne hirsuto. *Pursh Fl. Sept. Amer.* I. *p.* 18. *Link Enum.* I. *alt. p.* 9.

Bracteae antice purpureae. Cor. purpurascens.

Pag. 212. n. 7. MONARDA *purpurea*. Huic addatur, monente *Pursh* l. c., descriptio M. *Clinopodiae Vahl* in *Syst. Veg. ed. nostr.* sub Nro 5. (non diagnosis.)

Pag. 213. n. 8. MONARDA *altissima*. Addatur synonymon:
Willd. Enum. p. 33. *Link Enum. alt.* I. *p.* 9. M. *fistulosa*, *β altissima H. Belved.*

Bracteae nervo rubro. Cor. pubescens, purpurascens. Valde similis *affini* et vix diversa. *Pursh* non habet. *Link* l. c. Huic subjungatur:

n. 8 a. MONARDA *affinis Link*; caule hirto; foliis subcordatis, oblongis, serratis, hirtis; floribus capitatis; bracteis nervo rubro: corollis purpurascentibus. *Link Enum. alt.* I *p.* 9. M. *Clinopodia*, foliis ovato-lanceolatis, basi rotundatis, inaequalibus, pubescentibus, remote serratis; floribus capitatis; bracteis pallidis. *Willd. Enum. H. Berol. p.* 32. fide *Link*.

M. *clinopodia Linn.* est planta dubia, cui folia glabra tribuit. M. *clinopodia Pursh* differt a nostra caule glabro, et corollarum colore. Folia molliora quam in *altissima*. *Link*.

Pag. 213. n. 9. MONARDA *rugosa*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 10. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 734.

Obs. MONARDAM *glabram Lam.* a. *Vahlio* huc, dubitando licet, ductam rectius ad M. *Clinopodiam*, uti clo *Pursh* videbatur, spectare: *Poiret*. Bracteae virentes, saepe nervo rubro. *Link*.

n. 10. MONARDA *Kalmiana*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 10.

Bracteae purpureae. Corollae pubescentes. Odor Thymi. M. *didymâ* major.

n. 12. Monarda *ciliata*. Addatur synonymon:
Blephilia *ciliata Raffinesque* apud *Stendel*.

Pag. 214. n. 14. Monarda *punctata*. Addantur synonyma:
Link Enum alt. 1. *p.* 10. *Bot. Regist.* 87.

Pag. 214*f* 81. n. 15. Monardae *citriodorae*. Addatur synonymon:
Link Enum. l. c.

Bracteae virentes, floribus subaequales, apice spinulosae. *Link.*

Quid Monarda *dubia Fischer.*?

95. ROSMARINUS.

Pag. 214. n. 1. Rosmarino *officinali* addatur synonymon:
Hayne getr. Darst. off. Gew. VII. B. *n.* 25.

96. SALVIA.

Pag. 216. n. 4. Salvia *canariensis*. Addatur synonymon:
Schraderia *hastata Mönch*.

Pag. 217. n. 5. Salvia *aurea*. Addatur descriptioni ex *Thunb. Fl. cap. MS.* n. 1.

„Caulis 2 ped., inferne glaber; rami patentes et divaricati. Flores bini, oppositi, pedunculati. Calycis labium superius emarginatum, inferius bifidum, laciniis obtusis. Labium corollae superius emarginatum, laciniis lateralibus obtusis, reflexis. Filamenta 4, duo inferiora quadruplo breviora. Sem. subrotunda, glabra."

Pag. 217. n. 6. Salvia *dentata*. Addatur synonymae S. *rigidae Thunb.*; foliis lanceolatis, dentatis, tomentosis, ramis erectis, virgatis, descriptio sequens ex *Fl. cap. MS.* n. 5.

„Caulis fruticosus, erectus, glaber, ramosissimus, fere orgyalis. Rami et ramuli decussati, inferne teretes et glabri, superne tetragoni, apicibus subtomentosi, incurvati, frequentes. Folia petiolata, acuta, interdum integra, saepe dentata. convoluta, tenuissime tomentosa, attenuata in petiolos, semipollicaria. Axillae foliis minoribus onustae. Flores verticillati, bracteati. Calyces scabri, glandulis aureo-micantibus. Similis S. *chamaelagneae*, sed diversissima. 1. caule magis erecto, et ramis magis divaricatis. 2. foliis eroso-dentatis, vix rugosis, nec niveis. 3. calycibus scabris, micantibus, nec hirsutis."

Pag. 217. n. 8. Salvia *glandulifera*. Huic subjungatur:
n. 8 a. S. *hirta Humb.* et *Bonpl.*; caule fruticoso, erecto, bifariam piloso; foliis ovato oblongis, acuminatis, crenato-serratis, subtus incano-pubescentibus; spicis paniculatis; verticillis remotis, paucifloris; bracteis (subrotundo-) ovatis, acuminatis, hirsutis, calyce brevioribus,

deciduis; calycibus subglanduloso-pilosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 239. *n.* 29.

Frutex ramis tetragonis, glabris, lineis duabus oppositis pilosis instructis. Folia 2 poll., petiolata, supra viridia et tenuissime pubescentia. Petiolus subpollicaris, canaliculatus, interne pilosus. Spicae verticillatae, pedunculo pedicellisque hirsutis; pilis glanduliferis, viscidis. Bracteae acuminato-cuspidatae. Calyx tubuloso-campanulatus, bilabiatus, striatus, hirtus; labio superiore acuminato, inferiore bifido, laciniis acuminato-mucronatis. Corolla haud suppetit; purpurea, calyce triplo longior, superne hirsuta ex *Bonpl.* Stamina longe exserta. *Crescit in Andibus Peruvianorum prope pagum Agavaca Avillam Lucarque*, alt. 1000-1400 hex. ♄. SALVIAE *glanduliferae Cav.* affinis.

Pag. 218. n. 10. SALVIA *punctata* removeatur, et ponatur ob calycem 2/3 post *n.* 91. ut sit *n.* 91 bis.

n. 11. SALVIA *incarnata*. Addatur cum? SALVIA *bracteata Russel* (Syst. Veg. ed. nostr. n. 164) secundum *Poiret*.

Pag 218. n. 12. SALVIA *interrupta*. Addatur synonymon: *Jacq. Fragm. p.* 61. *n.* 198. *t.* 90.

Petioli villosi. Foliola acutiuscula, supra atro-virentia. Flores utrinque 2-5, plus quam unciales. Cal. compressus, dentibus acutis Cor. glabra, calyce duplo longior; galea oblonga, erecta, emarginata, compressa; lobi laterales labii inferioris reflexi, parvi, intermedius subrotundus, emarginatus, maximus. Styl. galeâ longior. Semina glabra. *Jacq.*

n. 13. SALVIAE *pinnatae* addatur synonymon:
Jacq. Fragm. t. 49.

Pag 219. n. 16. SALVIAE *rosaefoliae* subjungatur:

16 a. SALVIA *Linkiana*; foliis pinnatis bi- trijugis: foliolis sessilibus, lanceolatis, obtusiusculis, crenulatis, rugosis, subtus incanis; bracteis cordatis: infimis calyce longioribus. S. *pilantha Link Enum. alt.* I. *p.* 10. *Jahrb.* 1. 3. *p.* 52. S. *rosaefolia H. Berol.* olim.

Nomen mutandum erat (utpote recens adhuc) cum graeca latinis misceri nefas. Caulis 2-3 ped., ramis tomentosis. Petiolus longus, tomentoso-villosus. Foliola ab extimo decrescentia, extimum 2-3 poll., 8 lin. latum; infimum 4 lin.; summa in petiolo decurrentia irregulariter crenata, subundulata, omnia supra fere glabra, subtus pilis mollibus incana. Bracteae villosae. Verticilli 6-flori. Cal. villosus, lineatus, subvenosus, galeâ crenatâ, labio bilobo. Cor. caerulea, galeâ pilosâ, labio dilatato margine caeruleo, disco ochroleucro caeruleopunctato: tota 14 lin. S. *rosaefoliae* genuinae foliola petiolata, obverse oblonga, serrata, bracteae lanceolatae. *Link Enum.* l. c. In *Jahrb.* dixit folia non esse interrupte pinnata, ut in *interrupta*, *pinnatave*; foliola non dilatata apice et obtusa, ut

in *rosaefolia*, nec serrata pilis adpressis, sed rugosa ut in *interrupta*, lanceolata, crenulata, tomento tenui subtus alba. *Habitat?* ħ. In Tepid.

Pag. 220. n. 18. SALVIAE *Hablizianae* addatur synonymon:
S. hirsuta; fol. pinnatis: foliolis linearibus, integerrimis, subverticillatis; bracteis orbiculato-ovatis, acuminatis. *Bot. Mag. t.* 1429. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 22. *Link Enum. alt.* I. *p.* 11. *Clarke's trav.* I. *p.* 574. S. *taurica Hablitz* omnino hujus loci.

Pag. 221. n. 19. SALVIAE *vulnerariaefoliae* addatur:

Obs. In hac foliola ut plurimum 4, extimum triplo quadruplo reliquis majus, ita, ut inferiora fere disparent, omnia obtusa; in affini *Hablitziana* foliola 6 et 8, omnia aequalia acuta. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 56.

Pag. 221. n. 20. SALVIA *lanceolata*. Addatur synonymon:
S. caule herbaceo, pubescente; foliis lanceolatis, obtusis, remote serratis, subtus pubescentibus; spicâ subracemosâ; verticillis bifloris; calycibus pubescentibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 231. *n.* 2.

Pili caulis et foliorum reflexi. *In convalli Guanaxuatensi Novae Hispaniae*, alt. 1080 hex. 24.

Obs. Cls. *Kunth* l. c. dubia nostra circa S. *lanceolatam Legasceae* non solvit.

Pag. 221. n. 21. SALVIAE *hirsutae* addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 11. S. *praecox* et *tetragona Hortul.*

Bracteae cordatae imbricatae. *Link.*

Pag. 222. n. 24. SALVIA *angustifolia*. Addatur synonymon:
S. caule herbaceo, hirto; foliis linearibus, glabris, integerrimis, inferioribus subserratis; verticillis paucifloris; calycibus pilosis; labio inferiore latissimo. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 231. *n.* 1.

In alsis Novae Hispaniae prope Totonilco et Grande et speluncam Dantoe, alt. 1100 hex. 24.

Pag. 223. n. 26. SALVIA *azurea*. Addatur synonymon:
Sims Bot. Mag. 1728.

Pag. 223. n. 26 a. S. *Humboldtiana*; caule foliisque cano-pubescentibus, subtus albidis, lanceolatis, acutis, crenatis; verticillis multifloris; calycibus pubescentibus. S. *lavanduloides Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 231. *n.* 3.

Caulis herbaceus, ramosus, tetragonus ramique quadrangulares, cano-pubescentes, pilis reflexis. Folia brevissime petiolata, basi cuneata integerrima, utrinque pubescentia, 1 1/2-2 poll. Spicae 2-poll. et ultra, terminales, verticillatae, longe pedunculatae; verticillis approximatis, 10-12-floris. Flores magni-

tudine THYMI *Acinos*, breviter pedicellati. Calyx tubuloso-campanulatus, bilabiatus, striatus, cano-pubescens, caerulescens; labio superiore integro, acuto, breviter mucronato; inferiore bifido; laciniis acutis. Corolla pallide caerulea; tubo calycem vix aequante; labio superiore brevi, rotundato, retuso; labio inferiore trifido, convexo-reflexo, superiorem triplo superante; laciniâ intermediâ maximâ, apice emarginatâ. *In regione temperata prope urbem Pazcuaro in litore lacus*, alt. 1130 hex. (Nov. Hispan.) 2.

(*Obs.* Nomen mutandum erat ob *lavandulaefoliam* antiquorem *Vahl.*)

Pag. 223. n. 26 b. S. *stachyoides Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, subsimplici foliisque pubescentibus, concoloribus, lanceolatis, acutis, crenato-serratis; spicâ oblongâ, longe pedunculatâ; verticillis (valde) approximatis, multifloris; calycibus cano-villosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 232. *t.* 138. n. 4. S. *longifolia Herb. Willd.*

Herba erecta, tripedalis. Caulis tetragonus, pubescens, subramosus; pilis reflexis. Folia breviter petiolata; basi angustata, viridia pilisque brevibus raris conspersa, 2-3 poll. Petiolus 4-5 poll., canaliculatus, pubescens. Spica 1 1/2 poll., terminalis, verticillata, solitaria; interdum duae axillares, approximatae; verticillo infimo distante. Bracteae oblongae, acuminato subulatae, pubescentes. Calyx tubulosus, striatus; labio superiore integro, acuto; inferiore bifido, laciniis acuminatis. Corollae haud suppetunt; caeruleae ex *Bonpl.* *In montibus frigidis mexicanis prope Los Joares et Santa Rosa de la Sierra*, alt. 1350 hex. 2.

26 c. SALVIA *bengalensis König MS.*; fruticosa; foliis lineari-ovatis, lanceolatis, integerrimis; racemis e verticillis distinctis multifloris: antherâ singulâ ad singulam filamentorum divisionem. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 146. *n.* 1.

Caulis raro erectus, lignosus, saepius crassitie brachii, cortice fisso, dehiscente: rami juniores teretes, pubescentes. Folia fere SALVIAE *officinalis*, hâcque magis aromatica. Racemi terminales, saepius compositi. Verticilli approximati, globosi, multiflori. Cal. gibbus, pubescens, 5-4 dentatus. Cor. alba, labio utroque recurvo s. patente. Filamenta saepe 3-4, apice bifida, et laciniâ singulâ antherâ ovatâ. *Roxb.* l. c. *Ad littora Coromandel.* D. *Parsons.* b.

26 d. SALVIA *brachiata Roxb.*; annua, erecta, brachiata; foliis oblongis, crenatis, tomentosis; racemis e verticillis 6-floris; seminibus in receptaculo (carnoso) elevatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 146. *n.* 2.

Caulis tetragonus, sulcatus, pubescens, 1-2 ped., ramis adscendentibus. Folia in petiolum decurrentia, undulata, rugosa, subtomentosa, 2-3 poll. Racemi terminales longi: bracteae

6 sub verticillo singulo. Flores parvi, pallide purpurei. *Roxb. l. c.* *In humidis Indiae.*

26 e. SALVIA *splendens Sellow*; calycibus campanulatis, trilobis, coloratis; verticillis trifloris, subnudis; foliis deltoidibus, acuminatis, serratis. *Nees* ab *Esenb.* in *Princ. Neuwied Reis. App.*

Affinis S. *reglae Cav.* *Circa Cabo Frio.*

Pag. 223. n. 27. SALVIA *occidentalis.* Addatur synonymon:
S. caule herbaceo, hirto; foliis ovatis, subcuneatis, crenato-serratis, supra (adpresso-) hirtis, subtus (sub) pubescentibus; verticillis subsexfloris, distantibus; calycibus piloso-glandulosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 234. *n.* 14.

Rami hirti; pilis sparsis, reflexis. Folia basi in petiolum angustata, subtus subpubescentia, praesertim in venis. Spicae terminales, solitariae, graciles, verticillatae. Bracteae ovatae, acuminato-subulatae; pubescentes, floribus breviores. Calyx tubuloso-campanulatus, striatus, bilabiatus; labio superiore obtuso, integro; inferiore bifido, laciniis subulatis. Corolla haud suppetit. *Prope Havam in Insula Cuba.* 4.

n. 28. SALVIA *pseudococcinea.* Addatur synonymon:
S. caule fruticoso, erecto; ramis pilosis, foliis oblongo-ovatis, acutis, subcordatis, crenatis, subtus cano-pubescentibus; verticillis subsexfloris, distantibus; bracteis oblongo-lanceolatis, acuminato-subulatis, pubescentibus; calyce pubescente brevioribus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 239. *n.* 30.

In Nova Andalusia, declivitate montis Fumiriquiri, alt. 520 hex. *b.*

Pag. 224. n. 29. SALVIA *Bonsianae* addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 224. SALVIA *amoena Sims*; caule fruticoso; foliis cordatis, crenato-serratis, rugosis, undulatis, subtus pallidis; calycibus trifidis; racemis terminalibus verticillatis, ebracteatis. *Bot. Mag. t.* 1294. (fid: *Jacquin.*) *Bot. Repos.* 446. S. *violacea Donn H. Cantabr. edit.* 4. *p.* 8. An S. *melissaefolia Cat. H. Paris* quaerit *Poiret Enc. Suppl.* V. *p.* 47.

Obs. Non occurrere in *Herb. Bonpl. Kunth* in *Humb.* et *Bonpl. Nov. Gen.* II. *p.* 246. Caulis obtuse quadrangulus, ad genicula tumidus, ramosus. Folia pendula, saturate viridia, vix pubescentia, acuminata, 3-4 poll., 1 1/2 poll. lata, longitudine petiolorum: superiora ramorum florentium verticillata. Verticilli 6-flori, floribus brevissime pedunculatis. Cal. labium superius integrum, acutum, apice subreflexum, glabrum. Cor. calyce duplo longior, fere pollicaris, laete violacea: labium superius extus pilosum, apice subrecurvum; inferius dependens, trilobum, lobis subaequalibus, obtusis. Stamina corolla breviora: antherae purpureae, polline flavo. Stylus purpureus, exsertus, pubescens:

stigmata revoluta. Affinis S. *amethystinae Smith*, sed diversa foliis subtus non tomentosis, caulibus magis fruticosis, ramosisque. Foliis convenit cum S. *tubiflorae Smith*, sed floribus abunde diversa. S. *violacea Vahl* est planta annua, valde distincta. In India occidentali. ♄.

Pag. 224. n. 30. Salviae *roseae* addatur:

Obs. Salviam *roseam* a *Klein* missam non habere folia glabra in *Herb. Willd.*, sed tomento gaudere tenui; a *coccinea* tamen differre foliis cordatis minus tomentosis, calycibusque fere glabris. Interea adjacere specimen a *Roxb.* missum vix a *coccinea* discernendum. *Link jahrb.* 1. 1. *p.* 57. Etiam div. *Roxburgh Fl. ind.* Salviam *roseam Vahl* eandem esse monet cum *coccinea* (Hormino *coccineo Mönch*), et americanam esse plantam.

Pag. 225. n. 35. Salvia *mexicana*. Addatur synonymon:

S. caule herbaceo, ramoso, erecto, pubescente; foliis ovatis, acuminatis, dentato-serratis, supra pubescentibus, subtus tenuissime cano-tomentosis; verticillis multifloris, remotis; calycibus pubescentibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 235. *n.* 18. Sclarea *mexicana* Mill. Jungia *altissima* Mönch.

Rami pubescentes pilis reflexis. Folia 2-3 poll., basi acuta, apice basique integerrima. Petiolus 1/2 poll., pubescens. Spicae 3-5 poll, terminales et axillares, verticillatae. Bracteae ovatae, acuminato-subulatae, pubescentes, calyce paulo longiores, deciduae Calyx campanulato-tubulosus, striatus, bilabiatus; labio superiore acuto, integro; inferiore bifido; laciniis acuminatis. Corolla violacea (1 1/2 poll. *Link*); labio superiore galeato, villoso-pubescente. *Prope Pazcuara Mexicanorum, locis temperatis*, alt. 1130 hex. ♃.

Pag. 226. n. 37. Salviae *chamaedryoidi* addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 11.

Cor. 6-7 lin.

Pag. 226. n. 38. Salvia *caesia*. Addatur synonymon:

S. caule fruticoso, erecto, pubescente; foliis oblongo-ovatis, acuminatis, serratis, subtus cano-pubescentibus; spicis paniculatis, secundis; verticillis multifloris, approximatis; bracteis calyce brevioribus, caducis; calycibus hirtis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 238. *n.* 27. *Link Enum. alt.* I. *p.* 11., et hoc teste: S. *polystachya Willd. Enum.* 40. et S. *linifolia Lagasc. Gen. p.* 2. *Syst. Veg. ed.* [illegible] *p.* 582, ubi ergo delenda.

Frutex ramis tetragonis, pubescentibus. Folia petiolata, 2 poll., (3 poll. *Link*) basi rotundata, supra glabriuscula. Petiolus 2 poll., pubescens, basi biglandulosus. Spicae verticillatae, paniculatae, floribus secundis. Calyx tubuloso-campanulatus, bilabiatus, striatus, labio superiore acuminato, inferiore bifido, laciniis subulatis. Corolla (6 lin. *Link*) ut in Salvia *polystachya*, caerulea, superne pilosa. Stamina inclusa. Stylus vix ex-

sertus. *Ad littora lacus Pazcuarensis in declivitate occidentali montium Mexicanorum*, alt. 1130 hex. ♄. A Salvia *polystachya Orteg.* vix diversa, nisi habitu, caule glabriore, foliis angustioribus, subtus pubescentibus, nec tomentoso-pubescentibus, spicis tenuioribus calycibusque hirtis, nec cano-hirtis.

n. 42. Salvia *procumbens*. Adde synonymon:
S. caule herbaceo, ramosissimo, procumbente, radicante, bifariam piloso; foliis ovatis, utrinque acutis glabriscque, crenato-serratis; verticillis 8- aut 10-floris, distantibus; calycibus piloso-glandulosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 235. *n.* 15.

Rami bifariam pilosi. Folia 1 1/2 poll. Petiolus 3 lin., pilosiusculus. Spicae 4-5 poll. Bracteae ovatae, acuminato-subulatae, pubescentes, calyce paulo breviores. Calyx campanulatus, striatus, bilabiatus; labio superiore integro, acuto; inferiore bidentato; dentibus acutis. Corolla haud suppetit. *In locis salsis ad litus Oceani Pacifici juxta Patibilcam Peruvianorum.* ♃.

Pag. 227. n. 45. Salvia *integrifolia*. Huic subjungatur:
45 a. Salvia *lanata Roxb.*; herbacea, tetragona, villosa; foliis sessilibus, ovato-oblongis, integerrimis, lanatis; floribus verticillatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 147. *n.* 3. S. *integrifolia Hardwicke Asiat. Research.* VI. *p.* 349.

In monte altissimo prope Adwaane in via a Hurdwar ad *Sirinagur.*

Pag. 228. n. 46. Salvia *triangularis*. Addatur descriptio ex *Thunberg Fl. cap. MS. n.* 6.

Caulis herbaceus, erectus, omnibus partibus hirsutus, pilis albis, bipedalis. Rami et ramuli oppositi, divaricati, flexuoso-erecti. Folia opposita, petiolata, cordata, triangulari-spathulata, patentia, vix pollicaria. Petioli longitudine foliii. Florum verticilli remoti, pedunculati. Pedunculi reflexi. Calyces angulati, aristati, corollâ paulo breviores. Distinguitur facile a S. *aurita:* 1. petiolis absque auriculis. 2. caule ramoso.

Pag. 228. n. 48. S. *hispanicae* addatur synonymon:
S. caule herbaceo retrorsum pubescente; foliis ovatis, serratis, acuminatis, basi acutis, pubescentibus; verticillis suboctofloris, approximatis; calycibus albido-pubescentibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 233. *n.* 9. *Bot. Reg.* 359.

Crescit in Regno Quitensi prope Chillo, alt. 1315 hex. ☉.
An reverâ *hispanica* europaea?

Pag. 229. n. 50. Salviae *praecoci* addatur synonymon:
Horminum *suaveolens Mönch.*

Obs. SALVIAM *praecocem* nec in Horto, nec in *Herb. Willd.* differre a *spinosa*, nisi quod subinde magis hirsuta. *Link Jahrb.* t. 3. *p.* 58.

n. 50 a. SALVIA *scordioides Hort. Paris.*; caule glanduloso, hirsuto; foliis ovato-lanceolatis, obtusis, crenulatis, rugosissimis, tenui-tomentosis, virentibus; racemis (anthuris) elongatis; floribus subsessilibus; calycibus tridentatis, oblongis. *Link Jahrb.* t. 3. *p.* 57.

Glutinosa, fragrans. Flores parvi, caerulei. *Habitat?*

Huic subjungantur:

n. 50 b. SALVIA *Betonica Herb. Willd.*; caule herbaceo, (sub) simplici, cano-pubescente; foliis oblongis, acutius ulis, basi angustatis, crenato-serratis, concoloribus, superne scabriusculis; spicâ oblongâ, longissime pedunculatâ; verticillis (arcte) approximatis, multifloris; calycibus pilosis. S. *elongata Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 232. *t.* 159. *n.* 5.

Caulis tetragonus, striatus, pilis reflexis. Folia breviter petiolata, subtus glabriuscula, venis pubescentibus, 1 1/2 poll., valde remota; internodiis 6-7 poll. Spica verticillata, 1 1/2-2 poll. Flores vix 4 lin. Bracteae ovato lanceolatae, calycem subaequantes, persistentes. Calyces tubulosi, striati, bilabiati; labio superiore integro, acuto; inferiore bifido; laciniis acutis. Corolla violacea; tubo calycem paulo superante; labio superiore subgaleato, emarginato, externe pubescente; inferiore triplo longiore, trilobo; lobo intermedio magno, emarginato; lateralibus abbreviatis. *In declivitate montium occidentalium Novae Hispaniae inter Ario et Aguasarco*, alt. 850 hex. 4.

Obs. Nomen mutandum ob *elongatam Spreng.*, quae expungenda in editione nostra *S. V.* T. I. *p.* 245, utpote eadem cum *lusitanica.*

n. 50 c. S. *collina Humb.* et *Bonpl.*; fruticulosa; ramis foliisque subtus albo-tomentosis, supra pubescentibus, lanceolato-oblongis, obtusiusculis, basi acutis, crenatis; spicâ longe pedunculatâ; verticillis multifloris, approximatis; calycibus albo-tomentosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 232. *n.* 6. SALVIA *saligna Willd. Herb.*

Fruticulus erectus, ramosus, odoratissimus, ramis tetragonis, inferioribus saepe decumbentibus. Folia breviter petiolata, supra viridia, pubescentia, pollicaria. Spicae terminales, verticillatae; verticillis inferioribus distantibus. Bracteae lanceolatae, tomentosae, caducae. Calyces campanulati, striati, bilabiati; labio superiore ovato, integro, acuto; inferiore bipartito; laciniis acuminatis. Corollae in specimine suppetente deciduae, caeruleae; labio inferiore albo maculato ex *Bonpl. In collibus siccis montium Quitensium prope Riobamba Nuevo*, alt. 1482 hex. ♄.

n. 50 d. S. *cupheaefolia; Humb.* et *Bonpl.*; caule her-

baceo, bifariam piloso; foliis ovato ellipticis, obtusiusculis, basi acutis, crenatis, (utrinque) glabris, margine hirtis; verticillis bifloris, valde remotis; calycibus glabris, ciliatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 233. *n.* 7.

Caulis 1 1/2 ped., ramis tetragonis, purpurascentibus, glabris, lineis duabus oppositis, pilosis. Folia petiolata, basi acuta et integerrima, margine pilis albis, brevibus 6-9 lin. longa. Petioli 4-6 lin. longi, glabri, margine membranacei. Spicae terminales, verticillatae, 4 poll. Pedunculi pilis patentibus apice glanduliferis. Pedicelli albo hirti Bracteae ovato-lanceolatae, longe acuminatae, glabrae, margine ciliatae, caducae, calycem subaequantes. Calyces tubulosi, sulcato-striati, bilabiati; labio superiore ovato, integro, acuto; inferiore bifido; laciniis acutis. Corollae haud suppetunt. *In sylvis Peruviae.* 2.

Pag. 229. n. 50 e. S. *rufula Humb.* et *Bonpl.*; caule suffruticoso, erecto, rufo-tomentoso; foliis ovatis, acuminatis, basi angustatis, (argute) serratis, subtus rufo-pubescentibus; verticillis subsexfloris, distantibus; calycibus pilosiusculis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 235. *ns* 16. S. *rufida Herb. Willd.*

Caulis 3 ped., ramis tetragonis, rufo-tomentosis. Folia petiolata, basi apiceque integerrima, reticulato-venosa, supra pilis parvis conspersa, 2-3 poll. Petioli 4-5 lin., canaliculati, rufo-tomentosi Spicae terminales et axillares, solitariae, 3-4 poll, verticillis 6-10 floris. Bracteae ovatae, acuminato-subulatae, pubescentes, ciliatae. Calyx bilabiatus, pilis sparsis obsitus; labio superiore integro, acuto; inferiore bifido. Corolla purpurascens; labio superiore pubescente. Genitalia inclusa. *In Andibus subfrigidis Quinduensibus prope Las Gallegos*, alt. 1382. (Regno Novo-Granatensi.) ♄.

5f. S. *tolimensis Humb.* et *Bonpl.*; caule fraticoso, erecto, rufo-pubescente; foliis ovato-lanceolatis, utrinque acutis, (inaequaliter) crenato-serratis, subtus dense (rufo-) pubescentibus; verticillis subsexfloris, distantibus; calycibus hirtis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 235. *n.* 17. S. *reticulata Willd. Herb.*

Caulis 3 ped. et ultra, ramis tetragonis, dense rufo-pubescentibus. Folia petiolata, reticulato-venosa, supra glabriuscula, pilis minutissimis conspersa, 2-3 poll. Petiolus 1/2 fere poll., canaliculatus, rufo-pubescens. Spicae terminales et axillares, 4 poll. Bracteae ovatae, acutae, serrulatae, subtus pubescentes. Calyx bilabiatus; labio superiore ovato, integro, acuto; inferiore bifido. Corolla labio superiore recto, externe pubescente. Stamina inclusa. *In monte Quindiu inter Ibague Tolimae metam*, alt. 740 hex. ♄. Praecedenti (*rufulae*) similis, foliorum formâ tamen satis distincta.

50 g. S. *tortuosa Humb.* et *Bonpl.*; caule fruticoso, erecto; foliisque subtus fuscescenti-tomentosis, ovato-ob-

longis, acuminatis, basi angustatis, serratis; spicis secundis; verticillis subsexfloris, approximatis; calycibus villoso-tomentosis; corollis elongatis; labio superiore galeato, inferiorem superante. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 236. *t.* 142. *n.* 19.

Frutex ramis tetragonis, tortuosis, fuscescentibus, tomentoso-pubescentibus. Folia petiolata, supra tenuissime pubescentia, subtus rufescenti-tomentosa, (in diagnosi fuscescenti) 2-3 poll. Petiolus tomentoso pubescens, subpollicaris. Spicae terminales, verticillatae, subflexuosae, 3-4 poll. Flores secundi, pollicares, longe pedicellati. Calyx tubuloso-campanulatus, bilabiatus, fuscescens, striatus; labio superiore ovato, acuminato, subulato; inferiore bifido, laciniis acuminato-subulatis. Corolla pubescenti-villosa; tubo calycem duplo triplove superante, superne ampliato; labio superiore emarginato, externe villoso; labio inferiore breviore, trilobo, subconcavo; lobis lateralibus rotundatis; intermedio multo minore, abbreviato, obcordato. Stamina et Stigma paulo exserta. *In Andibus Quinduensibus Novae Granatae*, alt. 1400 hex. ♄.

50 h. S. *moschata Humb.* et *Bonpl.*; caule fruticoso, erecto, glabro; foliis ovatis, acutis, basi cuneatis, (argute) serratis, (utrinque) glabris; verticillis 5- aut 6-floris, distantibus; calycibus glabris aut pilosis; corollis elongatis; galeâ angustâ, rectâ. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 236. *t.* 143. *n.* 20.

Frutex orgyalis, moschum redolens, ramis quadrangularibus, strictis, glabris. Folia petiolata, basi in petiolum decurrentia, venis subtus pilosis, 2 poll. Petiolus subpollicaris, glabriusculus. Spicae terminales, pedunculatae, verticillatae, 3 poll. Flores 15-16 lin. longi. Calyx tubulosus, striatus, junior fuscescenti-hirsutus, bilabiatus; labio superiore ovato, acuminato; inferiore bipartito, laciniis acuminatis. Corolla purpurea, calyce triplo longior, externe hirsuta, tubo superne ampliato, calyce duplo longiore; labio superiore elongato; recto, lineari-canaliculato, emarginato; inferiore duplo triplove breviore, trilobo, subconcavo; lobis rotundatis, intermedio abbreviato, retuso. Stylus labio superiore longior, latere superiore villosus. *In regione alsa, prope Almaguer Novo-Granatensium*, alt. 1170 hex. ♄.

50 i. S. *assurgens Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, subramoso, adscendente, pubescente; foliis ovato-ellipticis, utrinque acutis, (glabriusculisque) crenato-serratis; verticillis multifloris, inferioribus distantibus; calycibus sericeo-hirsutis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 236. *n.* 21.

Herba 10-12 poll. Caulis tenuissime pubescens, tetragonus. Folia breviter petiolata, venis subtus pubescentibus, 2 poll. Spica terminalis, longe pedunculata, verticillata, 3 poll. Pe-

dunculus 4-poll. Flores magnitudine floris STACHYDIS *annuae*. Calyx campanulatus, bilabiatus, pilis sericeis albidis; labio superiore ovato, obtuso, brevissime mucronato; labio inferiore bifido, laciniis obtusis mucronatis. Corolla pallide violacea? (carnea ex *Bonpl.*), tubo superne ventricoso, compresso, calycem subaequante; labio superiore galeato-concavo, pubescente, inferiore triplo longiore, trifido; laciniâ intermediâ maximâ, bilobâ, lobis rotundatis. Stamina inclusa. *Prope Pazcuaro Mexicanorum*, alt. 1130 hex. 4.

50 k. S. *clinopodioides Humb.* et *Bonpl*; caule herbaceo, erecto, superne albo-lanato; foliis ovatis, obtusiusculis, basi rotundatis (subcordatisve), crenatis, subtus pubescentibus; verticillis multifloris, distantibus; bracteis magnis, subrotundo-cordatis, (?) persistentibus; calycis albohirti labio inferiore breviore, reflexo. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 237. *n.* 23. *Tab.* 145.

Caulis tetragonus pilosus. Folia petiolata, utrinque pilis sparsis adpressis praesertim in venis obsita, 2 poll. et ultra. Flores verticillato-spicati; verticillis subglobosis. Flores 10 lin. longi. Bracteae subrotundo-ovatae, (in diagnosi cordatae) obtusae, pilosae, calyces superantes. Calyx tubuloso-campanulatus, bilabiatus; labio superiore ovato, acuminato; inferiore dimidio breviore, bifido; laciniis acuminatis. Corolla pallide caerulea; tubo calyce longiore, superne ampliato, glabro; labio superiore galeato, obtuso, pubescente; inferiore triplo longiore, trifido, convexo, saturate caeruleo; laciniis lateralibus abbreviatis; intermediâ dilatatâ, bilobâ; lobis rotundatis. Stamina labium superius subaequantia. *In Nova Hispania inter urbem Pazcuaro et Aguasarco*, alt. 980 hex. 4.

50 l. S. *discolor Humb.* et *Bonpl.*; caule fruticoso, erecto, cano-tomentoso; ramis junioribus glutinosis; foliis ovato-lanceolatis, acutiusculis, basi rotundatis, integerrimis, supra glabris, subtus niveo-tomentosis; verticillis subocto-floris, distantibus; bracteis caducis; calycibus albo-tomentosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 237. *n.* 24. *t.* 146. S. *Bonplandiana Dietr. Gaertn. Lexik. Nachtr.* VII. *p.* 403.

Frutex graveolens, glutinosus, omnibus partibus valde amarus, 2-3 ped. Caulis ramis tetragonis, pulverulento-tomentosis, incanis; junioribus viridibus. Folia 2 poll., petiolata, subcoriacea. Petioli 1/2 fere poll., albo-tomentosi. Spicae terminales, verticillatae, 8-9 poll. Calyx campanulatus, striatus, bilabiatus; labio superne ovato, inferiore bidentato, dentibus acutis. Corolla calyce duplo longior, nitido-violacea; labio superiore recto, obtuso, breviore; inferiore tripartito, laciniâ intermediâ majore, bilobâ ex *Bonpl.* Stamina inclusa. Stylus paulo exsertus. *In montibus obumbratis Andium Peruvianorum in convalli amoena fluvii Guancabambae*, alt. 980 hex. ♄. Corollas haud vidi.

50 m. S. *microphylla Humb.* et *Bonnpl.*; caule suffruticoso, erecto; ramis foliisque subtus pubescentibus, ovatis, (oblongisve) obtusis, basi rotundato-truncatis, crenatis; verticillis bifloris, distantibus; calycibus hirtis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 238. *n.* 26.

Suffrutex pedalis et altior, ramis tetragonis, pubescentibus. Folia petiolata, utrinque praesertim subtus hirto-pubescentia, 4-9 lin. Petioli 2-3 lin. pubescentes. Spicae verticillatae, breviter pedunculatae; verticillis 4-8. Flores 8-9 lin. longi. Calyx tubulosus, bilabiatus, striatus; labio superiore ovato, oblongo, acuto; inferiore bifido; laciniis acutis. Corolla purpurascens, pilosiuscula, calyce triplo longior; tubo parum ventricoso ex *Bonpl.* *In locis alpinis Novae Hispaniae prope Santa Rosa, Moran et Pachuca*, alt. 1270-1440 hex. ♄.

Obs. Sequenti miselläe folia adhuc minora.

50 n. S. *misella Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, piloso; foliis subrotundo-rhomboideis, acutis, basi subcuneatis, crenatis, glabris; verticillis subsexfloris, remotis; calycibus piloso glandulosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 234. *n.* 13.

Caulis herbaceus, 1/2 ped., interdum pedalis, ramosus, diffusus; ramis adscendentibus, tetragonis, pilis minutis reflexo-spatulis conspersis. Folia brevissime petiolata, 2-4 lin. Spicae filiformes, verticillatae. Flores pedicellati, pedicellis hirtis. Bracteae subrotundo-ovatae, acuminatae, hirtae, deciduae, calyce breviores. Calyx campanulatus, striatus, bilabiatus; labio superiore acuto, integro; labio inferiore bifido, laciniis acuminato-subulatis. Corolla haud suppetit; calyce duplo longior, violacea ex *Bonpl.* *In locis calidis Novae Hispaniae inter portum Acapulco et La Venta del Exido*, alt. 180 hex. 24. SALVIAE *tenellae Swartz* proxima.

Pag. 230. n. 54. SALVIAE *tilifoliae* addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 12. S. *fimbriata Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* II. *p.* 241.

Folia cordata, 16 lin., 12 lata, dense ciliata. Cor. parva. *Link* l. c.

Obs. S. *tiliaefoliam* in *Hort. Berol.* cultam, descriptioni a divo *Vahl* datae omnino congruam, nisi quod folia margine magis scabra, quadrare ad amussim cum *fimbriata Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* *); speciмina etiam Humboldtiana in Herbario plus minus glabra esse *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 69.

---

*) S. *fimbriata Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, erecto, ramoso, tenuissime pubescente; foliis subrotundo-ovatis, acutis, cordatis, crenato-serratis, ciliatis; verticillis multifloris, distantibus; calycibus hirto-pubescentibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen.* et *Spec.* II. *p.* 241. *n.* 38. *t.* 149. — *α.* foliis subtus cano-pubescentibus. — *β.*

Pag. 230. n. 55. S. *polystachyae* addatur synonymon:

S. caule fruticoso, erecto, pubescente; foliis ovatis, acuminatis, subcordatis, serratis, subtus tomentoso-pubescentibus; spicis paniculatis, secundis; verticillis multifloris, approximatis; bracteis calyce brevioribus, caducis; calycibus cano-hirtis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 238. *n.* 28.

Crescit prope Los Joares et Puerto de Varientos; in montibus Guanaxatensibus Novae Hispaniae, alt. 1370 hex. ♄.

Obs. In *Herb. Willd. polystachyae* adjacere specimen ab ill. *Humboldt* missum foliis similibus, sed rugosis; floribus minoribus; plurimum distans a *lamiifolia*. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 59.

Pag. 230. n. 56. SALVIAM *lamiifoliam Jacq.* omnino distinctam esse a *tiliaefolia* nunc quoque *Poiret* agnoscit *Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 47.

Pag. 230. n. 57. SALVIAE *micranthae* addatur synonymon:

Link Enum. alt. I. *p.* 12.

Cor. alba parva. Folia sinu lato. cordata, 16 lin., 18 lin lata. *Link.* SALVIAE suae *bullatae* subscribendam esse monet *Poiret Enc. Suppl.* V. p. 45: *Jacq. H. Schönbr.* IV. *t.* 481. An huc JUNGIA *micrantha Mönch?*

Pag. 231. n. 58. S. *leonuroidi* adde synonymon:

S. caule fruticoso erecto ramisque glabris; foliis ovatis, obtusis, inaequaliter cordatis, serrato-crenatis, supra glabris, subtus incano-pubescentibus; floribus axillaribus, verticillatis; calycibus pubescentibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 239. *n.* 31. *Cavan. descr.* I. *p.* 12 (et, hoc teste, S. *pyrifolia Domb.*) *Link Enum. alt* I. *p.* 12. JUNGIA *formosa Mönch.*

(Cor. 1 1/2 poll. *Link.*) *Crescit locis temperatis Regni Quitensis prope pagum Chillo, et Ichubamba*, alt. 1340 hex. ♄.

---

foliis utrinque glabriusculis. — γ. foliis (supra) glabriusculis, subtus in venis hirtis.

Caulis ramique tetragoni. Folia petiolata, subcordata, (in diagnosi cordata et subrotundo-ovata) in α. supra pilis brevibus adpressis conspersa, in β. margine rarius ciliata, in γ. parum firmiora, margine fimbriato-ciliata, 1 1/2 - 2 poll. Petioli 1/2 - 1 1/2 poll., in α. et γ. pubescentes, in β. glabriusculi. Spicae terminales, verticillatae, 1/2 ped., longiores in γ. Bracteae oblongae, cuspidatae, pedicellis parum longiores, caducae. Calyx tubulosus, bilabiatus, striatus, labio superiore acuminato-subulato; inferiore bifido; laciniis acuminato-subulatis. Corolla pallide caerulea ex *Bonpl.* α. β *in convalli Caracasana*, alt. 430 hex. γ. *in Andibus Novae Hispaniae juxta urbem Pazcuaro*, alt. 1130 hex. ♃. An varietas γ. species distincta?

Pag. 231. n. 59. SALVIAE *fulgenti* addatur:

Obs. SALVIA *cardinalis Humb.* et *Bonpl. nov. gen.* a *Willdenow* in *Herb* eadem cum *fulgente Cav.* habebatur; nec collatis descriptionibus et iconibus differentiam ullam a se inveniri posse *Link Jahrb.* 1. 3. p. 57. Rectius ad tribum: *calyce campanulato ampliato* referri monet ill. *de Vest in litt.*

Pag. 231. n. 59. SALVIA *fulgens.* Huic subjungatur:

59 a. S. *cardinalis Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, erecto, ramoso, hirto; foliis ovatis, acuminatis, cordatis, serratis, supra pilosiusculis, subtus pubescentibus; verticillis quadri- aut sexfloris, distantibus; calycibus pilosiusculis; corollis elongatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 242. *n.* 42. *t.* 152.

Caulis tetragonus, piloso-hirtus. Folia longe petiolata, subtus molliter albido-pubescentia, 2 1/2 - 2 3/4 poll., 18 - 20 lin. lata. Petioli pollicares aut 1 1/2 poll., pilosi. Spicae terminales, verticillatae. Flores bipollicares. Calyx campanulatus, bilabiatus, striatus, labio superiore ovato, acuto; inferiore bifido; laciniis acutis. Corolla coccinea, dorso praesertim superne hirsuta; tubo superne ventricoso, calycem duplo superante; labio superiore recto, oblongo, obtuso, emarginato, concavo; labio inferiore superiorem subaequante; superne trifido, patulo; laciniis rotundatis; intermedià majore, subintegrà, lateralibus reflexis. Stamina inclusa. Stylus exsertus, apice pilosus. *Frequentissime locis frigidis in montibus Mexicanorum inter Toluca et Tianguillo*, alt., 1570 hex. 24.

Pag. 232. n. 61. SALVIA *pulchella.* Addatur:

Obs. Hujus synonyma esse SALVIAM *coccineam* L., *fulgentem Cav.*, *hybridam Uechtritz* censet *Steudel!*

Pag. 234. n. 70. SALVIAE *amarissimae* addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 234. *Bot. Reg.* 347.

Pag. 235. n. 75. SALVIA *plumosa.* Huic subjungantur:

75 a. S. *squalens Humb.* et *Bonpl.*; caule fruticoso, erecto ramisque piloso-glutinosis; foliis ovato-oblongis, obtusis, cordatis, crenatis, coriaceis, supra rugosis pilosis, subtus incano-tomentosis; verticillis bifloris, (parum) distantibus; bracteis ovato-oblongis, calyce hirto brevioribus, deciduis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 239. *n.* 32.

Caulis ramique tetragoni, purpurei. Folia 1 1/2 - 2 poll., (Betonicae) petiolata, irregulariter crenata, supra rugoso-venosa. Petioli 8 - 12 lin., glutinosi et pilosi. Spicae terminales, 3 - 4 poll., verticillatae. Bracteae glutinosae. Calyx tubulosus, bilabiatus, striatus, labio superiore acuminato, inferiore bifido, laciniis acuminatis. Corolla purpurea, calyce duplo longior, pubescens ex *Bonpl.* Stamina exserta. *In Andibus Peruvianorum*, alt. 1700 hex. 24. Specimina florifera haud suppetunt.

n. 75 b. S. *glumacea Humb.* et *Bonpl.*; caule suffruticoso, erecto ramisque pubescentibus; foliis ovatis, obtusis, cordatis, subintegerrimis, coriaceis, (utrinque) glabriusculis; verticillis bifloris, distantibus; bracteis oblongis, acutis, ciliatis, glumaceis, calycem subaequantibus; calycibus glabriusculis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 240. *n.* 34.

Caulis ramis obtuse tetragonis, tenuissime pubescentibus. Folia 1/2 poll. et ultra, petiolata, margine pilis raris obsita. Petioli 3-4 lin., tenuissime pubescentes. Spicae elongatae, verticillatae. Bracteae oppositae, striatae, glaberrimae. Calyx tubulosus, bilabiatus, striatus, labiis piloso-ciliatis; superiore acuminato; inferiore bifido; laciniis acuminatis. Corolla mihi incognita. *In temperatis Novae Hispaniae*, alt. 1200 hex. ♄.

n. 75 c. S. *ayavacensis Humb.* et *Bonpl.*; caule fruticoso, erecto, ramisque flavo-hirsutis; foliis ovatis, acutis, cordatis, (irregulariter) crenatis, subtus pilosis; verticillis suboctofloris, distantibus; calycibus elongatis, piloso-glandulosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 240. *n.* 35.

Frutex 6 ped., ramis tetragonis. Folia petiolata, supra pilis parvis adpressis, subtus pilosa, 2-2 1/2 poll. Petioli 4 lin., flavo-hirsutissimi. Spicae 1/2 ped., terminales, sessiles, verticillis 6- aut 8-floris, rhachi pedicellisque hirsutis. Calyx 8 9 lin., tubulosus, bilabiatus, striatus, piloso-glandulosus; labio superiore acuminato, subulato; inferiore bifido; laciniis acuminato-subulatis. Corolla mihi ignota; purpurea ex *Bonpl.* *In temperatis Peruviae, Ayavacam inter et ripam flaminis Cutaco*, alt. 900. hex ♄.

n. 75 d. S. *macrostachya Humb.* et *Bonpl.*; caule fruticoso, erecto, hirsuto; foliis subrotundo-ovatis, acutis, profunde cordatis, (irregulariter) crenatis, (utrinque) pubescentibus; spicis densis, crassis; verticillis multifloris, (valde) approximatis; calycibus piloso-hirtis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 240. *n.* 36.

Frutex orgyalis et altior, ramis tetragonis, nodis violaceis. Folia petiolata, lobis rotundatis, imbricatis, utrinque pubescentia, subtus in venis hirsuta, 2-3 poll. Petioli 2 poll., albo-pilosi. Spicae terminales, 6-8 poll., diametro pollicari, dense verticillatae; verticillis creberrimis. Bracteae ovatae, acutae, pubescentes, calycem aequantes. Calyx tubulosus, bilabiatus, striatus, labio superiore acuminato, inferiore bifido, laciniis acuminato-subulatis. Corolla (mihi ignota) caerulea; labio superiore fornicato, leviter emarginato, piloso; inferiore tripartito, laciniâ intermediâ, emarginatâ ex *Bonpl.* *Crescit in alta planitie Andium Quitensium juxta Quito, Llactacunga et Cuença*, alt. 1350-1500 hex. ♄.

n. 75 e. S. *glabrata Humb.* et *Bonpl.*; caule fruticoso, erecto, foliisque glabris, subrotundis, acutis, cordatis, argute serratis; verticillis quadri- aut octofloris, inferioribus distantibus; calycis glabriusculi labio superiore acuminato-subulato. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 241. *n.* 37.

Frutex 3 ped., rami sulcati tetragoni, glabri. Folia 1 1/2 poll., petiolata, utrinque glabra. Petioli fere longitudine foliorum, glabri. Spicae terminales, 6 poll., verticillatae, verticillis superioribus approximatis. Bracteae oblongae, pedicellis parum longiores, deciduae. Calyx tubulosus, bilabiatus, striatus, labio inferiore bifido; laciniis acuminato-subulatis. Corolla violacea, calyce triplo longior, externe pilosa ex *Bonpl.* Stamina inclusa. Stigma exsertum. *In montibus temperatis Novae Andalusiae inter caenobium Caripense et villam Cocollar*, alt. 470 hex. ♄.

n. 75 f. S. *nepetoides Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, erecto, ramoso, hirto; foliis ovatis, acuminatis, subcordatis, crenato-serratis, supra pilis (sparsis appressis) conspersis, subtus pubescentibus; verticillis sex- aut octofloris, (parum) distantibus; calycibus piloso-glandulosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 241. *n.* 39. *t.* 50.

Herba pedalis et altior. Caulis ramique tetragoni. Folia petiolata, in venis pilosa. Petioli 3 lin., hirti. Spicae terminales, verticillatae. Flores magnitudine BALLOTAE *vulgaris*. Bracteae ovato-oblongae, acuminato-subulatae, hirtae, calyce breviores, caducae. Calyx tubuloso-campanulatus, bilabiatus, striatus, labio superiore acuminato, inferiore bifido; laciniis acuminatis. Corolla caerulescens, tubo calycem paulo superante, labio superiore lineari-oblongo, obtuso, labio inferiore duplo longiore, trifido; laciniâ intermediâ latissimâ, emarginato-bilobâ. Stamina inclusa. *In alpinis Novae Hispaniae inter Temascatio et Guanaxuato*, alt. 1000 hex. ☉.

75 g. S. *carnea Hamb.* et *Bonpl.*; caule fruticoso, erecto, ramoso, glabro; foliis subrotundo-ovatis, acutis, cordatis, crenato-serratis, (utrinque) hirtis; verticillis multifloris; inferioribus parum remotis; calycibus hirtis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 242. *n.* 41. *t.* 151.

Caulis ramique tetragoni, glabri; geniculi pilosi. Folia longe petiolata, 2-2 1/2 poll., 24-26 lin. lata. Petioli 1 1/2 poll., canaliculati, interne pilosi. Spicae terminales, verticillatae, 3 poll., verticillis approximatis. Flores magnitudine floris MELISSAE *officinalis*. Bracteae oblongae, acuminatae, calyce breviores, caducae. Calyx tubulosus, bilabiatus, striatus, apice coloratus; labio superiore ovato, acuminato, inferiore bifido; laciniis acuminatis. Corolla carnea, tubo superne parum ventricoso, calycem superante, labio superiore concavo, obtuso,

villoso-pubescente, inferiore paulo longiore, patenti-reflexo, trifido, laciniâ intermediâ emarginato-bilobâ; lobis subrotundis. Stamina generis, galeam parum superantia. Stigma exsertum, glabrum. *In Andibus Quinduensium*, alt. 1400 hex. (Regno Novo-Granatensi.) ♄.

n. 75 h. S. *venusta Humb.* et *Bonpl.*; caule fruticoso, erecto; ramis albo-villosis; foliis longe petiolatis, ovato-oblongis, acutis, cordatis, crenato-serratis, supra pubescentibus, subtus albido-tomentosis; verticillis multifloris, distantibus; calycibus piloso-glandulosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 242. *n.* 43. *t.* 153. S. *mollis Herb. Willd.*

Caulis ramique tetragoni. Folia longe petiolata, reticulato-venosa, membranacea, supra viridia, venis majoribus tomentosis, 3 1/2 poll., 26-27 lin. lata. Petioli 1 1/2-3 poll., pilosi. Spicae terminales, 1/2 ped. et ultra, verticillatae. Flores SALVIAE *mexicanae*, vix pollicares. Bracteae lanceolatae, pedicellis breviores. Calyx tubuloso-campanulatus, bilabiatus, striatus, interne scaber; labio superiore acuto; inferiore bifido, laciniis acuminatis. Corolla violacea; tubo calycem parum superante; labio superiore galeato, oblongo, obtuso, emarginato, externe pubescente; labio inferiore paulo longiore, trifido, margine reflexo; laciniâ intermediâ majore. Stamina inclusa. Stigma exsertum. *In Andibus Quinduensium inter Quebrada de Toche et La Seja*, altit. 1500 hex. ♄.

n. 75 i. S. *rubescens Humb.* et *Bonpl.*; caule fruticoso, erecto, canescente, glabro; foliis ovatis, angustato-acutis, cordatis, crenatis, subtus tenuissime cano-tomentosis; spicis paniculatis; verticillis quadri- aut sexfloris, distantibus; calycibus densissime piloso-glandulosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. 3. *n.* 44. *p.* 24. *t.* 154.

Caulis ramique obtuse tetragoni, canescentes, glabri. Folia longe petiolata, 4 poll., supra tenuissime pubescentia. Petioli 2-3 poll., glabri. Paniculae terminales, pilis densissimis purpureis patentibus glanduliferis. Calyx tubulosus, bilabiatus, purpureus; labio superiore ovato, acuto; inferiore bifido; laciniis acuminatis. Corolla amoene purpurea, calyce duplo longior, glabra ex *Bonpl.* *In temperatis Regni Quitensis*, alt. 1400 hex. ♄.

n. 75 k. S. *phoenicea Humb.* et *Bonpl.*; caule fruticoso, erecto, ramisque muricato-hispidis; foliis ovatis, acutis, subcordatis, serratis, glabris; verticillis multifloris, distantibus; calycibus hispido-glandulosis; galeâ abbreviatâ; staminibus longe exsertis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 243. *n.* 45. *t.* 155.

Frutex 4 ped., ramis tetragonis, quadrisulcatis. Folia petiolata, supra glabriuscula, nervo medio pilosiusculo, subtus glaberrima, 1 1/2 poll., graveolentia. Petioli 6-7 lin., cana-

liculati, interne pilosi. Spicae terminales, subpedales, verticillatae. Pedunculus communis et rhachis purpurascentes, piloso-glandulosi. Bracteae ovato-oblongae, acutae, pilis articulatis glanduliferis ciliatae, pedicello piloso longiores. Calyx tubulosus, bilabiatus, striatus, labio superiore acuto, inferiore bifido, laciniis acuminatis. Corolla sanguinea, externe puberula, tubo calycem duplo superante, labio superiore obtuso, inferiore trifido, patente; laciniâ intermediâ maximâ, emarginato-bilobâ; lobis rotundatis. Stamina generis, longe exserta. Stylus stamina superans, filiformis, glaber. Stigma bifidum; laciniis acutis, inaequalibus. Fructus in fundo calycis: akenia quatuor, oblonga, obtusa, obsolete trigona, externe convexiuscula, interne angulata, laevia, glabra, fusca. *Crescit ad radices montium Cotopaxi et El Corazon inter Malalo et Tambillo*, alt. 1530 hex. ♄.

n. 751. S. *leucocephala Humb.* et *Bonpl.*; caule fruticoso, erecto ramisque cano-tomentosis; foliis ovatis, obtusiusculis, cordatis, crenato-serratis, subtus incano-tomentosis; spicis ovatis; verticillis multifloris, arcte confertis; calycibus candidis, lanato-tomentosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 243. *n.* 46. *t.* 156.

Frutex 3 ped., inodorus; rami tetragoni. Folia petiolata, apice angustata, crassiuscula, reticulato-venosa, supra viridia et pubescentia, subtus tomento denso albo obducta, 2 poll. Petioli 4-5 lin., cano-tomentosi. Spicae terminales, ovatae, verticillatae, 2-3 poll. Bracteae ovatae, acutae, supra virides et pubescentes, subtus albo-tomentosae, calyce breviores. Calyx tubulosus, bilabiatus, albo-tomentosus, sublanatus; labio superiore ovato, acuto; inferiore bifido; laciniis acutis. Corolla violacea; tubo calycem aequante; labio superiore lineari-oblongo, emarginato, extérne pubescente; inferiore paulo longiore, superne trifido, patulo, plano; laciniâ intermediâ majore, subrotundâ, integrâ. Stamina generis, vix exserta. Stylus exsertus, pubescens. Stigma bipartitum; laciniis acutis, inaequalibus. *Prope pagum Alausi Quitensium*, alt. 1250 hex. ♄. Species valde elegans.

n. 75 m. S. *pauciflora Humb.* et *Bonpl.*; caule fruticoso, erecto, ramisque hirtis; foliis ovatis, obtusis, cordatis, crenatis, subtus tenuissime albido-tomentosis; verticillis bifloris, distantibus; calycibus pubescentibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 244. *n.* 47.

Suffrutex 1-1 1/2 ped. et altior, ramis tetragonis, quadrisulcatis, purpureis. Folia petiolata, crassiuscula, reticulato-venosa, rugulosa, supra viridia et pubescentia, pollicaria et longiora. Petioli subpollicares, albo-tomentosi. Spicae terminales, bipollicares, verticillatae. Bracteae oblongae, calyce breviores, caducae. Calyx tubulosus, bilabiatus, striatus, labio superiore acuto; inferiore bifido; laciniis acuminatis. Corolla purpurea; labio superiore hirsuto ex *Bonpl.* Stamina et Pistillum exserta. *In calidis Novae Hi-*

spaniae, alt. 400 hex. ♄. Descriptio e schedis *Willdenowii*.

Pag. 236. n. 78. S. *sagittatae* addatur synonymon:

S. caule fruticoso, erecto, villoso-viscoso; foliis ovato-deltoideis, hastatis, acutis, crenatis, utrinque tomentoso-hirtis, subtus incanis; spicis paniculatis, secundis; verticillis bifloris, parum distantibus; calycibus hirsutis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 245. *n.* 51.

Folia utrinque tomentoso-hirta, subtus incana (*in Fl. peruv.* l. c. supra glabra.) Petioli longitudine folii, canaliculati, hirsuti. Calyces campanulati, bilabiati, striati, hirsuti; labio superiore acuto, inferiore bifido, laciniis acuminatis. *Crescit in monte Quindia Novo Granatensium*, alt. 1400 hex. ♄.

78a. S. *palaefolia Humb.* et *Bonpl.*; caule suffruticoso, erecto ramisque pilosis; foliis (profunde) cordato-sagittatis, apice rotundatis, crenatis, utrinque hirtis, subtus canescentibus; spicis paniculatis; verticillis bifloris, confertis; calycibus piloso-glandulosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 244. *n.* 48. *t.* 157.

Caulis ramis tetragonis, quadrisulcatis. Folia petiolata, reticulato-venosa, membranacea, supra viridia, 2 poll, inferne 20 lin. lata. Petioli 1 1/2 poll., pilosi. Spicae verticillatae. Flores magnitudine floris THYMI *Serpylli*; pedicellis piloso-glandulosis. Calyx campanulatus, bilabiatus, striatus; labiv superiore obtusiusculo; inferiore bifido; laciniis acuminatis. Corolla caerulea, tubo calycem paulo superante; labio superiore oblongo, obtuso, galeato, superne pubescente; inferiore duplo longiore, trifido, plano; laciniis rotundatis; intermediâ multo latiore, emarginato-bilobâ, lobis subrotundis. Stamina et Stylus exserta. *In Andibus Novo-Granatensium inter urbem Popayan et pagum Palace*, alt. 950 hex. ♄.

n. 78b. S. *rumicifolia Humb.* et *Bonpl.*; caule fruticoso, erecto ramisque pubescenti-hirtis; foliis oblongis, hastatis, obtusiusculis, crenatis, subtus incanis et tomentoso-lanatis; paniculis terminalibus; verticillis bifloris, parum remotis; calycibus piloso-glandulosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 245. *n.* 53.

Frutex 4-5 ped., ramis tetragonis. Folia petiolata, reticulato-venosa, supra rugosa, pilisque conspersa, 4 poll, basi 2 1/2 poll. lata. Petioli pollicares aut 1 1/2 poll., incano-lanati. Paniculae longe pedunculatae, 4 poll., patentes; spicis verticillatis. Pedunculi ramique paniculae glanduloso-pubescentes. Calyx campanulatus, bilabiatus, striatus, labio superiore oblongo, acuto, inferiore bifido, laciniis acutiusculis. Corolla mihi incognita. *Crescit juxta urbem Quito et in radicibus montis Javirac*, alt. 1500 hex. ♄.

Obs. Carpsit nos cls *Steudel* in *Denkschr. bot. Gesellsch.*, quod omisissemus S. *incurvatam* et *tubifloram*: utraque suo loco *p.* 232 occurrit, sed desunt in indice a divo *Römer* concinnato.

Pag. 237. n. 81. SALVIA *lavandulaefolia.* Addatur synonymon:

SALVIA rosmarinifolia *Hortul.* S. *officinalis* var. *de Uechtritz.* An huc S. *tenuior Desfont.*

Pag. 237. n. 82. SALVIA *paniculata.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 13.

„Frutex 4-ped. Rami infra teretes, superne tetragoni, scabri, villosi. Folia petiolata, acuta, scabra. Petioli breves, lati, ciliati. Axillae foliosae. Flores caerulei, paniculati. Panicula decussata, vix composita, pedicellis brevissimis. Calyces scabri, subvillosi. Stylus capillaris, curvus, corollâ longior. Stigmata 2, reflexa.“ *Thunb. Fl. cap. MS.* Corollam albo-variegatam, fere pollicarem petit *Link l. c.*

Pag. 237. n. 83. SALVIA *africana.* Addatur ex descriptione in *Thunb. Fl. cap. MS. n.* 2.

„Caulis teres, rugosus, scaber, erectus, 4-ped. Rami ramulique decussati, tetragoni, villosi, scabri, divaricato-erecti. Folia obovata, acuta, subtilissime rugosa, basi truncata, supra viridia, subtus albo-tomentosa, patenti-erecta, internodiis longiora, semiunguicularia. Petioli lineares, 1/2 lineae. Pedunculi brevissimi. Bractea sub pedunculo triphyllo, inaequalis, foliolis lateralibus lanceolatis, intermediâ ovatâ, acutâ. Cal. intus glaber, extus pilis albis, viridis; dentibus 3 superioribus acutis, inferioribus obtusis cum acumine. Cor. caerulea, tubo basi circulo villoso; labium superius inferiori longius, compressum, emarginatum, lateribus et carinâ, inferius lineis tribus hispidum, laciniis lateralibus obtusissimis. Filamenta 4, inferiora glandulifera, quadruplo breviora, sterilia. Semina subrotunda, glabra.“

Pag. 238. n. 86. SALVIA *nivea.* Addatur descriptio ex *Thunb. Fl. cap. MS. n.* 4.

„Caulis erectus, 5-ped. Rami et ramuli decussati, tetragoni, sulcati, inferne glabri, superne tomentosi. Folia opposita, petiolata, acuta, parum rugosa, convoluta, nivea, patula, internodiis breviora, pollicaria. Axillae ramulis foliiferis onustae. Petioli vaginantes, sensim in folium dilatati, breves. Flores oppositi, vel subpaniculati, in apicibus ramulorum. Calyces hirti. Corollae purpureae, calyce duplo longiores. Similis S. *aureae* et *chamaeleagnae:* sed distinguitur facile foliis lanceolatis, niveis.“

Pag. 238. n. 87. SALVIA *officinalis.* Addatur synonymon: *Hayne getr. Darst. off. Gew.* VI. *t.* 1.

γ S. *officinalis angustifolia* (S. *tenuior Hispan.*) mucrone dentium calycinorum minore recto, nec uncinato. *Link Enum. alt.* I. *p.* 12.

Pag. 238. n. 88. Salvia *Spielmanni* sic corrigatur:

Salv. *Spielmanni Scop.*; caule ramisque verticillo terminatis; flore medio erecto, ceteris horizontaliter patentibus. *Scop. Delic.* III. *p.* 3. *t.* 15. *Gmel. S. V.* I. *p.* 28. *Vahl Enum.* I. *p.* 255. *Jacq. Eclog.* II. *t.* 15. S. *rosea Hort. Argentor.* olim et *Spielm. in litt.* S. *truncata;* fol. oblongis, obtusis, aequaliter crenatis, petiolatis; floralibus amplexicaulibus; verticillis duobus approximatis; terminali subsexfloro; corollarum galeâ obtusâ elongatâ; calycibus fructiferis reflexis. *Willd. Enum. H. Berol. p.* 34. *Donn. Catal. Cantabrig. Ed.* 3. *Hornem. Enum. Hafn.* I. *p.* 29. *Fischer Catal. H. Rasoum.* 1808.

Caulis 1/2 ped, obtuse tetragonus, calamum crassus, hirtus, ramis pluribus fastigiatis, viridibus, ad ramificationes purpurascentibus, paniculatus. Folia ovata, obtusa, crenata, rugosa, hirta, 2 plerumque poll, inferioribus tantum petiolatis; petiolis hirtis, subcanaliculatis, longitudine foliorum. Flores in racemis terminalibus verticillatis, verticillis 2 4, breviter pedunculatis, inferioribus 3-4, superioribus 5-6-floris, florentibus erectis, maturescente semine demum reflexis. Bracteae parvae, lanceolato-acuminatae, hirtae. Cal. labio superiori tridentato, inferiori bidentato, campanulatus, angulatus, pilis capitatis, dentibus omnibus divaricatis, acuminatis, rufescentibus. Cor. saturate caerulea; tubo calyce breviore albo gibbo, fauce ventricosâ calyce inclusâ; labio superiore recto compresso carinato pilis albis glanduliferis hirto; inferiore reflexo trilobo: lobo medio concavo obtuso emarginato, lobis lateralibus ovato-oblongis. Filamenta apice inferiore in auriculas planas transversas terminata, sine rudimento antherarum. Antherae flavae. Stylus caeruleus, labio superiore corollae longiore, stigmate bifido caeruleo. Semen oblongum glabrum nitidum fuscum. *Jacq.* l. c. ex *Bot. Zeit.* 1819 p. 535. Confer S. *oblongatam.*

Obs. Cls *Link* in *Enum. alt.* I. *p.* 14. Salviae *Spielmanni* duas distinguit varietates; a *subintegrifoliam.* S. *Spielmanni Scop.* et *Willd. Enum.* — b. *pinnatifidam.* S. *Verbenaca Willd. Enum.* (fide Herb) Cor. caeruleae, addit, calyce majores, at parvae, vix 5 lin. Huic consentire videtur ill. *M. a Bieb. taur. cauc. Suppl. p.* 23., cum, sub planta licet aliena, videlicet S. *polymorpha Hoffm.* et *Link* tacquam varietates conjungat sub α S. *oblongatam Jacq.*; S. *Spielmanni Willd. Enum.* (excl. *Vahl*) S. *Spielmannianam* suam *taur. cauc. n.* 55. et S. *Verbenacam* suam *casp. app. p.* 108.; sub β vero, foliis minus incisis: S. *oblongatam Vahl*, S. *betonicaefoliam Lam.* „Dubito" ait in obs. „cum auctoribus *Fl. lusit.*, an sit satis a *clandestina* distincta. Convenit sane cum nostra icon *Barrel.* 220, a *Vahl* ad *clandestinam*, in *Fl. lusitanica* ad *polymorpham* adducta. Icon haec ab aliis ad S. *Verbenacam* citatur, cujus diagnosin a *clandestina* rite stabilitam putabo, quando aliae notae, quam ex pube et foliorum formâ suppeditabuntur."

Pag. 239. n. 90. Salvia *phlomoides*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 444.

Cor. magna, alba.

Pag. 240. n. 91. S. *eleganti* addatur synonymon:

S. *incarnata*; caule suffruticoso, erecto, pilosiusculo; foliis ovatis, acutis, basi acutiusculis, crenato-serratis, glabriusculis; verticillis subsexfloris, distantibus; calycis piloso-glandulosi labio superiore dentato-tricuspidato; corollis longissimis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 237. *n.* 22. *Tab.* 144.

Caulis ramis tetragonis, pilis sparsis reflexis, purpurascentibus. Folia opposita, petiolata, basi integerrima, supra pilis brevibus adpressis conspersa, subtus glabra, in nervo medio pilosa, ciliata, 1 1/2-2 poll. Petioli pilosi, 1/2 poll. Spicae terminales, verticillatae, semipedales. Flores subpollicares. Bracteae oblongo-lanceolatae, caducae. Pedunculus, pediccli et calyx, pilis glanduliferis dense obsiti. Calyx campanulatus, bilabiatus, striatus; labio inferiore bifido, laciniis acuminato-subulatis. Corolla sanguinea, calyce octuplo longior, externe pubescens; tubo longissimo. Stamina et Pistillum exserta. *Crescit prope Guanaxuato Mexicanorum*, alt. 1080 hex. ♄. Post hanc ponatur:

n. 91 a. Salvia *punctata R. et P. Syst. Veg. ed. nostr. n.* 10.

n. 91 b. S. *spicata Herb. Willd.*; fruticosa; ramis glabris, junioribus cano-pubescentibus; foliis lanceolato-oblongis, apicem versus obsolete crenatis, supra pubescentibus, subtus albo-tomentosis; verticillis multifloris, approximatis; calycibus albo-tomentosis labio superiore tridentato. S. *pulchella Humb.* et *Bonpl, nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 233. *n.* 8. *t.* 140. S. *spinosa Steud.* S. *Humboldtiana Dietr. Nachtr. Gaert. Lex.* VII. *p.* 418.

Frutex tripedalis et altior; ramis tetragonis. Folia brevissime petiolata, acuta, integerrima, supra viridia, subpollicaria. Spicae terminales, solitariae, pedunculatae, verticillatae. Flores 4 lin. Bracteae ovatae, acuminatae, albo-tomentosae, apice caerulescentes, caducae. Calyx campanulatus, striatus, bilabiatus; labio superiore obtuso, tridentato; inferiore obtuso; bidentato; dentibus omnibus acutis. Corolla caerulea; tubo calycem aequante; labio superiore galeato-concavo, emarginato, pubescente; inferiore duplo longiore, trifido; lobis rotundatis, intermedio duplo latiore, emarginato-bilobo. *In Nova Hispania.* ♄.

Obs. Nomen mutandum erat ob antiquiorem *pulchellam Decand.*

Pag. 240. n. 94. Salviae *nudicauli* subjungatur:

94 a. S. *nana Humb.* et *Bonpl.*; herbacea; acaulis; foliis ovatis, obtusis, basi angustatis, crenatis, supra hispi-

dulis, subtus tomentoso-hirtis; spicis ovatis, pedunculatis; verticillis subquadrifloris; calycis glanduloso-hirti labio superiore tridentato. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 233. *n.* 10.

Radix perpendicularis, perennis, crassa. Folia radicalia subsessilia, basi subcuneata, rugoso-venosa, supra pilis sparsis adpressis obsita, pollicaria et ultra. Spicae radicales, 1/2 poll., verticillis approximatis. Pedunculi tetragoni, 3-4-poll., pilis patentibus glanduliferis obsiti. Calyx campanulatus, striatus, piloso-glandulosus, bilabiatus; labio superiore ovato, dentibus subulatis; labio inferiore bifido; laciniis subulatis. Corolla a me haud visa; caerulea ex *Bonpl.* *In siccis prope fodinam Valentianae in convalli Guanaxuatensi*, alt. 1430 hex. 2.

94 b. S *prunelloides Humb.* et *Bonpl.*; caulibus herbaceis, simplicibus, pilosis; foliis ovato-oblongis, obtusis, basi acutis, crenatis, subtus glabris, supra pilis raris (appressis); verticillis subquadrifloris, inferioribus remotis; calycis hirti labio superiore tridentato. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 233. *n.* 11.

Herba facie PRUNELLAE *vulgaris*. Caules complures, adscendentes, 2 poll. et ultra, tetragoni. Folia opposita, breviter petiolata, subtus glabra, in venis pubescentia, subpollicaria. Petioli glabriusculi, 2-3 lin. Pedunculus terminalis, erectus, 3 poll., tetragonus, glaber. Spica terminalis, longe pedunculata, verticillata, pollicaris. Pedunculus tetragonus, glaber, 3 poll. Flores magnitudine floris STACHYDIS *annuae*. Calyx campanulatus, striatus, bilabiatus, labii superioris dentibus subulatis; inferioris bifidi laciniis acuminato-subulatis. Corolla caerulea, tubo calyce vix longiore; labio superiore galeato, obtuso, externe pubescente, inferiore trilobo, lobis rotundatis, intermedio multo latiore, emarginato-bilobo. Stamina et Stigma subexserta. *In scopalosis montis igni-vomi Jorullo Mexicanorum*, alt. 550 hex. 2.

94 c. S. *glechomaefolia Humb.* et *Bonpl.*; caulibus herbaceis subsimplicibus, superne pilosiusculis; foliis ovato-triangularibus, obtusis, basi subcuneatis, crenatis, glabriusculis, junioribus pilosiusculis; verticillis subquinquefloris, remotis; calycis hirti labio superiore (ovato) tricuspidato. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 234. *n.* 12. *t.* 141.

Radix perpendicularis, perennis, multiceps. Caules complures, 1 1/2-2 poll., procumbentes, apice adscendentes, subtetragoni, inferne glabri. Folia petiolata, basi brevissime cuneata, adulta glabra, pilis minutis adpressis raris conspersa, praesertim juniora in venis, 6-9 lin. Petioli 4-5 lin., margine ciliati. Spica 3-4 poll., pedunculata, verticillata. Flores paulo minores quam in praecedente (*prunelloide*). Bracteae ovatae, acuminatae, ciliatae, longitudine floris, caducae. Calyx cam-

panulatus, striatus, bilabiatus, pilosus; labio inferiore bipartito, laciniis cuspidatis. Corolla caerulea; tubo brevi, ventricoso, compresso, calyce paulo breviore; labio superiore galeato, emarginato, pubescente; inferiore triplo longiore, trilobo, subconvexo; lobis lateralibus abbreviatis, rotundatis, reflexis, intermedio multo majore, emarginato-bilobo. Stamina et Stylus labium superius vix superantia. *In Nova Hispania inter urbem Guanaxuato et pagum Sanctae Rosae*, alt. 1480 hex. 4.

n. 94 d. S. *laevigata Humb.* et *Bonpl.*; caule fruticoso, erecto, glabriusculo; foliis ovatis, acuminatis, crenato-serratis; verticillis subquadrifloris, confertis; bracteis ovatis, acutis, calyce longioribus, caducis; calycis pilosiusculi labio superiore tricuspidato. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 238. *n.* 25. *t.* 147.

Caulis tetragonus. Folia longe petiolata, crenato-serrulata (in diagnosi crenato-serrata), basi rotundata et subinaequalia, 3-poll., glabra ut petioli subtripollicares. Spicae terminales, verticillatae, breviter pedunculatae. Bracteae elliptico-ovatae, calyce longiores, violaceae, caducae. Calyx tubulosus, bilabiatus, striatus, violaceus; labio superiore ovato, acuminato, adscendente; inferiore dimidio breviore, bifido; laciniis acuminatis, reflexis. Corolla calyce multo longior, glabra, purpurascens; tubo ventricoso; labio superiore obtuso, superne piloso; inferiore breviore, trilobo. Stamina vix exserta *Prope urbem Mexici*, alt. 1170 hex. ♄. Specimina haud suppetunt.

Pag. 241. n. 95. SALVIA *lusitanica*. Addatur synonymon:
S. *bullata Link Enum. alt.* I. *p.* 15. (qui male in *Fl. portug.* fide speciminis incerti ad *polymorpham* fuisse relatam.) S. *elongata Spreng.* et S. *polymorphae* varietas *de Uechtritz.* (fide *Steudel*).

n. 96. SALVIA *rugosa*. Addatur descriptio ex *Thunberg Fl. cap. MS. n.* 8.

„Caulis herbaceus, simplex vel parum ramosus, erectus, totus villosus, sesquipedalis. Folia petiolata, inciso lobata, crenata, valde hirsuta, bipollicaria. Petiolus folio paulo brevior. Flores verticillati, pedunculati. Calyces multistriati, parum aristati, floriferi reflexi.“ *Thunb.*

Pag. 241. n. 97. SALVIA *verticillata*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 13. *Buxb. Cent.* V. *p.* 43. *app. n.* 23 (mala) fide *M. a Bieb. taur. cauc. Suppl. p.* 24. HORMINUM *verticillatum Mill.*

Calycis dentes acutiusculi; in *napifolia* acuti. *Link.*

Obs. β describit cls *Bertolon. Amoen. ital. p.* 325. foliis utrinque hirsutis, regulariter duplicato-crenatis, simplicissimis vel lyratis, segmentis lateralibus paucis, terminali longe minoribus, ovatis.

Pag. 242. n. 99. Salvia *Tenorii*. Addatur synonymon:
Trevir. in *Link Jahrb.* 1. 2. *p.* 2. *Link Enum. alt.* I. *p.* 14. Salv. *Barrelieri Schrank H. Monac. t.* 5.

Valde affinis *pratensi*, sed major; folia multo longiora; galea cordllae pollicaris, caeruleae angustior, magis falcata; cal. sulcatus, nec striatus, ut in *pratensi*. *Link* l. c.

n. 100. Salvia *candidissima*. Addatur:

Obs. Ill. *Uechtritz* varietas *argenteae* videtur.

Pag. 242. n. 101. Salvia *verbascifolia*. Addantur synonyma:
M. a Bieb. taur. cauc. Suppl. p. 22. *Link Enum. alt.* I. *p.* 16. *Stev. mem. Soc. mosqu.* 3. *p.* 251.

Folia 2 poll., 1 1/2 poll. lata, sinuata, rugosissima, hirta. Verticilli summi steriles. Cor. alba 8-9 lin. *Link.* S *argenteam Sibth. t.* 27. hanc potius, quam *argenteam genuinam Linn.* referre: *M. a. Bieb. l. c.*

Pag. 243. n. 104. Salvia *mollis*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 15.

Folia oblouga, rugosissima, supra hirsutiuscula, subtus molliter hirsuta. Braeteae cordatae, acuminatae, floribus minores. Cal. intus villosissimus. Cor. rubra, 6 lin. *Link l. c.*

Pag. 243. n. 105. Salviae *grandiflorae* addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 12. S. *officinalis Pall. ind. t.* S. *officinalis* δ. *Poir. Enc. Suppl.* S. *tomentosa Mill.*

Folia quam in *officinali* minus rugosa et tomentosa, 5 poll; 2-1/2 poll. lata. Cor. caerulea pollicaris et ultra. *Link.*

Pag. 244. n. 107. Salviae *pratensi* addatur synonymon:
Hayne getr. Darst. off. Gew. VI. 2.

Obs. Varietates hujus notavit 3 cls. *Trevirano* apud *Link Jahrb.* 1. 2. *p.* 2.; α. foliis utrinque acutis, obtuse duplicato-crenatis; floribus minoribus. *Hormin. sylvestre Camer. Epit.* 629. β. foliis pinnatifidis, duplicato-crenatis, obtusis; floribus minoribus. γ foliis cordatis, acutis, basi pinnatifidis, acute dentatis, rugosioribus; floribus duplo majoribus. α in *Tyroli australiore* ad vias; β in *Italia*; γ in *Germania media* et *boreali*, affinis Salviae *Barrelieri Ettling*, quae, recte monente cl. *Trevirano*, omnino distincta a Salvia *Barrelieri Schrank H. Monac.*, quae Salvia *Tenorii Spreng. S. V.* ed. nostr. I. *p.* 143.

n. 108. Salvia *variegata*. Addatur synonymon:
Salvia *tricolor Hortul.*

Pag. 244. n. 108. Salvia *variegata*. Huic subjungatur:
108 a. S. *nepetifolia Hort. paris.*; pilosa: foliis lanceolatis, obtusis, subintegris s. laxe serratis; bracteis latoovatis, ciliatis, calyce longioribus, vix corollâ brevioribus. *Poiret Enc. meth.* V. *p.* 48. *Desfont. Cat. H. paris. p.* 68.

Caules profunde sulcati, ramosissimi, angulis scabris; folia subelliptica, 1-2 poll., longa, 6 lin. lata, albo-virentia, subpilosa; flores in spica terminali arcte congesti; bracteae acuminatae pilosae, calyce longiores, immo corollae partem tegentes parvae, caerulescentis, subpubescentis. *Habitat.* ⊙.

Obs. Cls. *Poiret* posuit post *variegatam* et ante *aspidophyllam* posuit. De calyce siluit.

n. 108 b. S. *aspidophylla*; foliis longe lanceolatis, angustis, laxe serratis, subglabris; spicâ laxâ; verticillis subbifloris; ramis subhirsutis. S. *lanceaefolia Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 49. *n.* 151. S. *lanceolata Desfont. Cat. H. paris.* 68.

Nomen mutandum erat ob S. *lanceolatam Willd.* antiquiorem, et fatendum ingenue, nos, nisi *Poiret l. c. n.* 143 addduxisset S. *lanceolatam Willd.* s. *reflexam Hornem.*, hanc suam *lanceolatam* pro eadem omnino habuisse speciem. Descriptio sequens: Caules herbacei, ramis numerosissimis flaccidis patentibus cinereis subscabris basi effusis in ambitum; folia mollia, petiolata, albo-viridia, obtusa, 3 poll., 6 lin. lata, attenuata, basi acuta, laevia, vix nervosa; spicae gracillimae; verticilli distantes; bracteae minimae, petiolatae, ovatae, acuminatae; calyces glabri, tubulosi, labiis 2 brevibus, obtusis; corolla vix calyce longior. *An Peruvia patria?* ⊙.

Pag. 244. n. 109. Salvia *haematodes.* Addatur synonymon:
S. foliis rugosis, crenatis, supra nudiusculis; inferioribus cordato-ovatis, petiolatis; caulinis sessilibus, dentatis, bracteisque cordatis, acuminatis: caule calycibusque pilosoglandulosis; verticillis 6-floris. *Seb.* et *Maur. Prodr. Fl. rom. p.* 8. quibus

α. foliis maculis cruentis adspersis. S. *haematodes* (cum omnibus nostris synonymis et) Sclarea italica maxima etc. *Hort. Rom.* 3. *t.* 20 (male!)

β. foliis immaculatis. *Triumf.* l. c. *Moris.* l. c. S. *virgata Savi Bot. Etr.* 2. *p.* 4. S. *virgata* Ait?

Pag. 245. n. 110. Salvia *elongata Spr.* deleatur, utpote eadem cum *lusitanica.*

n. 111. Salvia *pyrenaica.* Addatur:
Sclarea *viscosissima Mönch.*

Pag. 246. n. 114. Salvia *nutans.* Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 13.

n. 116. Salvia *pendula.* Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 13, et, hoc teste, Salv. *betonicifolia Ettl. S. V. ed. nostr. n.* 115.

Pendulam distinguit caule folioso a *nutante.*

Pag. 247. n. 117. Salvia *amplexicaulis.* Addatur synonymon:

Link Enum. alt. I. *p.* 13, et, hoc teste, S. *valentina Vahl* S. V. *ed. nostr. p.* 251.

Affinis *nemorosae*, sed caulis hirsutus; cal. hirsutissimus.

n. 120. SALVIA *austriaca*. Addatur synonymon: SALVIA SCLAREA *Crantz*. SALVIA *distans Pohl*. SCLAREA *distans Mönch*.

Pag. 248. n. 124 post SALVIAM *hastatam* ponantur:

n. 124 a. S. *lutea Humb.* et *Bonpl.*; caule fruticoso, erecto ramisque pilosis; foliis oblongis, subacutis, cordatis, crenatis, supra glabris, subtus albo-tomentosis; verticillis multifloris, inferioribus distantibus; bracteis ovatis, acutis; calyce brevioribus, caducis; calycis glanduloso-pilosi labio superiore tridentato; corollis elongatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 240. *n.* 33.

Caulis ramis tetragonis, strictis. Folia 1-1 1/2 poll., petiolata, acuta aut obtusa, supra rugoso-venoso, subtus densissime, albo-tomentosa. Petioli 1/2 poll., albo-villosi. Spicae 1/2 ped., terminales, verticillatae. Flores 9-10 lin. longi. Bracteae hirtae. Calyx subcampanulatus, bilabiatus, striatus, dentibus labii superioris acuminato-mucronatis, labio inferiore bifido, laciniis acuminato-subulatis. Corolla lutea, dorso glanduloso-pilosiuscula, tubo ventricoso, calycem triplo superante; labio superiore oblongo, galeato-concavo, obtuso, inferiore vix breviore, patulo, trilobo, lobis rotundatis, intermedio latiore. Stamina inclusa. Stylus exsertus, barbatus. *In locis subfrigidis inter urbem Loxa et montem Saraguru*, alt. 1200 hex. (Regno Quitensi.) ♄.

n. 124 b. S. *riparia Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, erecto, ramoso, pubescente; foliis ovato-oblongis, acutis, cordatis, serratis, utrinque piloso-pubescentibus; verticillis multifloris, parum remotis; calycis piloso-glandulosi labio superiore tricuspidato. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 242. *n.* 40.

Herba canescens, odoratissima. Caulis strictus, paniculato-ramosus ramique tetragoni. Folia breviter petiolata, subcordata, (in diagnosi cordata) praesertim subtus piloso-pubescentia, pollicaria. Petioli 2 lin., pubescentes. Spicae terminales, 3-4 poll., verticillatae. Bracteae subrotundo-ovatae, acutae, pedicellis pilosis vix longiores. Calyx subcampanulatus, bilabiatus, striatus, labio inferiore bifido, laciniis acuminato-subulatis. Corolla caerulea, calyce parum longior ex *Bonpl.* *Crescit regione temperata in ripa fluminis Chulucanas inter pagum Guancabamba Peruvianorum et Paramo de Guamani*, alt. 1300 hex. ♃.

n. 124 c. S. *scutellaroides Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, erecto, ramoso, glabriusculo; foliis ovato-deltoideis, cordato-hastatis, acutis, crenato-serratis, utrinque hirtellis; spicâ secundâ; verticillis bifloris, parum distan-

tibus, calycis piloso-glandulosi labio superiore tridentato. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 244. *t.* 158. *n.* 49.

Caulis ramique tetragoni, pilis sparsis obsiti. Folia petiolata, membranacea, pilis adpressis praesertim subtus hirtella. venis albido-pubescentibus, ciliata, 1 1/2 poll., et paulo longiora, 12-14 lin. lata. Petioli 12-15 lin., interne pubescenti-pilosi. Spica terminalis, verticillata, longissime pedunculata. Flores magnitudine floris SCUTELLARIAE *galericulatae*. Bracteae ovatae, deciduae. Calyx campanulatus, bilabiatus, striatus; labio superiore dentibus acutis, inferiore bifido, laciniis acutis. Corolla caerulea; tubo calycem triplo superante, ventricoso-adscendente; labio superiore oblongo, obtuso, galeato; labio inferiore paulo longiore, trifido, plano; lacinia intermediâ multo latiore, emarginato-bilobâ; lobis subrotundatis. Stamina et Stylus generis, longe exserta, glabra. *Crescit in Regno Quitensi, prope Chillo*, alt. 1340 hex. 4.

n. 124 d. S. *petiolaris Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, erecto, ramoso, tenuissime pubescente; foliis longissime petiolatis, deltoideis, cordato-hastatis, obtusiusculis, irregulariter crenato-serratis, hirtis; verticillis bifloris, distantibus; calycis piloso-glandulosi labio superiore tridentato. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 245. *n.* 50.

Herba 1 1/2 ped. Caulis ramique tetragoni. Folia 3 fere poll., obtusa, (supra obtusiuscula) grosse crenato-serrata, utrinque, praesertim subtus, in venis pilis tenuibus sparsis albicantibus adpressis hirta, reticulato-venosa, membranacea, basi 5-poll. lata. Petioli 4 6 poll., canaliculati, hirti. Spicae longe pedunculatae, terminales, saepius ternae, verticillatae. Bracteae oblongae, pubescentes (persistentes vel deciduae?) Calyx campanulatus, bilabiatus, striatus, labio inferiore bifido; laciniis acuminatis. Corolla caerulea, pubescens ex *Bonpl.* *Crescit locis calidis in ripa fluvii Magdalenae.* 4. Flores haud suppetunt. *Magua Paqui* incolarum.

Pag. 249. n. 125. SALVIA *nubia*. Addatur synonymon:
SALVIA *nilotica Lam. illustr.*

Pag. 249. n. 127. SALVIAE *campestri* addatur synonymon:
M. a Bieb. taur. cauc. Suppl. p. 22. *Link Enum. alt. p.* 14. SALVIA *pratensis Habl. taur. p.* 143.

Obs. Ill. *M. a Bieberst.* suspicatur S. *sylvestrem Decand. Fl. fr. n.* 2482 (nec *Linn.*) hujus esse loci, cum „spicae longae graciles, pedicelli lanuginosi et corollae galea villosa conveniant“

Pag. 249. n. 129. SALVIAE *sylvestri* addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 13. *Jahrb.* 1. *p.* 59. SCLAREA *sylvestris Mill.*

Bracteae cordato-ovatae; laciniae calycis inferiores ovatae; cor. 4-5 lin. *Link* in Enum.; in *Jahrb.* vero ait: flores duplo majores *nemorosâ*, bracteas latiores coloratas.

Pag. 251. n. 130, SALVIAE *nemorosae* addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 13. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc.* I. *p.* 22. *S. sylvestris var. Ettling* et *Schrad.* SCLAREA *nemorosa Mill.* SCLAREA *punctata Mönch.*

Bracteae ovato-oblongae; laciniae calycis inferiores lanceolatae. Cor. caerulea 6-7 lin. *Link.*

Obs. Neque foliorum serraturas, neque longitudinem bracteatum *sylvestrem* distinguere a *nemorosa;* elatiorem et valde paniculatam *varietatem,* foliis grosse inaequaliter duplicato-dentatis ex Iberia se possidere, a communi maxime aberrantem; sed nec hanc specie distinguere *M. a Bieb. l. c.* S. *nemorosam* tauricam omnino esse *sylvestrem* amicissimus *Besser* nos mónuit.

Pag. 251. n. 132. SALVIA *patula.* Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 16.

Folia 1/2 ped., 4 poll. lata; sinuata, inaequaliter dentata. Bracteae sine acumine. Verticilli summi steriles. Cor. alba, 10 lin. *Link.*

n. 134. SALVIAE *Sclareae* addatur synonymon:
Hayne getr. Darst. off. Gew. VI 3. SCLAREA *vulgaris Mill.* et *Mönch.* S. *tingitana ill. de Uechtritz* hujus varietas videtur.

Pag. 252. n. 135. SALVIA *spinosa.* Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 15.

Obs. Etiam cls *Link* sine dubio S. *praecocem Vahl* jungit cum *spinosa.*

n. 136. SALVIAE *Aethiopi* addatur synonymon:
SCLAREA *Aethiopis Mill.* SCLAREA *lanata Mönch.*

Obs. S. *Aethiopis*, herbacea, lanata; foliis infimis incisis, supremis indivisis; bracteis calycibusque spinosis, *Thunb. Fl. cap. n.* 30., laudato licet synonymo *Linnaei,* e descriptione nobis diversa videtur. „Caulis herbaceus, tetragonus, ramosus superne, totus lanatus, pedalis. Rami a medio caulis ad apicem, decussati, virgati. Folia radicalia petiolata, maxime lanata inprimis basi, profunde incisa lobis dentatis, palmaria et ultra; caulina infima similia radicalibus, sed minora; superiora sessilia, oblonga, dentata et tandem serrata, sensim minora. Bracteae sessiles; inferiores ovatae, acutae; superiores obtusae; omnes spinosae. Flores verticillati, flavi, lanâ densâ involuti. Calyces aristato-spinosi. *Thunb. MS.*

Pag. 253. n. 138. SALVIAE *argenteae* addatur synonymon:
SCLAREA *argentea Mill.*

Obs. SALVIAM *argenteam Willd. En.* in Herbario esse *applanatam*, in Horto vero genuinam *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 59. Hanc foliis 2 1/2 poll. subpinnatifidis tomentosis, verticillis summis sterilibus, cor. pollice longiore describit *Link Enum. alt.* I. *p.* 16.

Pag. 254. n. 139. SALVIA *applanata.* Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 15.

Affinis *spinosae*, sed bracteae spinâ brevi, verticillis summis sterilibus. *Link.*

n. 140. SALVIA *Horminum.* Addatur synonymon: S. *colorata Thore.* HORMINUM *sativum Mill.* HORMINUM *coloratum Mönch.*

Pag. 254. n. 141. SALVIA *viridis.* Addatur observationi: Etiam cls *Link Enum. alt.* I. *p.* 15. S. *truncatam Willd. Enum.* quam *Jacquin* fil. ad S. *Spielmanni*, ad *viridem* laudat.

n. 142. SALVIA *pyramidalis.* Subjungatur:

n. 142 a. S. *spectabilis Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, erecto, ramoso, piloso; foliis deltoideis, hastatis, acutis, crenato-serratis, utrinque pilosiusculis, subtus canescentibus; verticillis bifloris, valde remotis; calycis pubescenti-hirti labio superiore tricuspidato. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 245. *n.* 52.

Caulis tetragonus. Folia petiolata, membranacea, utrinque pilis adpressis conspersa, 3 poll. et paulo longiora, basi 4 poll. lata. Petioli 1 1/2-3 poll., pilosi. Spicae elongatae, verticillatae. Flores paulo majores quam in SALVIA *officinali*; pedicellis pilosis. Bracteae lineari-lanceolatae, persistentes, ciliatae, pedicellos aequantes. Calyx campanulatus, bilabiatus, striatus, labio inferiore breviore, bifido; laciniis subulato-cuspidatis. Corolla violacea, tenuissime pubescens; tubo calycem dupio superante, superne ampliato; galeâ tubum subaequante. Stamina et Stylus longe exserta. *Crescit prope Guanaxuato et S. Rosa in montibus Mexicanorum*, alt. 1300 hex. 4.

Pag. 255. n. 144. SALVIAE *Verbenacae* addatur synonymon: *Engl. Bot. t.* 154. HORMINUM *verbenaceum Mill.*

Obs. In hac specie excludendam esse SALVIAM *Verbenaeam Willd. Enum.* (quae β. *Spielmanni*) monet cls. *Link Enum. alt.* I. *p.* 13., (qui *Verbenacae* duas sistit varietates: a. *subintegrifoliam*; foliis oblongis duplicato-crenatis. S. *oblongata Vahl!* (*ed. nostr. S. V. n.* 144.) b. *pinnatifidam*; foliis pinnatifidis crenatis. S. *Verbenaca Vahl* (et nostra) S. *clandestina Willd. Enum.* (fide *Herb.*). Utrique esse corollam caeruleam, calyce vix longiorem, clausam. Cls. *Sprengel N. Entd.* II. *p.* 187. SALVIAM *Claytoni Elliot Bot. of S. Carol.* et *Georg p.* 32 huc referendam esse censet.

Pag. 256. n. 143. SALVIAE *oblongatae* addantur synonyma (fide *Jacquin Eclog.* II.):

S. *Spielmanni*; fol. radicalibus oblongis, subcordatis, obtuse dentatis, caulinis dentato-crenatis; verticillis 6-floris; floribus horizontalibus; pedunculo unifloro terminali. *Willd. Enum. H. Berol. p.* 38. (excl. syn. *Vahl.*) S. *Spielmanniana*, racemis laxis, corollis calyce angustioribus, galeâ brevi. *Marsch. a Bieberst. Fl. taur. cauc.* I. *p.* 21.

Et, fide *Link Jahrb.* I. 3. *p.* 58. S. *Verbenaca Willd. Enum. p.* 59.

Obs. Sequens *oblongatae* descriptio a L. B. de *Jacquin* l. c. exarata non omnibus partibus convenit cum illa *Vahlii*: „rad. 2‡; caules 1 ½ ped. hirsuti, virides, subramosi, erecti. Folia opposita, 2-4-poll., ovato-oblonga, subcordata, obsolete lobata, crenata, acuta, rugosa, glabra, dorso ad nervos hirsutula, inferioribus petiolatis 1 ½ poll., superioribus sessilibus. Folia plantae adultioris biennis triennisve majora profundius lobata, petiolis longioribus. Flores in racemis terminalibus, verticillatis, ramosis. Verticilli 6-flori, florentes et fructiferi horizontales, plerumque flosculo uno terminati erecto submonstroso. Cal. campanulatus, hirsutus, labio superiore tridentato, complicato, inferiore bifido, laciniis conniventibus. Cor. pallide caerulea, ringens, calyce duplo longior, tubo brevi gibbo, calyce angustiore, fauce inflatâ costatâ, labio superiore incurvato, carinato, apice emarginato, inferiore trilobo, lobo intermedio concavo, emarginato, reflexo, lateralibus oblongis porrectis. Filamenta basi complanata, latiora, absque rudimento antherarum. Antherae flavae. Stylus labio superiore longior. Semen rotundatum glabrum nigrum " — S. *Spielmanni* et *Verbenacam willd. Enum.* omnino unam eandemque esse plantam; genuinam vero *Verbenacam* esse *clandestinam Herb. Willd. Link* l. c.

n. 145. SALVIA *Sibthorpi.* Addatur synonymon:
SALV. *praecox* Deslong. S. *pratensis Bieberst.?*

Pag. 256. n. 146. S. *trilobae* addatur synonymon:
S. caule fruticoso, erecto; ramis foliisque cano-tomentosis, ovato-oblongis, basi auriculatis, crenatis; spicis paniculatis; verticillis octo- aut decemfloris, distantibus; calycis pubescentis labio superiore trifido. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 246. *n.* 54.

An planta Archipelagi? Ubi in America? Jungit cls *Kunth* cum sua *tritoba* et S. *Clusii* et S. *sypileam Lam. illustr.* I. *p.* 68.; S. *Clusii* distincta tamen species monente cum *Persoon* nunc *Poiret*, et hic excludenda.

n. 146 a. SALVIA *Clusii Jacq.*; foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, floribus spicatis, calycibus acutis teretibus aequaliter dentatis. *Jacq. Hort. Schönbr.* 2. *p.* 35. *t.* 195. *Poiret Enc. Suppl.* V. *p.* 46.

Folia nec lobata, nec albida, nec tomentosa; caules recti ramosi tomento cinereo; folia ovata, basi subcordata, saturate viridia, superiora fere sessilia, subtus cinerascentia, ut pedunculi; flores verticillati; calyces tomentosi dentibus subaequalibus; corollae albidae calyce duplo longiores. *Poir. In Oriente.* ♄.

n. 146 b. S. *gigantea Hort. paris.*; foliis inferioribus lato-lanceolatis, obtuse crenatis, subglabris; caulinis sessilibus, acuminatis; bracteis cordato-acuminatis, calyce longioribus; corollis parvis, pubescentibus. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 46. *Desfont. Catal. H. paris. ed.* 2. *p.* 68.

Affinis S. *virgatae;* caules recti altissimi, ramosissimi, pilis albidis non glandulosis; folia inferiora et radicalia amplissima, petiolata, nervosa, pedalia; petioli subpilosi; rami patentissimi, elongati, spicâ e verticillis distantibus terminati; bracteae calycesque pubescentes; corolla albida calyce parum longior; labium superius extus subpubescens. *Habitat?* — ♂.

Obs. Cls. *Poiret* posuit post SALVIAM *Clusii* et ante sequentem *scorodoniaefoliam.* Calycem non descripsit.

n. 146 c. S. *scorodoniaefolia H. paris.;* fruticosa, villosa; foliis ovato lanceolatis, argute crenatis, utrinque pubescentibus, rugosis; calycibus villosis; corollis calyce vix duplo longioribus. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 46. *Desfont. Cat. H. paris. p.* 67.

Caules ramosissimi, ramis patentibus pubescentibus cinereis; folia acutiuscula, utrinque pubescentia, cinerascentia, pube superne fasciculatim assurgente, unde rugosa; flores spicati; calyces villosi, obscure virentes; corolla albida. *Poir. Habitat?* — ♄.

Pag. 257. n. 147. SALVIAE *lyratae* addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 15.

Folia radicalia magna, oblonga et pinnatifida, pilis sparsis. Cor. purpurascens, parva, galeâ brevissimâ. *Link* l. c.

Pag. 257. n. 148. SALVIA *abyssinica.*

Obs. An huc S. *abyssinica Linn. fil.* et *spinosa* Mönch.

Pag. 258. n. 149. SALVIA *nilotica.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 13. qui *abyssinicam* (n. 148. *S. V. ed. nostr.*) nonnisi varietatem credit foliis pinnatifidis, lyratisque magis rugosis et acutatis, quod sane nobis non sic videtur.

Pag. 259. n. 7. SALVIA *aurita.* Addatur descriptio ex *Thunberg Fl. cap. MS. n.* 7.

„Caulis herbaceus, simplex, tetragonus, sulcatus, omnibus partibus hirsutus, erectus, bipedalis. Folia opposita, petiolata, acutiuscula, supra rugosa, viridia, subtus pallida, basi auriculis duabus, alternis, dentatis. Petiolus lineam longus. Flores terminales, verticillato-spicati, minuti, bracteati. Bracteae ovatae, acuminatae. Calyces aristati, corolla duplo breviores.“ *Thunb.* l. c.

Pag. 259. n. 153 SALVIA *bicolor.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 14. *Sims bot. Mag.* 1774.

Obs. Cfr. *Poiret Enc. Suppl.* V. *p.* 45. S. *crassifolia Jacq. fragm. t.* 60 huc referenda videtur; attamen div. *Jacquin* S. *bicolorem* depinxit in *H. Schönbr. t.* 7. S. *crassifolia Cavan S. V. ed. nostr. n.* 165 huc omnino spectare videtur. Plantae Jacquinianae „rad. perennis. Caulis annuus, 2 1/2 ped., terminatus racemo pedali, calamum et ultra crassus, vix ramosus, erectus, infere teretiusculus, per totam longitudinem remote foliosus, scabriusculus, hirsutus, viridis. Folia

basi cordata, elongata, oblonga, obtusiuscula, obsolete crenata vel dentata, villosa, utrinque rugosa, virentia, dorso pallidiora, asperiuscula, crassula, reclinata vel oblique revoluta, majora 1/2 ped Petioli longitudine foliorum, hirsuti, scabri, patentissimi. Flores verticillati, utrinque terni, patentissimi, pedicellis fere uncialibus, villosis, patulis. Bracteae sessiles, cordatae, acuminatae, subintegerrimae, varie reflexae, villosae, dorso ciliatae. Cal campanulatus, compressus, striatus, hirsutus, viscosus, lobis 2 divaricatis, inferiore 2-superiore 3 dentato, dente medio minimo, dentibus omnibus mucronatis. Cor tubus cylindricus, calyce brevior. Galea magna subfalcata, compresso plana, emarginata, dorso villosa, caeterum glabra, erecta. Labium inferius trilobum, laciniis lateralibus oblongis obtusis. Semina glabra. *Hab.?*

Pag. 260. n. 154. Salvia *obtusata*. Addatur descriptio ex *Thunb. Fl. cap. MS.*

„Caulis herbaceus, parum villosus, debilis, erectiusculus, simplex vel ramosus, pedalis. Rami oppositi, cauli similes, flexuosoerecti. Folia opposita, petiolata, obtusa, incisa et raro subhastata, supra glabra, subtus venis pilosa, margine ciliata, vix pollicaria. Petioli ciliati; longitudine folii. Flores verticillato-oppositi, bini, pedunculati. Pedunculi erecti, deflorati, reflexi. Calyces angulati, scabri, aristati, corollâ duplo breviores.“

Pag. 260. n. 156. Salvia *laciniata*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 16.

Caulis tomentosus. Folia inciso-pinnatifida rugosa subvillosa. Verticilli summi floriferi. Calyces intus villosiores. Affinis *clandestinae*, sed folia minus profunde pinnatifida, calyces intus villosissimi, extus minus villosi. An var? *Link l. c.* Clo *Steudel* hujus videtur loci S. *clandestina Sibth.* et *ceratophylloides Sibth.*; silet tamen *Link.*

Pag. 260. n. 157. Salvia *runcinata* et *scabra*, quas divus *Römer* conjunxerat, restituantur ex auctoritate *Thunb. Fl. cap. Ms. n.* 12 sequentibus:

157. * S. *runcinata*; herbacea, scabra; foliis runcinato-pinnatifidis, rugosis, dentatis; ramis flexuosis. *Thunb. l. c. Linn. Syst. Veg.* XIV. *p.* 72. *Supplem. p.* 89. *Vahl Enum.* I. *p.* 260. *Willd. Spec.* I. *p.* 139. *Jacq. H. Schönbr.* I. *p.* 5. *t.* 8.

Caulis herbaceus, tetragonus, erectus, omnibus partibus tenuissime villosus et scabridus, pedalis et ultra. Rami decussati, simplices. Folia oblonga, rarius lyrata, crispa, venosa, superiora sensim minora et tenuius divisa, pollicaria usque bipollicaria. Flores verticillato-spicati. *Thunb. l. c. In Prom. b. Spei.*

157 a. * S. *scabra*; herbacea, scabra; foliis lyratis, dentatis, rugosis; caule paniculato. *Linn. Syst. Veg.* XIV. *p.* 72. *Suppl. p.* 89. *Thunb. Fl. cap. p.* 97. *Fl.*

cap. MS. n. 11. *Vahl Enum.* I. *p.* 259. *Willd. Spec.* I. *p.* 136.

„Caulis herbaceus, tetragonus, rigidus, erectus, villoso-scaber, apice paniculatus, bipedalis. Rami decussati, cauli similes, subfastigiati. Folia petiolata, scabra; supra viridia, subtus venosa, pallida; lobus extimus maximus, rotundatus; inferiores oppositi, minus dentati. Petiolus amplexicaulis. Flores verticillati, pedunculati. Calyces angulati, bilabiati, aristati, fructiferi reflexi. Corolla purpurea, extus hirta, calyce duplo longior.“ *Thunb.* *In Prom. b. Spei.*

n. 157 b. S. *erosa Desfont.*; foliis erosis, subpinnatifidis (crenulato-) dentatis margine subvillosis; verticillis remotis villosissimis; caule aspero. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 49. *Desfont. Cat. H. paris.* 68.

Maxime affinis *runcinatae*; caules recti, subtetragoni, ramosissimi; folia lanceolata angusta, eroso-pinnatifida, 2-3 poll., laciniis irregularibus obtusis; flores subpedicellati; bracteae ovatae acutae, vix calyce longiores; calyces compressi, labiis 2 brevibus obtusis, recurvatis, subintegris; corolla albido-flavescens, calyce parum longior. *Habitat?* ⊙.

Pag. 261. n. 158. SALVIAE *polymorphae* addatur:

Obs. Cls. *Link* in *Jahrb.* 3. *p.* 169 SALVIAM *sclaraeoidem Brot. Phytogr. lusit. selectior. n.* 2 *) suae *polymorphae Flor. port.* esse varietatem *α*; varietates reliquas ibidem adductas, exceptâ *parviflorâ* hortorum filiâ, esse eliminandas; varietati *α* se imposuisse nomen S. *clandestinoidis*, ob synonymon *Barrelieri*, a *Linnaeo* ad *clandestinam* ductum, huc vero spectans; ad hanc varietatem *α* spectare SALVIAM *praecocem Savi*; ceterum S. *patulam Desf.* et *viscosam Vahl* in *Brot.* esse excludendam.

Pag. 262. n. 159. SALVIAE *clandestinae* addatur synonymon: SCLAREA *decidua Mönch.*

Obs. 1. S. *polymorpham*, *clandestinam* et *multifidam* unam eandemque sistere speciem *Bertolon in litt.* ubi S. *clandestinam* sequentibus exposuit:

„S. *clandestina*, foliis serratis, pinnatifidis, rugosissimis, glabris, spicâ obtusâ; corollis calyce duplo longioribus. *Bertol. Amoen. p.* 74. *Excerpt. p.* 5. *n.* 1. *Opuse. scientif. d. Bologn.* IV. *p.* 221. *Linn. Spec. ed.* 2. *p.* 36. *n.* 15. SALV. *multifida Sibth.*

*) Foliis subcordatis sive ovato-oblongis, acutiusculis, rugosis, biserratis, lanuginosis; verticillis sexfloris viscidis; bracteis calyce brevioribus *Brot. Fl. lusit. p.* 17. Affinis dicitur S. *viscosae* cli *Jacquin*. Quorsum ergo SALVIA *verbenacoides*, foliis cordato-oblongis, crenatis, subsinuatis aut pinnatifidis, rugosis; corollis calyce angustioribus, verticillis sexfloris, bracteis subcordatis; *Brotero Fl. lusit. p.* 17., cujus varietates 4 enumerat *Brotero* l. c.: *α*. corollae labiis remotis; *β*. corollâ eâdem, spicâ acutâ; *γ*. corollae labiis approximatis; *δ*. corollâ albâ. — Mediam dicit *clandestinam* inter et *verbenacam*.

et *Smith Prodr. Fl. graec.* I. *p.* 16. *Fl. graec.* I. *p.* 17. *t.* 23. *Sprong. Pug.* I. *p.* 3. S. *polymorpha Hoffmannsegg* et *Link Fl. port.* I. *p.* 150 *t.* 19 (nil pulcrius!) S. *pratensis minor Savi Fl. pis.* I. *p.* 22. *Triumf. obs. p.* 66 cum ic. bon. *Barrel. ic.* 220 ruditer. Sclarea minor angustifolia, Verbenae laciniis, flore caeruleo dilutiore. *Mich. Cat. H. Florent. p.* 86. *n.* 14. et *p.* 170. S. pratensis minor, foliis longis angustioribus, ad costam usque divisis, flore subcaeruleo. *Michel l. c. p.* 171. *n.* 15. — *β* foliis pinnatifido-linearibus. *Bert. Excerpt.* et *Opuse. scientif. l. c.* S. *clandestina Desf. Fl. atl.* I. *p.* 23. *Sibth.* et *Smith l. c. n.* 59. *Sibth. l. c. t.* 24.

Rad. fusiformis crassa. Caulis spithamaeus dodrantalisve, adscendens vel erectus, tetragonus, simplex ramosusve, pubescens. Folia laciniis inciso-dentatis, radicalia longius petiolata, caulina pauca, summa subinde sessilia. Racemus terminalis spiciformis verticillatus, simplex vel inferne ramosus, apice truncatus. Verticilli sexflori remoti. Bracteae cordatae acutae integrae, calyce breviores, singulae trifloraе, floribus lateralibus iterum bracteolatis, medio nudo. Cal. bilabiatus. Cor. calyce duplo et ultra longior: labium superius falciforme emarginatum caeruleum; inferius trilobum, lobo medio ampliori subsaccato subcrenato albido, lateralibus erecto-patentibus, reflexis caeruleis. Plantae pars superior piloso glandulifera glutinosa, unde nauseosus herbae odor. *β* differt a specie foliis angustissimis, scilicet pinnatifido-linearibus, habitu hirsutiore foliisque subtus subinde albido-tomentosis. Hanc esse lusum speciei novi tum ex pluribus speciminibus in oris Libyae lectis a peregrinatore Della Calla, quae transitum ostendunt a planta luxuriante ad macriorem, tum ex lusibus plantae cultae. In Italia, Graecia, Africa septentrion., Lusitania. 2." *Bertol. in litt.*

Obs. 2. Contra Cls *Poiret* in *Suppl.* monet se *Enc. meth. n.* 49 nomine S. *clandestinae* descripsisse plantam cultam, quae non S. *clandestinae Linn.*, sed fors *micrantha Catal. paris. Linnaei* plantam esse „6-10 poll, caule villoso, basi ramoso; folia in illa radicalia petiolata, angusta, elongata, profunde pinnatifida, rugosissima, margine subrevoluta, tomentosa, subtus albo-cinerea, laciniis linearibus, inaequalibus obtusis, inaequaliter dentatis; flores subsessiles, verticillis approximatis subsexfloris; bracteae ovatae calyce breviores; cal. brevis, hirsutus; corolla caerulea calyce triplo fere longior." Ipse tamen *Linnaeus* dicit de S. *clandestina:* „corolla vix calyce duplo longior." *Link* in *Enum. alt.* I. *p.* 16 ad *clandestinam* ducit, fide *Herb.*, S. *ceratophyllam Willd. Enum.* 43., et petit caulem tomentosum; folia ad nervum fere pinnatifida, rugosissima subvillosa; verticillos summos floriferos; calyces extus intusque villosos; corollam albam parvam, additque: „in *Syst. Veg. edit. Röm. Schult.* S. *Verbenaca* cum hac rursus confusa est, ut olim fecere Botanici, falsis synonymis decepti. *Sibthorpius* longe aliam speciem esse S. *clandestinam Linn.* primus docuit."

Pag. 262. n. 160. SALVIA *multifida.* Addatur:

Obs. Cls *Link Enum. alt.* I. *p.* 14 ad hanc speciem suam S *polymorpham* tanquam „typum" laudat, et folia pinnatifida laciniis acutioribus quam in S. *Spielmanni β* notat; corollam caeruleam, 6 lin.; in spontanea labium inferius corollae albidum; calycis labium superius explanatum, dentibus 3 brevioribus mucronatis, inferius 3 longioribus, longius

mucronatis; confiteturque se credere S. *Verbenacam, Spielmanni, multifidam* unam eandemque sistere speciem, cui adsentit ill. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc.* 3. *p.* 13.

n. 161. SALVIA *ceratophylla*. Addatur synonymon:
SCLAREA *ceratophylla Mill.*

Pag. 263. n. 162. SALVIA *ceratophylloides*. Addatur synonymon:
SALVIA *exasperata Cav.* secundum *Pers. Syn.* I. *p.* 29. *n.* 102.

Pag. 263. n. 162 a. S. *lanigera Poiret*; pilosissima; foliis lanceolatis, obtusis, late crenatis, floccoso-lanuginosis; verticillis remotis; calyce campanulato, hirsuto. *Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 49.

Affinis *ceratophylloidi*, (et forte eadem) sed magis hispida et lanuginosa; caules prostrati et fere lignosi basi, demum ascendentes, 2-3 pollicum, albi et pilosissimi; folia radicalia et inferiora petiolata, elongata, virentia, pilis floccosis; folia superiora fere pinnatifida, et suberispa; flores subsessiles; calycis labia obtusa dentibus brevibus; cor. brevis subpubescens; bracteae ovatae acutae. *In Persia, Aegypto.* 2?

n. 165. SALVIA *crassifolia*. Nomen a divo *Römer* mutandum fuisset; sed est *bicolor*, et hic delenda.

Pag. 263. n 166. SALVIAE *diantherae* addantur synonyma:
Roth nov. Pl. Spec. p. 18. S. *indica Herb. div. Heyne.* S. *stachidea Klein* in *Herb. Willd.* (fide *Link.*)

Caulis erectus, obsolete tetragonus, canescens, subtomentosus. Folia simillima S. *officinali*, 3-4 poll., pollicem lata. Petioli pollicares, albido-tomentosi. Spicae terminales, in caule ramisque solitariae, digitales, palmares. Verticilli superiores remoti ad pollicis distantiam. Bracteae brevissime petiolatae, similes foliis, longitudine verticillorum. Cal. tubulatus, oblongo-ovatus, subbilabiatus, dentibus 3/2 brevissimis mucronatis, intermedio labii superioris paulo longiore. Cor. magnitudine fere THYMI *Serpylli* Filamenta cruribus incurvis, altero paulo longiore, semilineari. Stigma simplex, obtusum. Semina plerumque 2 tantum perfecta *Roth.* Stigmatis et staminum forma alius fors generis clavem sistit.

Pag. 264. n. 167. SALVIIS addatur:
169. SALVIA *obovata Elliott*; foliis obovatis, dentatis, pubescentibus; verticillis sexfloris. *Elliott Bot.* of *S. Carolin.* et *Georg. p.* 33.

In Georgia. Lyon.

Quid SALVIA *Claytoni Nutt. Gen.* I. *p.* 17.?
— — *affinis Spreng.*
— — *brasiliensis Spreng.*
— — *byzantina Juss.?* (HORMINUM *parviflorum Mönch.*)
— — *flavescens Juss. Deslile.*

Quid SALVIA *Halleri Fisch.*
— — *Viviani Sieb.*

97. COLLINSONIA.

Pag. 264. n. 1. COLLINSONIA *canadensis.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 17. (qui β colit.) C. *decussata Mönch.*

n. 4. COLLINSONIAE *serotinae* addatur synonymon:
C. *tuberosa Link* l. c. (cor. flava!)

Pag. 264. n. 5. COLLINSONIAE *anisatae* addatur synonymon:
Bot. Mag. 1213. (ubi C. *serotina Walth.* cum? laudatur.)

Caulis erectus 2-3 ped., obsolete tetragonus, pubescens. Folia petiolata, plerumque cordata, interdum ovata, acuminata, 2-3 poll., crenato-dentata, scabra, subtus pallida, punctis sub lente pellucidis. Bracteae ovatae acutae ciliatae. Cal. 5/2, dentibus superioribus obtusis. Cor. tubus calyce vix longior, labio inferiore fimbriato. Filamenta longissima, demum spiralia, antheris rotundatis flavis. Stylus staminibus brevior, stigmate subbifido. Cor. pallide flavicans. *Sims l. c* Vere *tetrandram* esse *Nutt. Gen.* p. 18. *In Carolina meridionali.*

Pag. 265. COLLINSONIIS addatur:

n. 7. COLLINSONIA *punctata Elliott;* foliis oblongis, utrinque attenuatis, subtus pubescentibus, punctatis, paniculâ resinoso-punctatâ. *Elliott Bot. of S. Carolin. et Georg. p.* 187.

Filamenta 2 sterilia. *Natt. Gen.* p. 18.

8. COLLINSONIA *verticillata Baldw.;* foliis verticillatis, oblongis, acuminatis. *Elliott l. c.*

98. FONTANESIA.

Pag. 265. n. 98. FONTANESIA *phillyraeoides.* Addatur:

Obs. Cls *Link Enum. alt.* I. *p.* 34 flores albos petit. Folia 2 fere poll.
Quibusdam *Noronhia* huc videtur ducenda.

Pag. 265 post 99 LITHOPHILAM inseratur:

99 a. MILLINGTONIA.

1. M. *simplicifolia Roxb.;* foliis alternis, simplicibus, late lanceolatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 102.

Arbor magna. Folia petiolata, basi multum attenuata, integerrima, vel remote subserrata in adultis, in junioribus serrata, quidquam acuminata, glabra, venis simplicibus et parallelis, 6-12 poll., 3-4 lata. Panicula terminalis magna, oblonga, patentiuscula, ramis pluribus alternis decompositis, longis, patentibus, fuscis, villosis. Flores numerosi, sessiles, minuti, flavi. Bracteae oblongae, pube ferrugineâ; 2-3 etiam sub ca-

lyce, minutis. Calycis foliola ovata, glabra, persistentia. Petala 3, late ovata, undulata, calyce duplo longiora, persistentia. Nectarium squamae glabrae, lobatae, fornicem supra pistillum sistentes: circa germen corpus planum triangulare, angulis bidentatis. Filamenta incurva opposita, extra nectarium ad germen inserta, bifida: laminâ interiore apice receptaculum patelliforme fulciente, cui anthera insidet, flava, biloba; exteriore bifidâ, segmentis subulatis, antheram superantibus. Germen superum. Stylus simplex, brevis. Stigma obscure bilobum. Drupa magnitudine pisi, dura, loculamento subangulato, cum vestigio abortivi. Semen altero latere, abortienti proximo, concavum, altero hemisphaericum. Integumentum simplex, membranaceum. Perisperma o. Embryo duplicatus, ut in Convolvulaceis. *Roxb. l. c.* *In Silhet.* ♄.

2. M. *pinnata Roxb.*; foliis alternis, abrupte pinnatis; foliolis 6-12-jugis, suboppositis, lanceolatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 103. *n.* 2.

Arbor mediae magnitudinis, ramulis glabris. Folia 6-18 poll., foliolis breviter petiolatis, remote serratis, acuminatis, glabris, 3-6 poll., 1-1 1/2 poll. latis. Paniculae terminales magnae, ramosissimae, subpilosae. Bracteae parvae. Flores numerosi, parvi, albi. Cal. basi foliolis 2 minoribus, calyculatus, vel cal. 5-phyllus. Squama nectarifera lobata, laciniata, supra germen incurva, et corpusculum triangulare, cyathiforme, angulis bidentatis, circa germinis basim. Filamenta 2 longitudine germinis, brevia, lata, apice dilatata, ad cujus basin extus squama lata toidentata longitudine fere filamenti. Antherae didymae, lobo singulo, globuloso. Germen cordatum, superum. Stylus brevis. Stigma parvum bidentatum. Drupa magnitudine pisi, glabra, nigra, succulenta, unilocularis. Nux 1-locularis crassa durissima, globosa, 1-locularis, processu instar loculi abortivi. Perisperma paucissimum, integumento commixtum. *Roxb.* l. c. *In Silhet.* ♄.

100. LINOCIERA.

Pag. 266. n. 1. LINOCIERAE *ligustrinae* addatur:

Obs. In L. *ligustrina* drupam se invenisse, nec baccam exsuccam; limites LINOCIERAM inter et CHIONANTHUM vix dari; et semina in hac exalbuminosa, cum in LINOCIERA albumine praedita, vix distinguere genera: *Link Jahrb.* 1. 3. *H. p.* 32.

Pag. 266. n. 4. LINOCIERAE *purpureae* addatur synonymon:
CHIONANTHUS *zeylanica*; fol. oppositis, breviter petiolatis, obovatis, integerrimis, glabris; racemis axillaribus. saepius compositis; floribus ternis; bracteis ovatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 107.

Pag. 267. n. 6. LINOCIERA *tetrandra*. Addatur synonymon:
CHIONANTHUS *guianensis*. *Pers Syn.* I. *p.* 5.

Pag. 267. n. 7. LINOCIERA *flavicans*. Addatur synonymon:
THOUINIA *flavicans Willemet.*

101. ACAENA.

Pag. 268. n. 5. ACAENA *Sanguisorbae*. Addatur synonymon:
ANCISTRUM *decumbens Gaertn.*

n. 6. ACAENA *ovalifolia*. Addatur synonymon:
ACAENA *ovalis Pers. Syn.* I. *p.* 30.

Pag. 582. n. 9a. ACAENA *sericea*. Addatur synonymon:
ANCISTRUM *Sanguisorbae Vahl.*

Pag 269. n. 10. ACAENA *magellanica*. Addatur synonymon:
POTERIUM *humile Lam.*

n. 11. ACAENA *laevigata*. Addatur:

Obs. Si ANCISTRUM *magellanicum* β re verâ huc spectat, eadem erit cum sequente adscendente species.

Pag. 270. ACAENIS addantur ex *Herbario Willdenowiano*:
15. ACAENA *laxiflora* Humb. et Bonpl.
16. — *poterioides* — — —
17. — *splendens*

102. COLUMELLIA.

Pag. 270. n. 2. COLUMELLIAE *obovatae* addatur:

Obs. C. *sericea Humb.* et *Bonpl.* huic similis; sed folia longiora, apice minus incisa; foliola 2 sub calyce in floribus tantum lateralibus.

Pag. 270. addatur COLUMELLIIS:

n. 3. COLUMELLIA *sericea Humb.* et *Bonpl.*; foliis oblongis, integerrimis, subtus (álbo-) sericeis; pedunculis terminalibus, (uni-) bi- aut trifloris. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 312.

Arbor 18 ped.; ramis oppositis, fragilibus, teretibus; junioribus obsolete tetragonis, sericeo-pubescentibus. Folia breviter petiolata, conferta, obtusa, brevissime mucronata, basi in petiolum angustata, venosa, coriacea, supra glabra, viridia et nitida, subpollicaria, 5-6 lin. lata. Pedunculi pedicellique sericei, bracteati. Bracteae lanceolatae, sericeae, pedicello breviores. Calyx sericeus. Corolla lutea. Capsula subpyramidata. Semina ovata, complanata. *In locis sylvaticis Regni Quitensis, in declivitate montis ignivomi Funguraguae, inter rupem Guandisava et flumen Puela*, alt. 1300 hex. ♄. COLUMELLIAE *obovatae Ruiz.* et *Pav.* proxima. Planta a me non visa; descriptio ex schedis Bonplandii.

MORINA.

Pag. 270. 1. MORINA *persica*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 35. MORINA *orientalis Mill.* MORINA *verticillata* Mönch.

Cor. 2 poll., tubo filiformi flavescente, limbo rubro.

CIRCAEA.

Pag. 270. n. 1. CIRCAEA *lutetiana*. Addatur:
CIRCAEA *pubescens Pohl Fl. boëm.* CIRCAEA *vulgaris* Mönch.

Obs. Planta *americana* tota glabra. An haec illa C. *lutetiana β canadensis Nutt. Gen p* 18. ?

CIRCAEA *lutetiana*, caule erecto; ramis duobus, oppositis; foliis ovato subcordatis, acutis, denticulatis, glabriusculis; racemis tribus terminalibus *Brotero Fl. lusit. p.* 19. singularis *Brotero* videtur varietas et quasi species media inter *lutetianam* et *alpinam*. — Differt tamen ab *intermedia* quoad definitionem. In umbrosis ad radices montium circa Serra da Lousãa, Herminium, Porto. 4.

Pag. 271. n. 2. CIRCAEA *alpina*. Addantur synonyma:
Wahlenb. Fl. upsal. p. 2. *Trattinn. thes. t.* 33. *Fl. Dan. t.* 1321.

Obs. CIRCAEAM *alpinam americanam* haud ita bene congruere cum *europaea Nuttall Gen. p.* 18.

Pag. 271. n. 2. *β.* CIRCAEAE *alpinae β intermediae* addatur synonymon:
C. *alpina Svensk Bot.* 56. CIRCAEA *intermedia Hoch* et *Ziz. Catal. p.* 17 (quibus species videtur floribus C. *lutetianae* et foliis C. *alpinae*.)

Obs. Hac habitu caulequo glabro convenire, differre vere floribus triplo majoribus, magnitudine C. *lutetianae*, petalorum lobis latioribus obtusioribus, foliis longioribus ad figuram C. *lutetianae* accedentibus, basi multo minus cordatis; cum *vulgari* convenire florum figura et magnitudine, sed differre foliis evidentius acuminatis, aeque profunde dentatis ac folia *alpinae*. *Lutetiana* variat etiam caule glabro; sed foliorum figurâ et dentibus dignoscitur statim.

105 PIMELEA.

n. 1. PIMELEA *Cornucopiae*. Deleatur, est enim nunc THECANTHES *Cornucopiae Wikström*. Idem valet de

n. 2. PIMELEA *punicea*, quae THECANTHES *punicea*.

n. 3 PIMELEA *collina*. Addatur patria:
Intra tropicos Novae Hollandiae.

n. 4. PIMELEA *linifolia*. Addatur synonymon:
P. involucris 4-phyll.; foliolis ovatis, acutis, glabris, capitulo dimidio brevioribus; corollis sericeis; laciniis corollae lanceolatis obtusiusculis; foliis lanceolatis cuneiformibusve brevissime petiolatis, acutis, mucronatisve. *Wikström Gransking Thymel. Act. Holm. p.* 274. *Link Enum. alt.* I. *p.* 8. *Bonpland jard. Malmais. p.* 79. *t.* 31. P *filamentosa Rudge Syst. Veg. ed. nostr. p.* 273. *n.* 13. (teste *Wikström*, cujus fide etiam) P. *involucrata Banks* et *Soland. MS.* PASSERINA *involucrata Thunb. Mus.*

Nat. Acad Ups. P. XIII. 306. PASSERINA *involucrata* β *Ejasd. Mus. Append.* P. XXII. *p.* 32.

„P. *filamentosa Radge* certe eadem, quamquam folia sessilia descripsisset:“ *Wikström* l. c. „Folia 10 lin., 1-2 lin. lata Cor. 6 lin. Videntur ergo folia culturâ attenuari, cum late ovata petiisset cls *Brown*.“ *Link* l. c. *In Nova Cambria Banks; in ins. Norfolk, Smith; circa* P. *Jackson et ins. van Diemen.* R. Brown.

n. 6. PIMELEA *brevifolia.* Addatur patria: *orae meridionales N. Holl.* ♄.

n. 7. PIMELEA *paludosa.* Addatur patria: *Ad P. Jackson.* ♄.

n. 8. PIMELEA *angustifolia.* Addatur patria: *Orae meridionales N. Holl.* ♄.

Pag. 273 n. 9. PIMELEA *glauca.* Addatur synonymon: *Wikström* l. c. p. 275. (Laciniae corollae lanceolatae, obtusiusculae Folia acutiuscula.) *Orae meridionales N. Holl., P. Jackson, ins. van Diemen.*

n. 10. PIMELEA *ligustrina* addatur synonymon: *Wikström* l. c. (Foliola acuta. Laciniae corollae oblongae, obtusae. Folia obtusa.) *Circa P. Jackson, in ins. van Diemen.*

Pag. 273. n. 11. PIMELEA *decussata.* Addatur patria: *Orae meridionales et occidentales Nov. Holland.* ♄.

n. 12. PIMELEA *rosea.* Addatur synonymon: *Loddiges Bot. Cab.* IX. *n.* 883. (Tubus non articulatus, basi pilis brevibus.) *In oris merid. N. Holland.* ♄.

n. 13. PIMELEA *hispida.* Addatur patria: *ad oras meridionales Nov. Holland.* ♄.

n. 14. PIMELEA *lanata.* Addatur patria: *ad oras meridionales Nov. Holland.* ♄.

n. 15. PIMELEA *filamentosa.* Delenda monente clo *Wikström*, cum eadem cum *linifolia*, quacum conferendam esse monuit etiam *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 382.

Pag. 274. n. 16. PIMELEA *pauciflora.* Addatur patria: *Ins. van Diemen.* ♄.

n. 17. PIMELEA *pauciflora.* Addatur patria: *Orae meridional. N. Holl.* ♄.

n. 18. PIMELEA *prostrata.* Addatur synonymon:
P. foliis ovalibus oblongisve minutis, obtusis, glabris; floralibus quaternis; floribus terminalibus, aggregatis, villosiusculis; laciniis corollae oblongis, obtusis. *Wikström* l. c. p. 277. P. *laevigata Gaertn. fruct.* I. *p.* 186. *t.* 39.

f. 1. (fide *Wikström*) qui etiam *β*: ramulis villosioribus; foliis magis elongatis, acutioribus; floribus villosis.

n. 19. PIMELEA *sylvestris*. Addatur synonymon:
P. ramulis glabris; foliis lanceolatis, acutis, glabris; floralibus ovatis, lanceolato-ovatisve, 4-6-nisve, acuminatis; corollis glabris, eximie articulatis; laciniis corollae lanceolatis acuminatis, obtusiusculis. *Wikström* l. c.
In oris meridionalibus N. Holland. ♄.

n. 20. PIMELEA *humilis*. Addatur synonymon:
P. ramulis pubescentibus; foliis lanceolatis oblongisve, obtusis, glabris; floralibus ovatis, intus pubescentibus; corollis sericeis; laciniis corollae lanceolatis, obtusiusculis. *Wikstr.* l. c. p. 278.
In ins. van Diemen. ♄.

n. 21. PIMELEA *flava*. Addatur synonymon:
P. foliis obovatis orbiculatisve glabris; floralibus quaternis capitulo longioribus; corollis pubescentibus: laciniis corollae minutis, oblongis, obtusis. *Wikstr. l. c. p.* 278.
Flores certe monoici vel dioici. *Ad oras merid. et in ins. van Diemen.* ♄.

n. 22. PIMELEA *microcephala*. Addatur patria: *orae merid. N. Holl.* ♄.

n. 23. PIMELEA *Gnidia*. Addatur synonymon:
P. foliis oblongis lanceolatisve, acutis, coriaceis, glabris; floralibus ovatis oblongisque, corollis villosis: laciniis corollae oblongis, obtusis. *Wikstr.* l. c. p. 278.

Pag. 275. n. 24. PIMELEA *clavata*. Addatur synonymon:
P. foliis lanceolatis, acuminatis, subtus pubescentibus; capitulo longe pedunculato; corollis villosis; laciniis corollae minutis, oblongis, obtusis. *Wikstr. l. c. p.* 279.
Omnes, quos dissecui, flores, hermaphroditi fuerunt: dixit tamen cl. *Brown*, flores esse dioicos. Nulla folia floralia in hac specie vidi. *Wikström* l. c.

n. 25. PIMELEA *imbricata*. Addatur:
Obs. Secundum diagnosin P. *virgatae Vahl* et *pilosae Banks* et *Sol.* affinis videtur. In oris merid. N. Holl.

n. 26. PIMELEA *longiflora*. Addatur synonymon:
P. foliis linearibus, obtusis, extus pilosiusculis oppositis sparsisve, adultis glabris; involucralibus lanceolatis; corollis sericeis: laciniis corollae lanceolatis acuminatis. *Wikstr.* l. c. p. 279.
Ad oras N. Hollandiae merid. ♄.

n. 27. P. *octophylla*. Addatur synonymon:
P. foliis oblongo-linearibus, obtusis, villosiusculis, oppo-

sitis sparsisve; involucralibus similibus; corollis hirsutis: tubo limbum quadruplo superante; laciniis corollae minutis, oblongis, obtusis. *Wikstr.* l. c. *p.* 279.

Folia adulta supra glabrescunt. *Wikstr.* *Ad oras merid. Nov. Holland.* ♄.

n. 28. PIMELEA *pilosa.* Addatur synonymon:
P. foliis lanceolatis oblongisve obtusis, subtus pilosiusculis, supra glabris; floralibus capitulo paucifloro duplo longioribus; corollis hirsutis: laciniis corollae oblongis, obtusis. *Wikstr.* l. c. p. 279. n. 25.

n. 29. PIMELEA *sericea.* Addatur synonymon:
P. foliis ovalibus ovatisve, obtusis, imbricatis, supra glaberrimis, subtus sericeis; floralibus capitulo brevioribus; corollis villosis; laciniis corollae oblongis, obtusis. *Wikström l. c. p.* 282; cui: *β.* foliis minoribus, ovatis, susupra glaberrimis, subtus villosis, floribus minoribus villosioribus. P. *villosa Banks* et *Soland. MS.* PASSERINA *villosa Thunb. Mus. Acad. Nat. Ups.* XIII. *p.* 106. *n.* 28.

α In summo monte tabulari ins. van Diemen. β. in Nov. Zeelandia. Forster. ♄.

n. 30. PIMELEA *cinerea.* Addatur synonymon:
P. foliis oblongis lanceolatisve obtusis, supra glabris, subtus hirsutis, incanis; floralibus capitulo pauciflore longioribus; corollis hirsutis: tubo ovato, ventricoso; laciniis corollae minutis, ovatis, obtusis. *Wikstr. l. c. p.* 282. *n.* 29.

In ins. van Diemen.

n. 31. PIMELEA *virgata.* Addatur synonymon:
P. ramulis villosis; foliis lanceolatis, acuminatis, supra glabris, subtus pilosiusculis; involucralibus capitulo terminali axillarique longioribus; corollis hirsutis: laciniis corollae oblongis obtusis. *Wikström.* l. c. *p.* 280. *n.* 26. et, hoc teste: P. *axillaris Banks* et *Sol. MS.* PASSERINA *axillaris Thunb. Mus. Nat. Acad. Ups.* P. XIII. *p.* 106.

Differt a. P. *pilosa* tantum ramis numerosioribus; foliis longioribus floribus pluribus. Affinis etiam videtur P. *imbricatae.* Ad latera capituli excrescunt ramuli, unde flores, primum re verâ terminales laterales axillaresque tandem. *Wikstr.* l. c.

n. 31 a. PIMELEA *longifolia Banks* et *Soland.*; caulibus glabris; foliis longissime lanceolatis acuminatisque, petiolatis, utrinque glabris, venosis, involucralibus capitulo multifloro longioribus; corollis pubescentibus: laciniis corollae oblongis, obtusis. *Wikstr.* l. c. *n.* 27. *Banks* et *Soland. n.* 27. PASSERINA *longifolia Thunb. Mus. Nat. Acod. Ups. App.* XXII. *p.* 32.

Omnium speciosissima. Rami glabri. Folia opposita, saepe de-

cussata, brevissime petiolata, utrinque viridia, subtus pallidiora, 1-2 poll. et ultra; 3-4 lin. lata; floralia similia, capitulo duplo longiora. Petioli subtus convexi, utrinque glabri, 1/2-1 lin. longi. Receptaculum conicum, villosum. Flores plurimi sessiles, extus pubescentes. Corolla unguicularis, rosea ut videtur; tubus fere 5 lin.. laciniae lineà paulo longiores. Filamenta exserta, longa. Germen apice villosum. Stylus exsertus, stigmate capitato. Nux ovata, glabra, apice villosa; testa nigricans; semen flavum. *Wikstr.* *In Nova Zeelandia. Forster.* ♄.

n. 32. PIMELEA *drupacea.* Addatur synonymon:
P. foliis oblongis lanceolatisve, obtusis, supra glabris subtus pubescentibus, dilutis; floralibus capitulo longioribus; corollis villosis: tubo lineari, laciniis corollae oblongis, obtusis; fructu drupaceo. *Wikstr. l. c. p. 282. n. 30.*

Fructus vera est drupa, ut in DAPHNE, a quo staminibus 2 tantum differt. *Wikstr.*

Pag. 276. n. 33. PIMELEA *incana.* Addatur patria: *in ins. van Diemen.*

n. 34. PIMELEA *nivea.* Addatur synonymon:
P. foliis orbiculatis, imbricatis, margine recurvis, supra glabris, subtus tomentosis; floralibus similibus, capitulo brevioribus; corollis villosis: laciniis corollae oblongis, obtusis. *Wikstr. l. c. p. 283. n. 32.*

In ins. van Diemen La Billard.; ad oras meridionales N. Holland. R. *Brown.*

n. 35. PIMELEA *spicata.* Adde:
Secundum figuram cl. Rudge flores haud spicati, sed aggreguti, ut in speciebus sectionis prioris. *Wikstr.*

n. 36. PIMELEA *argentea.* Addatur: *ad oras merid. N. Holland.* ♄.

n. 37. PIMELEA *curviflora.* Addatur synonymon:
P. foliis lineari-oblongis lanceolatisve, obtusis, supra glabris, subtus ramisque pilis raris adspersis; capitulis terminalibus lateralibusve, paucifloris; corollis sericeis; tubo curvato; laciniis corollae lanceolatis, acuminatis. *Wikstr. l. c. p. 283. n. 35.*

Folia opposita et sparsa; floralia longitudine capituli. *Wikstr.*

Ad P. Jackson.

n. 38. PIMELEA *gracilis.* Addatur patria: *in ins. van Diemen.* ♄.

n. 39. PIMELEA *latifolia.* *Ad littora Nov. Holland. intra tropicos.* ♄.

† In Herb. Willdenow species dubia.

Quid PIMELEA *grandiflora Donn. Hort. Cantabr. 6. p. 5?* quaerit cl. *Wikström.* PIMELEA *prinifolia Noisette.*

Pag. 277 post PIMELIAS inseratur

105a. THECANTHES.

1. THECANTHES *Cornucopiae Wikström*; laciniis calycis semilanceolatis acutis. *Wikstr. Granskning Thymelaear. Act holm. p.* 271. PIMELEA *Cornucopiae Syst. Veg. ed nostr. p.* 271. *Dryand. Chlor. nov. Holland.* in *Kon.* et *Sims Annal. of Bot.* II. *N.* 6. *p.* 505.

Rad. parva, fusiformis. Rami pauci. Folia opposita, rarius sparsa, acuminata, infima saepe cuneiformia, obtusa, integerrima, punctata, glabra, 6-15 lin, 2-3 lin. lata. Petioli vix lineam longi. Pedunculi solitarii longissimi glabri. Cal. glaber, 7 lin., basi 4 lin latus, e rubro flavus: laciniae calycis semilanceolatae, acutae, 1 1/2 lin Flores plurimi, superiores calycem paulo excedentes, glabri, flavi. Pedicelli complanati, dilatati, membranacei, 1-2 lin. Cor. 3-4 lin.: laciniae minutae, lanceolatae, obtusae, 1/5 lin. Filamenta longitudine laciniarum. Antherae suborbiculatae. Stigma capitatum. Nux ovata, testâ nigrâ: semen flavum. *Intra Tropicos novae Hollandiae* Certe ⊙.

2. THECANTHES *punicea Wikström*; laciniis calycis semiorbiculatis obtusis. *Wikstr. l. c.*

Similis TH. *Cornucopiae* caule et foliis; folia vero saepius breviora, 6-10 lin., minus manifeste punctata, calyx minor, 4 circiter lin., puniceus; corolla paulo brevior, et stylus. Stigma capitatum. *Wikstr.* *In Carpentaria et terra Arnhem intra Tropicos Nov. Holland.* Certe ⊙.

107. FRAXINUS.

Pag. 277. n. 1. FRAXINUS *Ornus.* Addatur:
γ. FRAX. *Theoprasti Duhamel.*

Obs. Nuttall. Gen. I. p. 6. adducit ORNUM *americanam*, vix non vere distinctam ab *europaea*: diagnosin nullam tamen adjecit.

1a. FRAXINUS *floribunda Wall.*; foliolis oblongis, attenuatis, acuminatis, acute inaequaliter serratis; floribus masculis corollatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 150. *n.* 2.

Affinis FR. *Orno*, et ab hac foliolis potissimum attenuato-acuminatis diversa. Arbor magna, cortice cinereo laevi, ramis punctatis, ramulis compressis. Folia opposita, foliolis trijugis glabris, superioribus majoribus, terminali ovato, reliquis oblongis et ovato-oblongis, 3-4 pollicaribus, pollicis distantiâ, basi plus minus inaequalibus, longe acuminatis, supra laevibus, subtus reticulatis nervosis. Petioli graciles sulcati oppositi; terminalis pollicaris. Panicula terminalis magna composita glabra rara, foliolis floralibus interspersis, ramulis oppositis, racemis longis gracilibus e fasciculis innumeris breviter pedicellatis sessilibusve florum alborum inodorum, pedicellis fultorum capillaribus. Cal. truncatus, 4-dentatus.

Petala longa, lineari-clavata, longitudine filamentorum capillarium. Caps. linearis pollicaris, alâ vix 2 lin. latâ, subretusa, punctis elevatis. Semen solitarium, FR. *excelsioris*. *In Nepala.* ♄.

Pag. 277. n. 2. FRAXINUS *rotundifolia*. Addatur synonymon: FRAXINUS *mannifera Hortulan.*; ORNUS *rotundifolia Mönch.*

n. 8. FRAXINUS *Sambucifolia*. Addatur synonymon: FRAXINUS *nigra Mönch.*; FR. *crispa Hortul.*

Pag. 279. n. 10 FRAXINUS *pubescens*. Addatur synonymon: FRAXINUS *pensylvanica Marsh.* An ad β *longifoliam* FR. *subvillosa Bosc?*

Pag. 280. n. 16. FRAXINUS *excelsior*. Addatur synonymon: FRAXINUS *apetala Lam. Fl. fr.*, et τῳ δ., FRAX. *erosa Pers.*

Pag. 281. n. 19. FRAXINUS *heterophylla*. Addatur synonymon: FRAXINUS *integrifolia* et *diversifolia Hortnl.* FR. *excelsior* β *heterophylla* Decand.; FR. *excelsior* β *diversifolia* Ait.

Pag. 282. n. 20. FRAXINIS addatur:

n. 21. FRAXINUS *chinensis Roxb.*; arborea, ramis erectis; foliolis 3-7, lanceolatis, serratis; paniculis axillaribus terminalibusque; floribus apetalis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* 1. *p.* 150.

Ram. plures erecti in speciminibus adhucdum non caulescentibus, 10-12-ped. Folia opposita, pinnata et ternata, foliolis oppositis glabris utrinque attenuatis, breviter petiolatis, terminali longiore, longius petiolato: petiolis sulcatis, subinde alatis. Paniculae parvae, nutantes, ramis subverticillatis gracilibus simplicibus compositisque. Cal. 4-dentatus, filamentis in flore vere hermaphrodito multo brevioribus, in femineo eorundem rudimenta includens. Flores mere masculi o. Germen ovatum. Stylus longus incurvus. Stigma emarginatum. *Roxb. l. c.* *In China- D. Cent. Hyd.* ♄.

n. 107. a. MARTIUSIA.

1. MARTIUSIA *physalodes*. MARTIA *physalodes de Schrank Denkschr. d. Münchner Akad.* VII. *p.* 243. MARTIA *Leander de Sacramento* l. c. p. 233.

Vix ultra 6 ped. Rad. ramosa, fibrosa. Caulis teres, villosus, 2-3 lin., volubilis. Folia alterna, ternata, inferiora approximata, ad ramulorum extremitates remotissima. Foliola ovato-oblonga, integerrima, nervo medio ultra apicem exserto, pagina superiore glabra, inferiore pubescentia. Petioli communes longi, teretes, villosi; partiales breves. Stipulae 2 laterales, ovato-acutae, sessiles ad petioli communis basin; praeterea 4 aliae,

quarum 2 petiolum folioli terminalis, 2 reliquae lateralium bases fulciunt. Pedunculi axillares, longi, teretes, villosi, biflori. Flores bracteis 3 exterioribus fulti; praeterea una cuilibet flori adsidet. Cal. persistens, tubulosus, subcompressus; lacinia intermedia labii inferioris longior: omnes acutae, conniventes, ut calyx sub anthesi clausus sit. Bracteae 2 laterales, praeter alias 5 communes ad calycis basin. Cor. o. Stamina distincta. Filamenta capillaria, germine dimidio minora. Antherae rotundo compressae, biloculares, margine tenuissime ciliatae. Rudimenta 2 filamentorum minima, distincta, circa germen receptaculo affixa. Pistillum intra calycem clausum, oblongum. Stylus subulatus, infra productus usque ad antheras; postquam vero fructus calycem superat, erectus. Stigma subcapitatum. *Sacrament.* l. c. In campis pro Rio-Janeiro. 4. Incolis *Timbò*, pecoribus lethalis. 4.

n. 108. DIALIUM.

Pag. 282. n. 2. DIALIUM *divaricatum*. Addatur synonymon:
ARUNA *divaricata Willd.* CLEYERIA *divaricata Neck.*

Pag. 282. n. 109. CYPSELEA.

CYPSELEA *humifusa*. Addatur synonymon:
MILLEGRANA *Herb.* Juss.

Pag. 282 post 109 CYPSELEAM inseratur

109 a. ACROGLOCHIN.

1. A. *chenopodioides*. *Schrad. Plant. rar. Hort. Gotting.*

Planta herbacea, caule pedali, simplici l. basi ramoso, stricto, glabriusculo. Folia alterna, petiolata, rhombeo-ovata, superiora ovalia, inaequaliter serrato-dentata, nonnisi margine pilis brevibus adspersa. Cymae axillares, dichotomae; ramis ultimis bifidis, spinescentibus. Flores exigui, alares, solitarii. Calycis laciniae lanceolatae, fructu maturascente patentes. Stamina saepius 2, quandoque 1. Stylus crassiusculus, stigmatibus 2. Utriculus calyce duplo major, depressus, supra medium circumscissus, inferiori parte post seminis lapsum persistente. Semen lenticulare, laevissimum, atrum, nitidum. *Schrader* l. c. *In Nepal.* ☉.

Pag. 282. n. 110. SUFFRENIA. Post hanc inseratur:

n. 110 a. DYSPHANIA.

1. D. *littoralis R. Brown Prodr. nov. Holl.* 1. *p.* 411.

Herba pusilla, prostrata, glabra. Folia alterna, exstipulata, integerrima. Glomeruli axillares. Flores minutissimi (ore vix caput aciculi aequantes) brevissime pedicellati, ebracteati, albi, extimo hermaphrodito, reliquis femineis. *Intra novam Hollandiam tropicam.*

111. LEMNA.

Pag. 282. n. 1. L. *trisulca*. Addatur synonymon:
Fl. Dan. t. 1585. LENTICULA *trisulca Scop.* et *Mönch.*

Obs. LEMNAM *trisulcam* post anthesin primum proliferantem in propriam abire formam; hinc a plurimis fors sub anthesi pro *minori* habitam: *de Chamisso adnot. in Fl. berol. Hunth p. 3.*

Pag. 283. LEMNA *minor*. Addatur synonymon:
LEMNA *vulgaris Lam.*

Pag. 283. n. 4. LEMNA *polyrrhiza*. Addatur synonymon:
Fl. Dan. t. 1589. *Engl. Bot. t.* 2438.

Pag. 283. n. 2. LEMNA *minor*. Addatur synonymon:
Fl. Dan. t. 1581.

n. 3. LEMNA *gibba*. Addatur synonymon:
Fl. Dan. t. 1578. L. *minor β. Hudson.*

Pag. 283. n. 7. LEMNIS addatur:

n. 8. LEMNA *minuta Humb.* et *Bonpl.*; radicibus solitariis; frondiculis ellipticis. *Kunth in Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. 1. p. 372.*

Affinis *minori*, radix centralis, fere pollicaris; folia integerrima glabra enervia laete viridia, vix lin. longa. Flores fructusque non visi. *In aquis stagnantibus prope Guaduas novae Grenadae.*

n. 9. LEMNA? *punctata Meyer*; foliis ovalibus, supra convexis, utrinque (argenteo-) punctatis, radicibus binis ternisve. *Meyer Essequeb. p.* 252.

Radices 2-3, longae, fragiles. Folia saepissime 2, alterna, nitida. Flores? *In aquis stagnantibus.* ⊙.

Quid LEMNA *hyalina Delisle.*
— LEMNA *thermalis Beauv.* apud *Nutt. Gen. p.* 19.

Confer super LEMNIS *Dm. Neee* ab Esenb. in *Berl. Mag. Naturf. Freund.* 1816. 1. 2. p. 15.

112. CLADIUM.

Pag. 284. n. 1. CLADIO *germanico* addendus tanquam synonymon:
SCHOENUS *effusus Swartz Prodr. p.* 19. *Willd. Spec.* I. *p.* 266. *Swartz Fl. ind. occid.* I. *p.* 98. *Roth Neu. Beytraege p.* 81. (fide *Bot. Zeit.* 1819. *n.* 144.); attamen, si CLADIUM *germanicum* illud, de quo *Vahl* l. c.: „alium MARISCUM e *Puerto Rico misit West* etc.“ tunc potius propriam speciem sistit, sequens nempe CLADIUM *effusum.*) MARISCUS *mucronatus Gaertn.*

Obs. SCHOENUM *mariscum Mühlenb.* in Herbario suo divum *Willdenow* specie distinxisse nomine SCHOENI *inermis*, foliis angustio-

ribus margine nervoque scabris, nec aculeato-serratis *Link Jahrb.* 3. *p.* 76.

Pag. 284. n. 2 bis. CLADIUM *effusum*. Huc ponas SCHOENUM *effusum Swartz* in *Syst. Veg.* nostro *T.* II. *p.* 75. *n.* 56 sub SCHOENIS adductum; qui in *Bot. Zeit.* 1819. *p.* 44 perperam SCHOENUS *mariscus* dicitur, cum potius ille *mariscus* alius, de quo *Vahl* ad CLADIUM germanicum ex Porto-Rico.

Pag 284. n 2. CLADIUM *occidentale*. Addatur synonymon: CLADIUM *palustre Poiret*.

Pag. 286. n. 14. CLADIUM *schoenoides*. Addatur synonymon: CLADIUM *acutum Poiret*.

D I G Y N I A.

n. 113. G U N N E R A.

Pag. 286. n. 1. GUNNERAE *scabrae* addatur synonymon:
G. foliis lobatis; venis venulisque subtus hispidis; scapo foliis breviore petiolisque muricatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. red. Kunth* II. *p.* 44.

Acaulis. Folia radicalia petiolata, subrotunda, 5-loba, 5 poll. lata, rigida, scaberrima, supra papillis muricatis, subtus reticulato-lacunosa, lobis oblongis, apice bifidis, laciniis acutis, mucronatis, inaequaliter denticulatis. Petioli 2-ped. Scapi pedales et ultra, ramosi, polystachyi. Spicae cylindraceae, pollicares, brevissime pedunculatae, subverticillatae, densae, patentes, inferiores subreflexae Flores densissimi, sessiles, minuti. Cal. urceolatus, demum carnosus, tegens semina baccatim congesta. *Kunth* l. c. *In humidis Prov. Caracasanae.* ♃.

n. 2 a. GUNNERA *pilosa Humb.* et *Bonpl.*; foliis lobatis, venis venulisque subtus petiolisque dense piloso-hispidis. *Kunth* in *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 44. *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 696.

Differt a G. *scabra*, cujus varietatem esse opinatur cls *Kunth*, foliis supra densius papilloso muricatis, venis venulisque subtus petioloque dense piloso hispidis, lobis obtusis. Folia etiam subrotunda, 5-loba, 5-poll., rigida, venis rubris. Scapi et flores? *Prope Quito, S. Fe de Bogota et in Andibus Quinduensium.* ♃.

Quid GUNNERA *rugosa Humb.* et *Bonpl.* in *Link Jahrb.* 3. 1. p. 60. ex *Herb. Willd.* Eademne cum *pilosa*?

n. 114. R O E M E R I A.

R. *Zeae* deleatur, utpote eadem cum DIARRHENA *diandra*.

115. ANTHOXANTHUM.

Pag. 287. n. 1. ANTHOXANTHUM *odoratum*. Addatur synonymon:
Wahlenb. Fl. upsal. p. 12. *Svensk. Bot. t.* 11. et τφ β adde, instar synonymi: ANTHOX. *subramosum Gilib. Element. bot.* I. *p.* 600. γ. adde: ANTHOX. *villosum Lois. Nat. p.* 7. ε. *nanum Decand. Suppl. Fl. franç. p.* 247.

ε vix pollicare; vaginae breves, inflatae, profunde striatae, orificio pilis rarioribus. Spica ovata, vix valvulam calycis superiorem excedens. *Ad littora maris.*

Pag. 288. n. 2. ANTHOXANTHO *amaro* addatur synonymon: *Brotero Fl. lusit. p.* 32. *Ejusd. Phyt. lusit. selectior p.* 11. *t.* 4. *Link Enum. alt.* I. *p.* 36.

Obs. Cls. *Bertolone* hanc speciem *in litt.* delere nos jubet, utpote eandem cum *odorato*, citans *Amoen. ital. p.* 105. Nostrum tamen, quod descripsimus *amarum*, praeter characteres datos, vel eo distinctum ab *odorato* videtur, quod hyemem nostram non ferat sub Dio. Etiam cls *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 289. *A. amarum* nonnisi magnitudine omnium partium differre olim, et nunc in *Enum.* propriam inde speciem iterum constituebat.

n. 3. ANTHOXANTHUM *gracile*. Addatur:

Obs. Hoc idem esse cum ANTH. *ovato Lag. Syst. Veg. ed. n.* I. *p.* 583. *Link Enum. alt.* I. p. 36. (qui „aristas longiores quam in reliquis, calycem longe superantes" petit) plerique monent.

Pag. 289. ANTHOXANTHIS addatur:

n. 6. ANTHOXANTHUM? *pulcherrimum Lour.*; foliis lanceolatis, undulatis; paniculâ spicatâ. *Lour. cochin.* I. *p.* 36.

„Graminea, cespitosa, folia radicalia multa, glabra. Culmi pedales, suberecti, simplices, tenues, teretes, foliolis subulatis paucis. Panicula florum sparsa: spiculis linearibus, floribus plurimis subsessilibus. Cal. gluma 3-flora, bivalvis: valvulis concavis, acuminatis, inferiore majore. Cor. gluma bivalvis, valvulis oblongis acutis, interiore longiore, apice ciliata. Filamenta 2 tenuissima, corollâ breviora: antheris ovato-oblongis. Styli 2 capillares, longiores staminibus: stigmatibus oblongis. Sem. 1 subrotundum, corollâ fotum. Inodora. POA *tenella* L. quae dicitur gramen fumi (*Rumph Amb* 1. 10. c. 6. t. 4. f. 3) nostram quodammodo, repraesentat foliis floralibus jam deciduis. Gluma calycina multiflora propria est Poae non Anthoxanthi. Attamen cum in nostra stamina constanter 2 potius ANTHOXANTHO adnumeravimus, cum calyx multiflorus etiam in ANTHOXANTHO *paniculato*." *Lour. In agris et hortis Cochinchinae.*

Obs. A nemine Botanicorum systematicorum hucdum receptam speciem hic interea reponimus, donec genus melius glucescat.

Pag. 289. Post ANTHOXANTHUM inseratur:

115a. PSAMMOPHILA.

1. P. *arundinacea.* PONCELETIA *arundinacea Aub.* du *Pet. Thouars* l. c.

Poiret Enc. meth Suppl. 4. *p.* 526. nomen TRISTANIAE proposuit, nisi jam usitatum esset; sunt et homotona nomina. Planta adhuc dum dubia habitu PSAMMAE *arenariae.* Calycis valvulae inaequales, carinatae, ut corollae, quarum altera acuta, altera obtusa. Semen compressum, stylo acuminatum, basi maculâ (chalazâ *Gaertn.*) Rad. fibrosa, tenera; flores in spicâ densâ conglomerati; spiculae unilaterales. *Omnium plantarum copiosissima in insula Tristan d'Avunna in humidis et altis.*

117. DIARRHENA.

Pag. 289. n. 1. DIARRHENA *americana.* Addantur synonyma: CORYCARPUS *arundinaceus Zea Act. Matr.* 1806 *Lagasca Gen. et Spec. diagn. n.* 47. ROEMERIA *Zeae Syst. Veg. ed. nostr.* T. I. *p.* 287. (fide *Lagasca in litt.* qui semina quoque a clo *Thouin* nomine HOLCUS *Spec. nov. ex America* se tulisse.)

Obs. Cls. *Lagasca* addidit characteri generis: „Semen sacco coriaceo, apice rima hiante arcte vestitum"; sed nudum potius videtur immaturum. „Petala (Nectaria *Linn.*) 2 ovata, obtusa alba. Panicula racemosa, subsimplex, pauciflora, pedunculis sub anthesi erectis, seminum pondere, uti panicula tandem, inflexis." *Lagasca.* Post DIARRHENAM *inseratur:*

Pag. 289. n. 117a. COLEANTHUS.

C. *subtilis Seidel in litt. S. V. ed. nostr.* T. II. *p.* 276. SCHMIDTIA *subtilis Tratt. Fl. austr.* I. *p.* 12. *tab.* 451. SCHMIDTIA *utriculosa* Com. a *Sternberg Bot. Zeit.* 1819. *p.* 1 cum icone.

Rad. cespitosa, fibrillis capillaribus. Culmi plures filiformes, (1/2-3 poll. et ultra), ante anthesin terrae appressi, vaginis 2-3 inflatis, apice in folium canaliculatum falcatum desinentibus, unde paniculae floribus primum pedunculis glomeratim insidentibus, demum pedicellis propriis elongatis umbellulas efformantibus. Cal. germen amplectens. Valvulae dorso ciliatae, major uninervis, nervo in acumen aristiforme producto, minor binervis bidentata. Antherae oblongae utrinque bifidae. Styli sub lente CLADONIARUM ad instar ramosi, et semen sub eâdem tessellatum. *Sternb.*

TRIGYNIA.

Pag. 290 ante PIPER inseratur:

n. 117 b. CRYPTA.

CR. *minima Nuttall Cen.* II. *p.* 0. *Addend. Journal Acad. Philadelph.* I. *p.* 117. *t.* 6. *f.* 1. PEPLIS *americana;* floribus axillaribus, solitariis; foliis crassis, spathulato-obovatis; floribus apetalis. *Pursh Fl. sept. Amer.* I. *p.* 208.

Flores minimi, ut microscopio validissimo indigeas. *Sub florescentia inundata locis quibus flumina Pensylvaniae lente labuntur.*

118. PIPER.

Pag. 293. n. 13. PIPERI *bullato* subjungatur:

PIPER *Bredemeyeri;* foliis oblongo-cordatis, basi inaequalibus, acuminatis, rugosissimis, supra nitidis et scabris; spicis rectis, folio brevioribus. *Jacq. Eclog.* IX. *p.* 125. *t.* 84. *P. rugosum Bredemeyer MS. et H. Schönbr. Willd. Enum. Suppl.*

Caules plures 4 ped., digitum crassi, inferius sublignosi, teretes, tortuosi, geniculati, nodosi, glabriusculi, ramis paucioribus alternis, subdichotomis, viridibus, pilis reversis, hirtis. Folia subaromatica, alterna, 3 poll., 4 lata et minora, oblongo-ovata, basi lobis parvis oblique cordata, acuta, utrinque hirta, venis plurimis, transversis, alternis, in dorso elevatis, e nervo medio ortis, venulisque innumeris rugosissima, facie profunde viridia, nitida, pilorum rigidorum fasciculis aspera; dorso pallidiora mollia, petiolis patentibus, 1/2 poll. et brevioribus, teretibus, hirtis, suffulta, singulis bracteâ amplexante, adpressâ, acutâ, hirtâ, in foliis adolescentibus brevi marcescente. Spicae solitariae, oppositifoliae, 2 poll., pennae anserinae crassitie et minores, pedunculatae, sub florescentia patentes. Pedunculi longitudine petiolorum teretes, hirti. Spadix cylindricus, villosus, antheris totidemque germinibus alternantibus conferte tectus, squamis interspersis, obverse conicis, supra concavis, margine ciliato-fimbriatis. Antherae albidae, cordatae in filamentis brevissimis. Germen stigmatibus 3 albis linearibus, revolutis coronatum. *Habitat?*

Pag. 293. n. 18. PIPER *curvatum.* Subjungatur:

18 a. P. *divaricatum Meyer;* foliis oblongis, acutis, glabris, utrinque cum ramis pedunculisque elevato-punctatis; spadicibus divaricatis, curvatis. *Meyer Essequebo p.* 15.

„Rami teretes, superne compressi sulcato-striati, una cum pedunculis granulis minutis dense adspersi, glabri. Genicula subnodosa. Folia alterna, erecto-patentia, basi vix inaequa-

lia, 5 poll., 2 poll. lata, nervoso-venosa. Petioli lineas 4 longi, canaliculati, striato-scabri. Spadices oppositifolii solitarii, excepto pedunculo petiolo duplo longiori, 2 poll., parum acuminati. Differt P *retrofractam Vahl* a *divaricato*: foliis valde attenuatis; pedunculis petiolisque duplo crassioribus; spadicibus crassioribus, obtusissimis; P. *aequale Vahl* (quod etiam in *Porto Ricco*) foliis elliptico-lanceolatis, attenuatis, subtus impunctatis, pedunculis longitudine petiolorum; P. *curvatum Roiz et Pav.* foliis acuminatis, subtus tantum punctatis, pedunculis petiolo brevioribus, spadicibus patentibus; P. *adancam* foliis acuminatis, spadicibus duplo longioribus, erectis vel patentibus, uncinato-curvatis." *Meyer l. c.* *In sylvaticis.*

Pag. 296. n. 32. PIPER *heterophyllum.* Huic subjungatur:

32 a. PIPER *colubrinum Link*; caule variegato, glabro; foliis petiolatis, oblongis, subacuminatis, apiculatis, basi subaequalibus, glabris, nitidis, subtus punctatis. *Link Enum. alt.* I. *p.* 37. *Jahrb.* 1. 3. *p.* 61.

Maxime affine *heterophyllo*, et vix nisi caule maculis fuscis, cutis adinstar anguinae, diversum. Caulis 2-3 ped., rectus, simplex. Folia 6-7 poll., 3-4 poll. lata. Petiolus pollicaris, pubescens. Nondum floruit. *Link* l. c. *In Brasilia.* ♄.

Pag. 296. n. 34. PIPERI *adunco* addatur:

P. foliis ovali oblongis, acuminatis, pubescenti-scabris, brevissime petiolatis; spadicibus uncinato-curvatis. *Meyer Essequebo p.* 15.

In sylvaticis.

Pag. 299. n. 43. PIPERI *tumido* addatur synonymon:

PIP. *crebrinerve Herb. Willd.* fide *Link.*

Pag. 299. n. 45. PIPERI *velutino* subjungatur:

45 a. PIPER *incanum Haw.*; foliis subcordatis, subrotundis, acutis, integerrimis, crassis, enervibus, mollissime tomentosis; spicis terminalibus subsolitariis, longissimis. *Link u. Otto Abbild. auserles. Gewaechse t.* 7. *Link Enum. all.* I. *p.* 38. P. tomentoso incanum; fol. alternis, crassis, ovato-rotundatis, acumine obtuso, parvo, basi valde cordatis *Haworth pl. succul. Suppl. p.* 2.

Caulis erectus 1-2 ped., parum ramosus, laxus, carnosus, teres, dense tomentosus: ramuli crassitie pennae anserinae. Folia alterna, petioli 9 lin., et ultra, subcanaliculato, tomentoso, laminà 2 poll., 1 poll. 10 lin. latâ, (saepe 3-4 poll., 3 poll. lata) fere 2 lin. crassâ apice brevissimo subreflexo calloso (pilis longis incumbentibus. Petioli teretes, 1-2 poll. Haw.) Pedunculi apices caulis et ramorum 8 lin. teretes tomentosi. Spadix conicus 9 poll. laxus. Stamina longitudine germinis. Germen cylindricum coronatum stigmate rotundo, margine integerrimo. Bacca subglobosa nigra. Spica minor interdum prope majorem. (Spicae saepe binatae, subulatae,

longitudine foliorum altera, cylindrica, undulata, viridis superne arcte incurva, 7-poll, caudae muris magnitudine, altera longissime minor subpollicaris, saepe abortiva, huic pedunculus 2 lin. ramulis fere illius 1 1/2 poll., uterque teres, tomentosus. Affine *velatino Humb.* et *Bonpl;* at differt foliis latioribus, brevioribus, petiolis longioribus. *Haw.*) PEPEROMIA. *Link* et *Otto.* *In Brasilia.* ♄.

Pag. 300. n. 50. PIPERI *flexuoso* subjungatur:

PIPER *Jacquinianum*; foliis oblongo-cordatis, basi inaequalibus, acuminatis, rugosis, glabris, mollibus; spicis erectis folio brevioribus; caule ramisque lineato-maculatis. *Jacq. Ecl. Fasc.* IX. *p.* 139. *t.* 95. sub PIPERE *flexuoso.* P. *flexuosum Willd. Enum. Suppl. p.* 3.

Nomen mutandum erat, cum jam sit P. *flexuosum Rudge.* Caules plures sublignosi, 2-ped. et ultra, crassitie pennae anserinae, flexuosi, nodosi, glabri, fusco-virentes, maculis longitudinalibus parvis, pallide virentibus, lineati, ramis divaricatis, alternis. Folia alterna, medio dilatata; 4 5 poll, 2 1/2 poll. lata, et minora, glabra vel levissime pubescentia, lacte viridia, dorso glaucescentia, venis transversis elevatioribus cum nervo medio purpurascentibus. Petioli breves, teretes pubescentes, suffulti singuli bracteâ oppositifoliâ, ovatâ, amplexicauli, acutâ, marcescente. Flores in spicis solitariis, 2 poll., crassitie pennae anserinae, laterifoliis, erectis, germinibus, staminibus squamisque interjectis obverse conicis, hirtis, supra planis, fimbriato-ciliatis, albis, conferte tectis. Antherae didymae, oblongae, flavae, filamentis globosis, albis, glabris. Germen subtetragonum, album, stigmatibus sessilibus. *Jacq.* *Habitat?*

Pag. 301. n. 55. PIPER *geniculatum.* Huic subjungatur:

56 a. PIPER *nodulosum;* caule nodis tumidis, approximatis; foliis petiolatis, oblongo-lanceolatis, acuminatis, nervoso venosis, subtus punctatis; nervis pubescentibus. *Link Enum. alt.* I. *p.* 36. *Jahrb.* 1. 3. *p.* 62. P. *geniculatum Willd. Enum. Suppl. p.* 3.

Caulis ramosus, diffusus; ramis pubescentibus. Petioli 2-3 lin. Folia 3 1/2 poll., 1 1/2 poll. lata. Pedunculi 5 lin. Spicae 2 poll., graciles, oppositifoliae. *Link* l. c. *Habitat.* ♄. In *Cald.*

Pag. 302. n. 60. bis PIPERI *tuberculato* addatur:

Obs. P. *tuberculato* in *Herb. Willd.* adjacet species affinis spicis sessilibus valde diversa. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 61., et

n. 60 a. PIPER *caracasanum Bredemeyer;* foliis magnis, cordatis, venosis, basi obliquis, obtusis; spicis solitariis, longissimis, pendulis, oppositifoliis. *Bredemeyer* apud *Link* in *Jahrb.* 1. 3. *p.* 61.

Folium pedale, 8-9 poll., (apex abruptus!) venosum, supra laeve,

obscurum, subtus scabriusculum. *Link* ad *Herb. Willd.* *In sylvis elatis frigidiusculis Caracas. Bredemeyer*

60 b. PIPER *prunifolium Jacq.*; foliis cordato-ovalibus, acuminatis, basi inaequalibus; rugosis, glabris, mollibus; spicis erectis folio brevioribus, caule ramisque viridibus, emaculatis. *Jacq. Eclog.* IX. *p.* 140. *t.* 94.

Caules suffruticosi, teretes, 2 ped., et altiores, flexuosi, ramosi, crassitie pennae anseris, virides, glabri. Remi teretes, alterni, divaricati, pennam anserinam tenuiorem crassi, geniculati, ad ortum foliorum articulati et nodosi, ad lentem pubescentes, pallide virides, emaculati. Folia alterna, patentia, ovato-lanceolata, medio parum dilatata, cordata, acuta, supra nitida, infra nervis parallelis, protubescentibus, ad lentem villosulis, 3-4 poll., 1-2 lata. Petioli 1/2 poll., teretes, pubescentes. Flores conferti in spicis laterifoliis, solitariis in apice ramulorum, rectis aut parum ante florescentiam curvatis, policaribus, teretibus, pennam columbae crassis, villosis, pedunculis brevibus pubescentibus. Antherae geminatae didymae, ovatae, glabrae, albicantes, in filamento brevissimo. Germina ovata, glabra, stigmatibus 3, sessilibus rufescentibus, revolutis. Squamae ovatae, hirtae, fimbriato-ciliatae. Differt *Jacquiniano* caule ramisque pallide viridibus, non maculatis. *In Caracas. Bredemeyer.* 4.

Pag. 304. n. 71. PIPER *mite.* Addatur synonymon:
PIPER *methysticum Forst.* cum? (fide *Poiret.*)

Pag. 305. n. 73. PIPERI *aristolochioidi* addatur:
n. 73 a. PIPER *Afzelianum:* foliis orbiculato-cordatis, acuminatis, venosis; spicis umbellatis; caule suberecto, flexuoso, laevi, glabro. PIPER *grandifolium Ehelund* in *Afzel. Remed. guineens.* coll. VI. p. 39.

Nomen mutandum erat, cum jam sit *grandifolium* et *macrophyllam.* Caulis 2 ped. et ultra, digitum fere medium crassus, teretiusculus, geniculato-nodosus, glaber epidermide cinereomurinâ, obsolete striatâ; cortex lineis parvis geminatis, laevis, umbrinus; lignum stramineum, centro cavum. Folia interdum 11 poll. lata, 9 poll. longa, alterna horizontalia, caduca, acumine brevi, subtiliter crenata, utrinque glabra, venis majoribus 10-12, inferne simplicibus, superne dichotomis. Petioli subinde 8 poll., patenti-adscendentes, canaliculati, striatuli, glabri, totum caulem amplectentes, eumque quasi annulo cingentes. Spicae axillares in pedunculis tandem uncialibus, erectis, glabris, fuscis saepe 4 poll., pedicellatae, graciles, cylindricae, cernuae, squamis sive spathis, ut videtur, pluribus caducis initio cinctae, umbellis plurimis 6, in inferioribus vero 7, in superioribus 5 et in supremis 2. Pedicelli divergentes, glabri, bracteis longioribus, attenuatis, fuscis, caducis. Spadix crassiusculus, floseulis minutis densissime stipatus. *In montibus Sierrae Leone et planitie Bullomensi.* 4.

Pag 305. n. 75. PIPERI *sylvestri* addatur:

Obs. In specimine *Herb. Willd.* a *Lamarck* misso petiolos non pubescentes, et *Rumph Amb.* 5. *t.* 28. vix hujus, esse loci *Link Jahrb.* 1. 3. p. 61.

Pag. 306. n. 77. PIPER *Malamiris.* Adde synonymon:

P. fruticosum repens: foliis longiuscule petiolatis, prominule et intranter cordatis, 5-7-nervibus; amentis oppositifoliis, filiformibus; pedunculis plerumque petiolo brevioribus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 162. *n.* 13.

Siriam Rumph Amb. 5. t. 116 f. 2., sine dubio ad P. *Betle* spectans, hic excludendum: *Roxb.* l. c., sine loco natali et descriptione.

77 a. PIPER *rostratum Roxb.*; repens, partibus tenerioribus pilosum; foliis breviter petiolatis, obovatis, cuneatis, obtuse acuminatis, villosis, 5-7-nervibus, tomentosis, supra basin contiguis; amentis oppositifoliis breviter pedunculatis; baccis rostratis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 162. *n.* 14.

In Moluccis.

Pag. 307. n. 82. PIPER *Betle.* Addatur synonymon:

P. perenne, dioïcum, repens; foliis alternis, bifariis, cordatis, 5-7 nervibus, glabris, integerrimis; amentis femineis subcylindricis, nutantibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 160. (SIRIUM *Rumph Amb.* V. *t.* 116. *f.* 2.)

Rad lignosa, ramosa. Caules lignosi, repentes, scandentes, glabri, radiculis innumeris ad genicula Folia petiolata, late cordata et oblique ovato-oblonga, acutiuscula, 4-6 poll., 2-4 lata. Petioli variae longitudinis, sulcati. Stipulae ut in *nigro.* Amenta feminea oppositifolia, pedunculata, filiformia, sericbus pluribus squamarum corollularum arcte imbricata, ut in *trioïco.* ♂. se nunquam vidisse *Roxb.* l. c. qui spontaneam nullibi vidit, sed cultam.

Obs. Specimen in *Herb. Willd.*, ab ill. *Lamarck* missum, foliis subcordatis nervisque novem gaudere *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 62.

n. 83. PIPER *syringaefolium.* Addatur:

Obs. Specimen, in quod cadit exactissime diagnosis et descriptio data a *Vahl*, nisi quod pedunculus non longitudine spicae (quae etiam 1 1/2 poll.) sed vix 1/4 poll., possidemus a clo *Bertero* lectum in *Guadeloupe.* Hortulanus D. *Sieber* eandem speciem legit in Martinica, sed prostat in *Fl. martinicensi* n. 256 nomine PIPERIS *dilatati*, cujus quidem diagnosis, minime vero descriptio, quadrat. Folia enim in planta *Sieberi* non spithamaea, sed vix 2 1/2 poll.; spicae non 3-4 poll., sed vix 2 poll.

Pag. 307 n. 85. PIPERI *nigro* addatur synonymon:

P. foliis bifariis, oblique ovato-cordatis, acuminatis, ni-

tidis, 5-7-nervibus (intense virentibus.) *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* 1. *p.* 153. *n.* 1. (*Plenk off. t.* 25.) *Marsden's Hst. of Sumatr. p.* 105. Molago-Codi *Rheed. Mal.* 7. 23. *t.* 12.

Obs. PIPER *nigrum* a clo *Lamarck* hoc nomine missum in *Herb. Willd.* divum *Willdenow nigricans ibidem* dixisse, et huic *nigricanti* esse caulem laevem glabrum, folia brevi-petiolata, lanceolata, 4-5 poll., 2 poll. lata, brevi acuminata, margine reflexa, basi inaequalia, integerrima, venosa, venis ante marginem confluentibus, laevibus, glabris; spicas oppositifolias pendulas graciles *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 60. 61. Hoc fors *trioïcum.*

85a. PIPER *spurium Link*; caule scandente, glabro; foliis petiolatis, cordatis, acuminatis, basi subaequalibus, septuplinervibus, glaberrimis; spicis gracilibus. *Link Enum. alt.* I. *p.* 37. *Jahrb.* 1. 3 *p.* 60.

Nomine P. *nigri* allata. Caulis teres, longe scandens. Petioli 1 1/2 poll. Folia 4 5 poll., 3 4 poll. lata, acuminata, apice obtuso, calloso, integerrima, basi parum inaequalia, hinc inde punctata. Pedunculus pollicaris patens. Spica oppositifolia 4-5 poll., tenuissima, ob tenuitatem deorsum curvata. Differt a P. *nigro* foliis cordatis. *Link.* *Habitat?* ♄. In Cald.

85b. PIPER *trioïcum Roxb.*; trioicum, fruticosum, radicans; foliis bifariis, oblique ovatis, (?) acuminatis, 5-7-nervibus, glaucis; amentis oppositifoliis, cylindricis, pendulis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* 1. *p.* 153. *n.* 2.

„Radices longae, alte in terram descendentes. Caulis articulatus, scandens, annosus, ligneus, scaber, longe per terram procurrens, arboresve scandens, articulis radicantibus. Rami numerosi alterni, juniores laeves, adultiores lignosi scabri. Folia alterna petiolata, cordata“ (supra ovata!) „late ovalia, ovata, oblongave, acuta, supra glabra nitida, subtus dilutiora saepe subbullosa, 4-6 poll., 2-4 lata. Petioli canaliculati glabri“ 1-1 1/2 poll. Stipulae solitariae spathiformes, deciduae sub foliatione. *Masculi* calyx amentum pedunculatum, filiforme, arcte imbricatum seriebus 5 spiralibus squamarum carnosarum, ovalium et oblongarum, peltatarum, sessilium, uniflorarum. Cor. o. Filamenta 3, crassissima, brevissima, antheris 4-lobis vix supra squamas prominentibus. Pistillum in quibusdam glandula minuta cylindrica, centralis, in aliis nec hujus vestigium. Amentum *femineum* brevius *masculino*, crassius, rigidius, seriebus spiralibus 3 squamarum, ut in mare conformatarum. Cor. Stam. o. Germen sessile globosum substantiae amenti insertum. Styl. o. Stigma trilobum, album glandulare. Bacca parva, rotunda, rubra, subcarnosa. Sem. unicum globosum *Hermaphroditi*, vel hermaphroditi floribus *femineis* mixti, series spirales quatuor; squamae ut in ♂ et ♀. Stamina 2 plerumque, carnosa, clavata, germine breviora, lateralia, inque germen prementia, saepe deficientia, vel unico tantum praesente. Antherae fossae 2 ovatae in apice filamenti. Ger-

men globulare in substantia amenti. Stylus o. Stigmata 3 patentia. Bacca globosa, magnitudine pisi parvi, rubra, glabra, unilocularis. Semina solitaria. *Roxb.* l. c. *In montibus a Coringa, in Raja-Mandi Circars, boream versus, in humidis hamosis umbrosis, arboribus rupibasque adhaerens.* Hermaphroditi fructus fere *nigro* exquisitiores, quocum commutati, non vero feminae.

Pag. 309. n. 83. PIPERI *laevigato* addatur:

Obs. In diagnosi *Nov. gen. Humb.* et *Bonpl. red. Kunth* I. p. 47. sphalmate *spadicibus folio quadruplo longioribus* pro *brevioribus* esse scriptum, et P. *laevigatum* hocce esse PIPER *attenuatum Herb. Willd.*: *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 62.

n. 89. PIPERI *capensi* addatur descriptio ex *Thunberg Fl. cap. MS.*

„Caulis teretiusculus, articulatus, glaber, erectiusculus, debilis, scandens, ramosus, longissimus. Rami alterni, secundi, patentes, similes. Folia alterna, petiolata, cordata, ovata, acuminata, integra, subtus subseptemnervia, reticulata, nervis hirsutis; supra trinervia, glabra, inaequalia, tripollicaria, supremis minoribus. Petioli pollicares. Flores oppositifolii, pedunculati, spicis cylindricis, pollicaribus, usque digitalibus. Filamenta 3 brevissima. Antherae ovatae, flavae.“

Pag. 309 n. 92. PIPER *reticulatum.* Huic subjungatur:

n. 92 a. PIPER *incurvum Sieber;* foliis cordatis, acuminati, subseptemnervibus, glabris, nervis venisque pustulosis; petiolis submarginatis; spadicibus incurvis. *Sieber Fl. martinic. n.* 254.

Caulis striatus, pubescens, geniculis subaequalibus, crassitie pennae anserinae. Petioli pollicares, profundes ulcati, caulem basi quasi annulo cingentes. Folia 2-3 poll. in diametro, subtus pallidiora, crassiuscula, alterna. Pedunculi longitudine fere petiolorum. Spicae 1 1/2-2 poll., lineae diametro, obtusae. *In Martinica Hortulanas* D. *Sieber.* ♄.

Pag. 310. n. 95. PIPERI *decumano* addatur synonymon:
Mill. dict. ed. 8. *n.* 9. *Haw. Suppl. Pl. succul. p.* 5.

Obs. PIPER *marginatum Jacq.* non esse *decumanum*, si *Humboldti* planta genuina. A *catalpaefolio* differre foliis minus acuminatis. *Link Enum., alt.* I. *p.* 37.

Pag. 311. n. 98. PIPER *unguiculatum.* Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 37.

Folia 2 1/2 poll.; pedunculi 4 lin. Spicae 2-3 poll.

Obs. An P. *glaucescens H. Par.* diversum ab huc spectante P. *glaucescente Jacq.*, ut videtur dubio tamen clo *Steudel.*

Pag. 311. n. 100. PIPERI *Siriboae* addatur synonymon:
Mill. dict. ed. 8. *n.* 10. *Haw. Syn. pl. succ.* 5.

Pag. 312. n. 102. PIPER *Cubeba.* Addatur synonymon:

P. fruticosum, repens; foliis petiolatis, ovato-lanceolatis, vix triplinervibus; amentis oppositifoliis in pedun ulis petiolo longioribus; baccis pedicellatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 161. et, hoc teste, *Piper caninum Rumph amb.* 5. *t.* 28. *f.* 2.

In Prince of Wales Island. ♄.

102 a. PIPER *lanatum Roxb.*; repens, omnibus partibus lanatum: foliis petiolatis, ovato lanceolatis, obsolete trinervibus; amentis oppositifoliis, pedunculatis, longitudine petiolorum; baccis pedicellatis, clavatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 161. *n.* 9.

In Archipelago malayensi.

n. 104. PIPER *diffusum* adde synonymon:
P. foliis longe petiolatis, rotunde cordatis, acuminato-acutis, 5-7 nervibus, glabris; amentis cylindricis, breviter pedunculatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 162. et, hoc teste: Sirium frigidum *Rumph amb.* 5. *p.* 345. *t.* 119. *f.* 2.

In Moluccis.

Pag. 312. n. 105. PIPER *longum.* Addatur synonymon:
P. dioïcum, fruticosum, repens; foliis inferioribus petiolatis, late cordatis, floralibus sessilibus, amplexicaulibus, oblonge cordatis, omnibus 5 9-(7) nervibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 156.

Rad. lignosa, ♃. Caules repentes, articulati, teretes, ad geniculà incrassati, juniores pubescentes. Ramuli fructiferi erecti, foliis subsessilibus. Folia in repentibus 7 nervia, omnia glabra, subrugosa, subtus pallida; stipulae 2 lanceolatae, petiolis longitudinaliter conniventes, in sessilibus spathiformes. Amentum ♀ sessile, oppositifolium, pedunculatum, erectum, cylindricum, imbricatum seriebus 5 et ultra spiralibus squamarum peltatarum, 1-florarum, parvarum, orbicularium. Germina numerosa, aggregata, subsessilia, orbicularia. Stylus brevissimus. Stigma 3-4-lobum. Pericarpia aggregata, subcylindrica, 5 drupae 1-spermae. Sem. ovatum, glabrum. *Roxb.* l. c. *Inter fratices, ad rivos in montibus Circar; cultum pro Pipere in Bengalia.* ♄.

105 a. PIPER *Chaba Hunter*; fruticosum, repens; foliis breviter petiolatis, ovato-lanceolatis, basi inaequalibus, obsolete triplinervibus; amentis oppositifoliis, erectis, cylindrico-conicis, firmis, carnosis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 158. *n.* 4. *Hunter Asiat. research.* IX. *p.* 391. Piper longum *Rumph amb.* 5. *p.* 333. *t.* 116. *f.* 1.

Obs. 1. Cattu-tirpali *Hheed. Malab.* 7. *p.* 27. t. 14 longe aliam exhibere speciem, cujus fructus etiam in India, praesertim occidentem

versus, pro *Pipere longo* in usum vocatur, et in Bengalia, praesertim ob radicem, *Pippula* dictam, colitur. Figuram a *Woodville* in *Med. Bot* datam nec cuum hac specie, nec cum *Pipero longo Linn* convenire, quod P. *longum* continentis indici. Figuram a *Blackwell* datam esse multo pejorem: *Roxb. l. c.*

105 b. PIPER *sylvaticum Roxb.*; foliis omnibus petiolatis, late cordatis, 5-7-nervibus, obtusis, lobis basi magnis, aequalibus, circularibus; amentis erectis, breviter pedunculatis, columnaribus; floribus masculis tetrandris. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 158.

Caulis s. potius rami repentes humi vel scandentes arbores; juniores laeves, nitidi. Folia alterna, glabra, 3-5 poll., 2-4 lata. Petioli 1-2 poll., sulcati. Amenta mascula oppositifolia, gracilia. Squamae uniflorae. Filamenta ovata carnosa brevissima. Antherae uniloculares. Germen ovatum, uniloculare, rectâ affixo semine. *Roxb. l. c.* *In montibus Bengaliae, Aquilonem versus, ubi Paharipeepul s. Piper longum montanum.* ♃.

105 c. PIPER *pipuloides Roxb.*; foliis aequaliter ovatis, ovato-lanceolatisque, breviter petiolatis; 3-5-nervibus, glabris acuminatis; amentis subsessilibus cylindricis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 159.

Cautes ramique alterni repentes, juniores laeves. Folia alterna, etiam lanceolata integerrima, plerumque 5-nervia, nervis 2 exterioribus minutis, 3-5 poll., 1-3 poll. lata. Stipulae amplexicaules et petiolares. Amenta tantum feminea reperta, ut dioïca videatur: haec breviter pedunculata, solitaria, oppositifolia. Baccae *nigro* minores, oblique ovatae, pulpâ parcâ, uniloculari. Sem. solitaria. *Roxb. l. c.* *In Silhet.* ♃.

Obs. Cls. *Roxburgh* scripsit PIPER *peepuloides*, quo Britanni rectius nomen vernaculum *Pippul* pronuncient. In Silhet *Piperis longi* vices obire, a quo differt figurâ foliorum, quae omnia aequaliter petiolata et a P. *Chaba*, foliis basi utrinque aequalibus, quae in *Chaba* parte suâ inferiora longiora et majora.

Pag. 313. n. 107. PIPER *methysticum*. Adde synonymon: cum?

P. foliis breviter petiolatis, prominule et oblique intranter cordatis, 7-9 nervibus, integerrimis, glabris. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 161.

f. „Dubium nullum esse spectare huc *Sirium decumanum Rumph Amb.* 5. t. 27.; utrum vero speciem illam venenatam insul. austral.„ dubius haereo. Folia saepe pedalia, 6-8 poll., in petiolis vaginantibus pollicaribus. Fructus?“ *Roxb. l. c.*

107 a. PIPER *arborescens Roxb.*; arborescens, repens; foliis petiolatis, ovato-ellipticis, acutis, 5-nervibus; amentis oppositifoliis longis, gracilibus, cylindricis; pedunculis longitudine fere petiolorum. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et

Wall. I. *p.* 161. et; hoc teste: Sirium arborescens tertium. *Rumph amb.* 5. *t.* 28. *f.* 1.

In MOLUCCIS. *b.*

107 b. PIPER *lonchites*; fruticosum, repens: foliis breviter petiolatis, late lanceolatis, nervis 5 prominulis, glabris; amentis oppositifoliis longe pedunculatis filiformibus. PIPER *lanceolatum. Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 162. *n.* 12.

In insulis moluccanis. (Nomen mutandum, ob *lanceolatam* antiquius *Ruiz* et *Pav.*)

Pag. 314. n. 111. PIPERI *latifolio* addatur:

Obs. Divus *Willdenow* ab hoc, ob spicas binatas, specie distinxit: PIPER *gemellum*: foliis late cordatis, acuminatis, glabris, punctatis; spicis binatis. *Link* in *Jahrb.* 1. 3. *p.* 62.

Pag. 314. n. 114. PIPER *umbellatum.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 37. Excludatur P. *peltatum Fl. peruv.* et addatur P. *latifolium Jacq.* secundum *Haworth. Synops. succul. p.* 3.

Pedunculi undique villosi. Folia magis rugosa, sinuque baseos magis dilatato quam in *sidaefolio. Link* l. c.

114 a. P. *sidaefolium Link* et *Otto*; foliis cordatis, subrotundis, acutis, multinervibus, rugosis, glabris; petiolis striis villosis; spicis umbellatis. *Abbild. auserl. Gewaechs. t.* 6. et hoc teste: P. *peltatum Flor. peruv. t.* 59. *Willd. Spec.* I. *p.* 167. (sec. herb.) P. *umbellatum Jacq. ic. rar. t.* 216. (P. *peltatum* β. *reniforme Pers.*)

Caulis erectus, parum ramosus, basi sublignosus, caeterum carnosus, extremitatibus pubescentibus. Folia alterna, petiolo 3 poll. et ultra, striato, lineis elevatis, pilosis; lamina 3-4 poll., 4-5 poll. lata, breviter acuminata, integerrima, sinu baseos angusto. Pedunculi laterales 3-5, umbellati, brevissimi, 2-3 lin. longi, crassi. Spadix cylindricus 3 poll. et ultra. Stamina germine paulo longiora. Germen obovatum, fuscum, stigmate sessili, ambitu fimbriato. Bacca subrotunda atropurpurea. PEPEROMIA *Link et Otto* l. c. *In Brasilia, Peruvia.*

Obs. P. *umbellatum Humb.* et *Bonpl.* alia species, sinu foliorum magis dilatato, foliis magis rugosis, petiolis undique villosis diversa. P. *peltatum Vahl* differre videtur. Hinc nomen novum. PIPER *scutatum Hoffmannsegg* e Brasilia in *Herb. Willd.* haud diversum videri a P. *peltato Ruiz* et *Pav.*, et perperam *peltatum* hocce a *Kunth* ad *umbellatum Humb.* et *Bonpl.* fuisse ductum, cui folia multo magis rugosa, basi minus profunde excisa; petiolus totus hirsutus, nec striis asperis. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 63.

Pag. 315. n. 116. post PIPER *subpeltatum* ponatur:

116 a. P. *sarmentosum Roxb.*; *Syst.* V. *ed. n. p.* 583,

et huic addatur synonymon: *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 162. *n.* 16.

Folia alterna, inferiora petiolata, omnia utrinque glabra, superne lucida. Amenta breviter pedunculata, raro 1/4 poll. superantia. Germina ovata. Fructus compositus, subcylindricus, magnitudine digiti infantis, maturus mollis, atroviridis s. lividus. Baccae numerosae, germinibus licet pluribus abortivis. Semen ovatum. Integumentum simplex, fuscescens. *Roxb. l. c. In insulis malayensibus.* D. *Smith.*

116b. PIPER *Roxburghianum;* scandens repensve, glabrum: foliis sessilibus obliq e lanceolatis, gl berrimis; amentis oppositifoliis, breviter pedunculatis. PIP. *angustifolium Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 163. *n.* 17.

In Archipelago malayensi. (Nomen mutandum ob antiquissimum *angastifolium Lam.*)

116c. PIPER *saxatile Wall.;* caulibus sulcatis repentibus; articulis villosis; ramis fasciculatis, suberectis; foliis subsessilibus quaternis, obovato-cuneatis, carnosis, convexis (?), subtus villosis, nervis tribus coloratis, aveniis; spicâ terminali, filiformi, elongatâ, pedunculatâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 163.

Parva, succulenta, et, ut videtur, annua, satis longe repens, ramis solitariis fasciculatisque, oppositis alternisque, vix pollices 4 supra locum, cui planta inhaeret, adscendentibus. Caules filiformes, pubescentes, sulcis 4-5, ramis bis terve divisis in ramulos oppositos. Folia rarius terna, 4-5 lin., obtusa, supra lucida, subconcava „(supra convexa!)“ subtus pilis copiosis brevibus, subciliatis: verticillis inferioribus multoties, reliquis bis ter internodio brevioribus; in junioribus ramis lineari-oblonga, saepe pollicaria. Petioli brevissimi villosi erecti, corpusculo glanduloso in axillis. Spica terminalis gracilis, 1-1 1/2 poll., teres, villosa, poris innumeris excavata, in quibus flores nidulantur, pedunculo duplo longior. *Wall.* l. c. *In vicinia Katmandu in Napala in rupibus.*

n. 116d. PIPER *imponctatum Hoffmannsegg;* caule glabro; foliis petiolatis, lanceolatis, acuminatis, venosis, glabris, subtus ferrugineo nitentibus; spicis oppositifoliis, brevi pedunculatis. *Link* in *Jahrb.* 1. 3. *p.* 63.

Folia 5-6 poll. longa, 1 1/2 lata. *In Brasilia.* Com. ab *Hoffmannsegg* in *Herb. Willd.*

n. 116e. PIPER *Hoffmannseggianum;* caule glabro; foliis petiolatis, lanceolatis, acuminatis, venosis, glaberrimis, concoloribus; spicis oppositifoliis, brevi pedunculatis. PIP. *citrifolium Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 63.

Folia 4 fere poll., 1/2 poll. lata rigida. Pedunculi 4 lin., spicae 2 poll. *Link* l. c. — Nomen mutandum erat, cum jam sit antiquissimum *citrifolium Lam.* *In Brasilia. C. a. Hoffmannsegg. Herb. Willd.*

Pag. 316. n. 120. PIPERI *brachyphyllo* addatur synonymon:
P. caulibus flexuosis, subnodosis; foliis subovatis, acutis, inaequilateralibus, triplinervibus; petiolis pubescentibus. *Haw. Suppl. pl succ. p.* 1. *Link Enum. alt.* 1. *p* 8.
Caules 1/2 ped., subsimplices, angulati, teneri, succulenti, subnodulosim flexuosi a strumosa basi petiolorum. Folia suprema alterna, nuda, (14 lin.) supra viridia, subtus longe pallidiora tenuia, (fusco-punctata) petiolis vix bilinearibus subciliatis. A P. *nitido* diversum et multoties minus. *Haw* qui e H Berolin. Male ergo in *Hor. berol.* P. *brachyphyllum Willd.* idem cum *nitente Haw.* dicitur. Quid vero PIPER *nitens Desfont.*?

Pag. 316. n. 121. PIPERI *amplexicauli* subjungatur:
121 a. PIPER *amplexifolium Link*; foliis o longis lanceolatisque, basi attenuatis, sessilibus, nervoso-venosis, glaberrimis, carnosis; spicis terminalibus longissimis; pedunculo brevi, crasso. *Link Enum. all.* I. *p.* 39. PEPEROMIA *talinifolia Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 64.
Caulis brevis, ramis brevibus approximatis. Folia variae magnitudinis, 16 lin., 1-6 lin. lata, apiculo brevissimo, nitida, versus basin margine flexo. Spica gracilis 4-5 poll; pedunculi 6 lin. Valde affinis *amplexicauli Swartz*; at differt pedunculo brevi crasso. *Link.* *In Jamaica.* ♄.

Pag. 316. n. 122. PIPER *reniformi* addatur:
Obs. PIPERIS *reniformis* nomine in *Herb. Willd.* asservari specimen e *S. Domingo* a D. *Rudolphi* communicatum maxime problematicum ob flores imperfectos, sed omnino diversum ab hoc *reniformi.*

Pag. 317. n. 123. PIPERI *magnoliaefolio* addatur synonymon: *Haw. Suppl. Pl. succul. p.* 3.
Glabrum, nudum, viride. Caules senecti pedales, crassitie calami cygni, abrupte flexuosi, teretes, foliorum cicatricibus alternatim seminodosis. Folia alterna 1/2 poll., distantia, erecto-patula, ad lucem minutissime subcartilagineo-marginata, omnia basi canaliculatim attenuata, indeque fere semiamplexicaulia, petiolis veris omnino nullis, subtus quidquam pallidiora et obsoletissime 5-7-venosa. Valde simile PEPEROMIAE *emarginatae Ruiz* et *Pav.* An idem? *Haw. l. c.*

Pag. 317. n. 124. PIPERI *obtusifolio* addatur synonymon: PIPER *marginatum Pl. succul. H. Dyck. p.* 24. *Haw. Suppl. Pl. succul. p.* 3. P. *magnolinefolium Haw. Syn. Pl. succul. p.* 6. (fide *Haw.* in *Suppl.* qui huc P.

clusiaefolium Jacq. nec alior: P. *clusiaefolium Willd.* illi propria species *Syn. p.* 5. *n.* 11.)

Caulis ramosus, valde foliosus. Folia plerumque alterna, concava, perviridia, subtus laete viridia, marginibus parum revolutis. ***Haw.***

Pag. 317. n. 124. PIPERI *obtusifolio* subjungatur:

124 a. PIPER *subrotundum Haw.*; foliis obovato-rotundatis, petiolatis, crasso-coriaceis, viridibus, nudis. *Haw. Suppl. pl. succ. p.* 2. *Link Enum. alt.* I. *p.* 38.

P. *Clusiaefolio* simillimum, at fere duplo minus et aliud. *Haw.* Caulis diffusus, 1-2 ped., subrubens. Petioli 1-1 1/2 lin Folia in petiolum attenuata, 2 poll, carnosa, viridia. *Link. In H. bot. Hullensi* et *Haworthian.*

Pag. 318. n. 129. PIPER *nemorosum.* Addatur synonymon: PIPER *acuminatum Pers. Syn. p.* 35. *n.* 99.

Pag. 319. n. 134. PIPERI *acuminato* adde synonymon: *Haw. Suppl. Pl. succul. p.* 5. *Link Enum. alt.* I. *p.* 38. P. herbaceum, foliis alternis, ovatis, acuminatis, carnosis, pellucidis, quinquenervibus; ramis semicylindricis. *Bot. Mag.* 1882.

Affine *brachyphyllo*, foliis similiter punctatis, at petioli non ciliati. ***Link.***

Pag. 319. n. 135. PIPERI *trinervi* addatur:

n. 135 a. PIPER *Blattarum Spreng.*: caule fruticoso, nodoso, dichotomo; ramis pubescentibus; foliis alternis, petiolatis, oblongis, utrinque glabris, triplinerviis; spicis filiformibus, elongatis. *Spreng. N. Entd.* II. *p.* 100.

Similis PEPEROMIAE *coloratae Humb.* et *Bonpl.*; sed hujus rami glabri, folia subtus colorata rubra, spicae fasciculatae. PEPEROM. *trinervis Ruiz* et *Pav.* etiam magis similis, sed folia trinervia acuminata. Folia in PIP. *Blattarum* oblongiuscula, punctis minutissimis pellucidis, 2 poll., 1 1/2 poll. lata. Spicae subspithameae, pubescentes, solitariae. Blattis infestum. *Spreng. In Portorico* et *S. Cruz. Bertero. Balbis. Perrin.*

Obs. Occurrere in *Herb. Willd.* PEPEROMIAM *pictam Humb.* et *Bonpl.*, quae in *nov. gen.* non descripta videtur; sed folia spicaeque delapsae. *Link Jahrb.* 1. 3. p. 65. Specimen nostrum PIP. *Blattarum* a clo *Bertero* in Portorico lectum foliis acuminatis, etiam tripollicaribus, sine petiolo semipollicari pubescente; nervis superne impressis, basi pubescentibus, subinde 5; spicis pollicaribus et tripollicaribus in pedunculo 4-5 lin.

Pag. 320. n. 141. PIPER *maculosum.* Addatur synonymon:

Haw. Syn. succ. p. 5. *Link Enum. alt.* I. *p.* 444.
PIPER *variegatum Pers. Syn.* 35. *n.* 104.

Caulis repens. *Link.* Folia subtus, caules maculati petioli-que dense pubescentes. *Haw.* l. c.

Pag. 321. n. 118. PIPER *retusum.* Addatur descriptio ex *Thunberg Fl. cap. MS.*

„Caulis anceps. Folia petiolata, ovato-subrotunda, integra, obtusa, exisa, medio sulcata, supra viridia, subtus pallida, semiunguicularia. Petioli reflexi."

n. 149. PIPER *pellucidum.* Addatur synonymon:
P. foliis parvulis cordatis cauleque erecto annuo subpellucidis. *Haw. Syn. succ. p.* 6. *n.* 15.

Pag. 323. n. 154. PIPER *serpens.* Addatur synonymon:
PIPER *scandens Fl. Peruv.* secundum *Schrad. n. Tourn.* 1801. *p.* 100.

Pag 325. n. 162. PIPER *murinum.* Addatur synonymon:
PIPER *distachyum Poiret.*

Pag. 327. n. 171. PIPERI *molli* subjungatur:
n. 171 a. PIPER *muscosum;* caule repente; foliis oppositis, subsessilibus, ellipticis, obtusis, integerrimis, trinervibus, glaberrimis; spicis axillaribus pedunculatis, gracilibus, elongatis PEPEROMIA *muscosa Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 64.

Folia pollicaria et ultra, 8 lin. lata. Pedunculus 6 lin. Spica 2-3 poll. *Link.* *In Brasilia.* Com. ab *Hoffmannsegg* in *Herb. Willd.* sine flor.

n. 171 b. PIPER *circinatum;* caule repente; foliis oppositis, sessilibus, orbiculatis, trinervibus, pubescentibus; spicis terminalibus, elongatis, gracilibus. PEPEROMIA *circinata Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 64. PIPER *circulare Desfont.* in *Herb. Willd.*

Folia 3-4 lin. Spicae 1 1/2 poll.; pedunculo 4 lin. *Link.* *In Brasilia.* Com. a *Hoffmannsegg. Herb. Willd.*

n. 171 c. PIPER *mauritianum;* caule procumbente, foliis oppositis petiolatis orbiculatis venosis glabris, spicis terminalibus solitariis. PEPEROMIA *elliptica Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 64.

Fol. 6 lin., spica 8 lin., pedunculus 2 lin. *Link.* *In Insula Mauritii.* *Heyne* in *Herb. Willd.* Nomen mutandum erat ob antiquius *ellipticam.*

Pag. 327. n. 173. PIPER *pubescens.* Huic subjungatur:
PIPER *Haworthianum;* foliis oppositis (rarissime ternis)

rhombeis, coriaceo-carnosis, trinervibus, (nervo principe ramoso) minutissime pubescentibus ciliatisque; caulibus erectis. P. *pubescens Haw. Syn. succ. p. 7. n. 21.*

In India? Nomen mutandum erat, ob antiquius P. *pubescens Vahl.* 4.

Pag. 328. n. 181. PIPER *serpyllifolium* addatur:

Obs. Divus *Vahl* ad P. *serpyllifolium* suum sine dubio duxit PIPER *nummularium Lam*, et simul *Herb. Juss.* Jam nunc *Poiret Enc. meth. Suppl.* IV. *p.* 454 monet PIP. *nummularium Lam. Enc.* n. 54 omnino esse in hoc genere delendum, STACHYOPTERIDEM nempe esse ad PTERIDES accedentem!

Pag. 329. n 186. PIPER *pereskiaefolium.* Huic subjungatur:

P. *rubricaule H. Berol.*; foliis quaternis quinisve oblongis, (rigidis), subsessilibus, trinervibus, concavis, glabris; spicis terminalibus (longissimi solitariis et) geminis (caule tereti). *C. G. Nees* a. *Esenb. Hor. Berol. p.* 48. *t.* 8. *Link Enum. alt.* I. *p.* 39.

Differt a proximo *Pereskiaefolio* caule purpureo, minus anguloto, foliis longioribus, angustioribus, concavis, subsessilibus; spicis longioribus: in *Pereskiaefolio* folia elliptica, utrinque attenuata, petiolata, trinervia, plana, glabra; spicae terminales solitariae. Caules fruticulosi plures, plerique simplices, 1/2 ped, crassitie pennae cygneae, erecti, subangulati, glabri, laeves, subcarnosi (ramis paucis, totus ruber. Folia 2 poll.) in verticillis 2-3, erecto-patula, obtusa, basin versus attenuata, brevissime petiolata, superiora sessilia, omnia concava, rigida, (subcarinata) subcarnosa, glabra, punctata supra saturate, subtus pallide viridia. (Pedunculus 2 poll.) Spicae 1/2 ped. et ultra, crassitie pennae columbinae, demum nutantes. Flores remotiusculi. Bracteae oblongae obtusae ciliatae. *N. a Esenb.* (Foliis subsessilibus, nec in petiolum attenuatis, oblongis acutis, nec ovalibus obtusis diversus a P. *pereskiaefolio. Link.*) *In Brasilia.* 4.

n. 187. PIPER *blandum.* Addatur synonymon:

P. foliis ternis oppositisque rhombeo-lanceolatis trinervibus ciliatis villosis, subtus punctatis. *Haw. Syn. succ. p.* 7. *n.* 20.

Pag. 330. n. 190. PIPER *reflexum*, Addatur descriptio ex *Thunb. Fl. cap. MS.*

Tota planta succulenta, glabra. Caulis polygonus. Rami similes, divaricati. Folia petiolata, integra, obsolete trinervia, patentia, semiunguiculeria.

Pag. 331. n. 193. PIPERI *brachystachyo* addatur:

Obs. Hanc speciem ex Insula Mauritii esse in *Herb. Willd.*

Pag. 331. n. 195. PIPERI *quadrifolio* addatur synonymon:
Haw. Suppl. pl. succul. p. 3.

Caulis valde ramosus, tuberculatim geniculatus, ramis patentibus dichotomisve, angulis obtusis validis e petiolis decurrentibus. Folia 1/2 poll. expansa, subinde quina, seniora recurvata, fere emarginato-obcordata, cochleatim concava, parum succulenta, supra perviridia, subtus viridia parum nervosa. *Haw.*

Pag. 332. n. 197 PIPER *inaequalifolium.* Subjungatur synonymon:

PIPER *aromaticum Willd. Enum. Suppl. p.* 3. *Link Enum. alt.* 1. *p.* 39.

Folia subsessilia, lanceolata, obtusa, basi attenuata, avenia, glaberrima. Affine *verticillato*, at foliis longioribus aveniis. Odor foliorum tritorum gratus.

Pag. 338. PIPERI *inaequalifolio* subjungatur:

197 a. PIPER *tricarinatum Haw.*; foliis subquinatis, elliptico-ovatis, concavo-canaliculatis, acumine obtusato, subtus, praecipue inferne, nervoso-tricarinatis. *Haw. Suppl. pl. succ. p.* 102.

Suffrutex subherbaceus, laevis, ramosus, subpedalis. Rami teretes, expansi et Piperum modo nodosi alte concinneque sulcatim multistriati. Folia 4-7 verticillata, internodiis longiora, patenti recurvula, coriaceo-dura, viridia; juniora paululum apicem versus reclinata, petiolis subbilinearibus, semiteretibus, alte canaliculatis, extus tumidis, scabriusculis et saepe sordide rufescentibus. Flores? *Haw.* *Habitat? H. Hew.*

n. 197 b. PIPER *Rollingo*; caule pubescente, foliis quaternis lanceolatis obtusis basi attenuatis apiculatis nervoso-venosis ciliatis, spicis terminalibus fasciculatis longissimis. PEPEROMIA *Rollingo Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 65.

Fol. 9-10 lin., spica 3-4 poll. *Habitat?*

Pag. 333. n. 201. PIPERI *angulato* addatur:
PEPEROMIA *quadrangularis Herb. Willd.*

Pag. 337. n. 219. PIPERI *Milleri* addatur synonymon:
P. *humile Haw. Suppl. Pl. succul. p.* 4.

n. 221. PIPERI *laurifolio* addatur synonymon:
Haw. Suppl. Pl. succul. p. 4.

n. 222. PIPERI *Staphyle* addatur synonymon:
PIPER *racemosum Haw. Suppl. Pl. succul. p.* 5.

n. 223. PIPERI *Chelseano* addatur synonymon:
PIPER *tomentosum Haw. Suppl. Pl. succul. p.* 4.

n. 224. Piperi *glabro* addatur synonymon: *Haw. Suppl. Pl. succul. p.* 5.

Pag. 338. n. 224. Piperi *glabro* subjungatur:

224 a. Piper *nematostachyum*; foliis alternis, ovatis, acuminatis, margine undulatis, aveniis, crassis, supra pilis stellatis adspersis, subtus subvillosis; spicis terminalibus filiformibus, racemosis. Peperomia *nematostachya Link Juhrb.* 1. 3. *p.* 63.

In Brasilia. Com. ab *Hoffmannsegg* in *Herb. Willd.*

In *Herbario Willdenowiano* e *Piperibus* lectis a *Humb.* et *Bonpl.* adesse: Piper (*Peperomia*) *pendulum* et *sessilifolium* sine floribus, in *Nov gen.* non descripta. Quid Piper *revolutum Rich. Humb.* et *Bonpl.* t. 3. f. 1-6.? Confer super Piperе *Hunth* in *Mém. du Muséum. T. IV. p.* 439.

Quid Piper *odorum H. Paris Belv. Breit.*?

Quid Piper *suaveolens Desfont.*?

Addenda

ad Mantissam Classis II.

Pag. 66 post 17 b. JUSTICIAM *interruptam* addatur:

n. 17 c. JUSTICIA *gonatistachya Nees* et *Mart.*; monanthera; corollâ bilabiatâ; spicis terminalibus, quadrifariis; calycibus dentibus rhacheos impositis; bracteis minutis, subulatis; foliis oblongo-lanceolatis, in petiolum ciliatum attenuatis, crenatis, lineolis exasperatis. *Nees* et *Mart. N. Act. A. N. Cur.* XI. *MS.*

JUSTICIA *interrupta H. et B.* differt foliis latioribus, costâ subtus strigosis, floribus pedicellatis, qui in J. *gonatistachya* toti quanti sessiles. Cor. glabra, alba, 3-4 lin., calyce longior. *In Brasilia* ♄. *Ser. Princ. Max. Neovid.*

n. 17 d. JUSTICIA *humuliflora Nees* et *Mart.*; monanthera; corollâ bilabiatâ; spicis terminalibus, simplicibus, geminis, imbricatis, villosis; bracteis ovato-orbiculatis, cristatis; foliis ovatis, utrinque attenuatis, ciliatis. *Nees* et *Mart. N. Act. A. Nat. Cur.* XI. *MS.*

Est ex affinibus JUST. *flavo-virentis*, *tetragonae*, *spicatae R.* et *Pav.* Folia 1 1/2-2 poll., glabra. Bracteae generales magnae, reticulatae, pallidae; propriae oppositae, setaceae. Flores sessiles, inferiores verticillati, superiores oppositi, bracteis vix longiores, albi. *In Brasilia. Ser. Princ. Max. Neovid.*

n. 17 e. JUSTICIA *spathulata Nees* et *Mart.*; monanthera; corollâ bilabiatâ; spicis axillaribus, oppositis, bifidis, secundis; bracteis spathulatis; foliis oblongis, utrinque attenuatis, pubescentibus. *Nees* et *Mart. N. Act. Ac. N. Cur.* XI. *MS.*

Frutex 15 ped., pubescenti-canus, bracteis spathulatis insignis; etiam bracteae propriae spathulatae, sed minores. Cal. magnus, laciniis oblongo-lanceolatis. Cor. calyce duplo longior, glabra coccinea. Antherarum loculus alter basi appendiculatus. *In Brasilia.* ♄. *Ser. Princeps Max. Neovid.*

Pag. 70 post JUSTICIAM *radicantem* inseratur:

n. 49 a. JUSTICIA *cuneifolia Nees* et *Mart.*; dianthera; corollâ ringente; spicis axillaribus, oppositis; bracteis orbiculatis, mucronatis. ciliatis; foliis obovato-ellipticis, basi cuneiformibus, crenatis. *Nees* et *Mart. N. Act. N. Cur.* XI. *MS.*

JUST. *polystachyae Lam.* affinis; differt: corollâ ringente et formâ bracteārum. Caulis dichotomus, divaricatus, inferne teres, superne compressus, et lineis pilosis notatis. Folia 3-4 poll., sessilia, glabra, lineolis scabra. Spicae foliis breviores. Bracteae generales venosae. Flores sessiles, solitarii, bracteis propriis oppositis, setaceis, brevissimis. Cor. calyce duplo longior, parva, alba, glabra, galeâ integrâ. Antherarum loculus inferior basi aristatus. *In Brasilia.* 4. *Ser. Princ. Max. Neovid.*

Pag. 73. n. 54 a. post JUSTICIAM *Vahlianam* inseratur:

n. 54 b. JUSTICIA *genuflexa Nees* et *Mart.*; dianthera; corollâ bilabiatâ; spicis terminalibus, pedunculatis; calycis laciniis linearibus, ciliatis, unâ minore; foliis ovatis, caulesque repente hirsutis. *Nees* et *Mart. N. Act. N. Cur.* XI. *MS.*

J. *procumbenti* et *diffusae* accedit. Caulis pedalis, superne sexangularis. Folia 1 1/2-2 poll., in petiolum brevem decurrentia. Pedunculus communis pollicaris. Flores oppositi, inferiores gemini. Bractea generalis lanceolata, acuta, calyce paulo longior; propriae oppositae, lineares. Calycis lacinia quinta brevissima. Cor. parva, pallide violacea, pubescens. Capsula loculi dispermi. *In Brasilia.* 4. *Ser. Princ. Max. Neovid.*

Pag. 77 post JUSTICIAM *plumbaginifoliam* inseratur:

n. 88 a. JUSTICIA *antirrhina Nees* et *Mart.*; dianthera; corollâ ringente; spicis axillaribus cymosis, folio brevioribus; floribus subsecundis basi gibbis; foliis ellipticis, acuminatis integerrimis glabris. *Nees* et *Mart. N. Act. Ac. N. Cur.* XI. *MS.*

JUST. *secundiflorae R. et Pav.* similis, gibbo tubi corollae distinctissima. Genicula constricta, fragilia. Folia mollia. Cymae 5-radiatae. Bractea sterilis ovato-lanceolata, incumbens, dorsalis supra florem. Bracteae generales et partiales subaequales, parvae, ovato-subulatae, calyce multo breviores. Corolla albida, calyce duplo longior, 3-4 lin. Antherae subcalcaratae. DICLIPTERARUM sectioni tertiae accedit, sed differt bracteâ generali parvâ. Conf. *R. Brown Prodr.*, ubi novi generis typus ex istis plantis derivatur. *In Brasilia.* ☉? *Ser. Princ. Max. Neovid.*

Pag. 82 post n. 15. DICLIPTERAM *repentem* inseratur:

n. 15 a. DICLIPTERA *tetrandra Nees* et *Mart.*; spicis

terminalibus, secundis, villosis; bracteis dorsalibus ovatis, cuspidatis, trinervibus; foliis oblongis, pubescentibus; floribus didynamis. *Nees* et *Mart. N. Act. Ac. N. Cur.* XI. *MS.*

Forma DICLIPTERARUM *Fam.* III., de quibus supra: differt a reliquis flore didynamo; neque tamen *Blechum* ob corollam bilabiatam, neque ex *Aetheilematum* vel *Lepidagathidum* numero, obstante calyce regulari. Affinis DICLIPTERARAE *repenti*. Caulis subtetragonus, hirsutus. Folia 4 poll, oppositio minore. Spicae terminales solitariae vel ternae, 5-6 poll. Bracteae dorsales et inferae generales similes, ciliatae; istae obovatae, propriae oppositae, lineari-lanceolatae. Cor. alba, labio superiore emarginato, inferiore trilobo. Capsulae loculi dispermi. *Hab. in Brasilia* ⊙. *Ser. Princ. Max. Neovid. Ad Rio Xipotò a Martius.*

Pag. 83. post 16 a. DICLIPTERAM *brasiliensem* inseratur.

n. 16 b. DICLIPTERA *xipotensis*: spicis axillaribus terminalibusque dichotomis, recurvatis; foliis ovatis, hirsutis, breviter petiolatis; corollis pubescentibus; labiis integris. *Nees* et *Mart. N. Act. N. Cur* XI. *MS.* (sub *brasiliensi.*)

In Brasilia. 4. *Ser. Princ. Max. Neovid. Ad Xipotò* fluv. a *Martius.* (Nomen mutandum, cum jam sit D. *brasiliensis Spreng.*)

Obs. DICLIPTERA *scorpioides*, quae proxima, distinguenda: „spicis axillaribus terminalibusque simplicibus, recurvatis; foliis lanceolato-ovatis, hirsutis, sessilibus; corollis glabris; labiis integris. D. *congesta H. et B.* longius distat caule hexagono corollâque purpureâ, quae in nostra coccinea, pollicaris, caulisque tetragonus.

n. 16 c. DICLIPTERA *speciosa Nees* et *Mart.*; spicis terminalibus, secundis, villosis; bracteis exterioribus ovatis, venosis; foliis ovato-oblongis, subcrenatis, lineolis exasperatis. *Nees* et *Mart. N. Act. Ac. N. Cur.* XI. *MS.*

6-7 ped., teres, pubescens. Pedunculus petiolo longior. Bracteae 2, duae exteriores, interiores lanceolatae. Cor. calyce 4-plo longior, ringens, coccinea, pubescens; galea lanceolata, bifida, labio trilobo, lobis subaequalibus. *In Brasilia.* b. *Ser. Pr. Max. Neovid.*

Pag. 88. ERANTHEMIS addantur:

n. 19. ERANTHEMUM *modestum Nees* et *Mart.*; racemis axillaribus terminalibusque; floribus verticillatis; bracteis setaceis; foliis ovato-oblongis, sessilibus, superne hirsutis. *Nees* et *Mart. N. Act. Ac. N. Cur.* XI. *MS.*

Flores pallide caerulei, hypocrateriformes, subaequales, tubo longo. Capsulae loculi dispermi. Caulis ½-1 ped. *In Brasilia.* 4. *Ser. Princ. Max. Neovid.*

n. 20. ERANTHEMUM *detruncatum Nees* et *Mart.*; spi-

cis terminalibus trichotomis; bracteis subulatis, serrulato-ciliatis, foliis ovato-oblongis in petiolum attenuatis, pubescentibus; pulvillis detruncatis. *Nees* et *Mart. N. Act. Ac. N. Cur.* XI. *MS.*

Caulis superne tetragonus. Petioli longi. Insertio folii tumida, semicylindrica, apice truncata. Corolla hypocrateriformis, alba. Loculi capsulae dispermi, unde haec et antecedens species RUELLIAE intrusae accedit. *In Brasilia.* 2? *Ser. Princ. Max. Neovid.*

n. 21. ERANTHEMUM *verbenaceum Nees* et *Mart.*; spicâ terminali, simplici; floribus oppositis; bracteis ovato-subulatis; foliis oblongis, in petiolum decurrenti-us, utrinque lineolatis, glabris. *Nees* et *Mart. N. Act. Ac. N. Cur.* XI. *MS.*

Simile E. *detruncato*, totum glabrum. Spica 1/2 ped. Cor. hypocrateriformis, alba, tubo incurvo, laciniis oblongis. Stamina 4, 2 sterilia. Capsulae loculi dispermi. *In Brasilia.* 2. *Ser. Princ. Max. Neovid.*

Pag. 110. STACHYTARPHETIS addantur:

n. 15. STACHYTARPHETA *quadrangula Nees* et *Mart.*; foliis ovatis, acutis, crenato-serratis, subtus scabris; spicis laxis; bracteis subulatis calyce brevioribus; caule acute quadrangulo. *Nees* et *Mart. N. Act. Ac. N. Car.* XI. *MS.*

Differt a *prismatica:* caule descripto, angulis scabris; foliis brevioribus ovatis basi abrupte in petiolum brevem decurrentibus; calycibus et bracteis duplo longioribus; floribus saturate caeruleis. ST. *cajennensis* differt: caule tereti foliisque obtusis, bracteis calyce longioribus. *In Brasilia* prope *Tambaril* et *Vals.* ♄. *Ser. Princ. Max. Neovid.*

n. 16. STACHYTARPHETA *hispida Nees* et *Mart.*; tota hispidissima; foliis ovatis, basi cuneiformibus, apicem versus obtuse serratis; bracteis lanceolatis, longitudine calycis. *Nees* et *Mart. N. Act. N. Cur.* XI. *MS.*

ST. *dichotomi R. et P.* differt hirsutie parciore, et molliore, foliis acutius serratis, et spicis laxioribus. *In Brasilia circa Barra da Varreda.* ♄. *Ser. Princ. Max. Neovid.*

n. 17. STACHYTARPHETA *trispicata Nees* et *Mart.*; foliis oblongis, utrinque acutis, medio crenato-serratis, glabris, subtus venoso-reticulatis, ad venas scabriusculis; spicis ternis; bracteis calyce brevioribus. *Nees* et *Mart. N. Act. Acad. N. Cur.* XI. *MS.*

Differt a ST. *crassifolia Schrad.* formâ foliorum et spicis ternis. *In Brasilia prope Tambaril* et *Vals.* ♄. *Ser. Princ. Max. Neovid.*

Pag. 151. SALVIIS addatur:

n. 170. SALVIA *splendens Sell.*; calycibus campanulatis, trilobis, coloratis; verticillis trifloris, subnudis: foliis deltoidibus, acuminatis, serratis. *Reis. d. Prinz. M. v. Neuw.* I. *p.* 46. II. *p.* 335. *N. Act. A. N. Cur.* XI. *MS.*

Affinis S. *Beglae Cav.*; differt caule foliisque glabris; pilis pedunculos et calycum bases vestientibus, roseis, articulatis, intricatis. *In Brasilia. Ser. Princ. Max. Neovid.*

MANTISSA.

Classis III.

TRIANDRIAE

MONOGYNIAE.

Quatenus in Tomo I. *Syst. Veg. ed. nostr.* continetur.

GENERA.

Tomo I. Pag. 339. n. 120 FEDIAE, in Observatione ad n. 3 A STREPHIAM, adde ASTREPHIAE synonymon: OLIGACOCE *Willd. Herb.*

Pag. 440. *Ibidem* in *Observatione* ad PHYLLACTIN adde:

Obs. Genus hocce admittit cle *Nuttall Gen.* I. p. 21. sequente charactere: „*Involucrum* monophyllum, vaginans. *Cal.* margo minutus. *Cor.* trifida. *Stylus* et *Stamina* exserta. *Sem.* 1."

Pag. 340. n. 121 post AXIAM inseratur:

121 a. SONERILA.

Cal. tridentatus. *Petala* 3 ad faucem calycis, staminibus alternantia. *Germen* triloculare, seminibus polyspermis, centro affixis. *Caps.* trilocularis, seminibus numerosis minutis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* 1. *p.* 180.

Affinis BURMANNIAE *Roxb. l. c.*

Pag. 342. n. 128. GLADIOLUS. Addatur:

Obs. Character genericus GLADIOLI sequens a clo *Gawler* exhibetur: *Inflorescentia* alterna, disticho-spicata, pauci-multiflora, spathis singulatim interstincta bivalvibus, oblongo-lanceolatis; valvâ exteriore oppositam similem angustiorem convoluto-complectente. *Cor.* supera, tubulosa, sexfida, infundibuliformi-irregularis, tubo erecto gracili in faucem brevem turbinatam s. cylindrico-elongatam ampliato, limbo sexpartito, campanulato-bilabiato, subaequali, divaricato-ringente s. inaequalissimo, labio summo porrecto. *Filamenta* ori tubi imposita,

collaterali-adscendentia, inclusa. *Antherae* lineari-oblongae, introrsum a dorso verticali pensiles, vibratiles. *Stylus* decursu staminum triquetro filiformis. *Stigm.* 3 lamellosa, obverse attenuata, conduplicato explicanda, divergentia. *Caps.* membranacea, ovato-oblonga, obtuse trigona, 3-loc., 3-valv., valvis medio septigeris. *Sem.* numerosa, gemino ordine in loculis imbricata, internae septi margini utrinque annexa, obovato-orbiculata, membranoso-alata, nucleo parvo, cartilagineo. (Bulbo-tuber ovato-globosum, plexibus membranaceo-fibrosis texturâ et crassitie magnopere variantibus tectum, rarius subnudum; folia 2, plura, collaterali disticha, infra vaginantia et vaginâ radicali cincta, laminâ ensatâ, rarius decussato-quadrangulâ, modo utrinque bisulcâ, interdum cartilagine crassâ marginatâ; caulis culmaceus, saepius simplex, teres, nunc subulatim triqueter. In Gl. *segetum* nucleus seminum major, et parcâ pulpâ obvolutus, integumentum externum adeo explet, ut fere obliteretur ala: hinc genere suo abludens Antholyzas et Babianas approximat. *Gawl.*)

Pag. 342. n. 132. Moraeae addatur:

Obs. Moraeae character genericus apud *Gawler bot. Mag.* t. 1612. „*Inflorescentia* fasciculata, pauci pluriflora, spathis communi-bivalvi involutis distincta, raro in spicam separata. *Cor.* supera, erecta, involuto-decidua, hexapetalo-partita s. tubuloso-sexfida, laciniis obversis, rotatis s. inferne conniventibus, alternis consimilibus, exterioribus ungue haud raro barbato, saepe foveolâ in basi, laminâ nunquam erectâ; interioribus angustioribus, raro parvissimis (leg. minimis) vel nullis, totis interdum erectis. *Stylus* triquetro-filiformis, erectus, liber. *Stigmata* 3 petaliformia, trifaria, antice fornicata, postice carinata, bilabiata, labio interiore bifido reflexo, exterius breve, retusum, multoties seu fere non excedente, raro lineari-radiatâ, bipartita, segmentis filiformi-convolutis. *Filamenta* corollae limbive disco imposita, libera s. partim vel omnino connata *Antherae* erectae, extrorsae, (?) lineari-oblongae, stigmatum faciebus appressae, segmentisve intersertae. *Caps.* membranacea, ovato-globosa ad prismatico-columnarem, trilocularis, loculis biseriato-polyspermis, trivalvis, valvis medio septigeris. *Sem.* septi margini interiori utrinque annexa rotundata s. anguloso-pressa; albumen corneum. Radix bulbo-tuber, integumento exteriore senescente putamineo-fibroso, reticulato-rimoso; folia radicalia pauca, transverse bifaria, fistuloso-vaginantia, inde convoluto-lorata, saepius caudato-cuspidata: raro plura acute canaliculata, carinata, nec unquam collaterali-disticha; caulis culmaceus, vaginoso-foliatus, simplex ad ramosissimum, rami e vagina ad articulos, solitarii, saepe plures aggregati, raro divisi; flores in caule aut ramo terminales, saepius fugaces. In Iride radix nunquam bulbo-tuberosa, in Moraea constanter. *Gawl.* Moraeae subjungatur:

n. 132 a. DIPLARRHENA.

Perianth. petaloideum 6-partitum, laciniis interioribus minoribus, superiore dissimili fornicatâ. *Stamina* distincta, 2 sub superiore laciniarum interiorum conniventia, tertium sine anthera. *Stigma* 3-partitum, bilabiatum. *Caps.* oblonga trigona. *Semina* plano-depressa, simplici serie inserta. *R. Brown. Prodr.* I. *p.* 304. Diplarrena *Labill.* (Laciniae exteriores patentes.)

Pag. 343. n. 133. Iris. Addatur character genericus apud *Gawler* sequens:

Obs. *Inflorescentia* terminalis fasciculata uni-pluriflora; *spatha* communis bivalvis, intergerinas unifloras includens. *Cor.* supera, tubuloso-sexfida, *tubus* interdum plenus, *limbus* amplus, involuto emarcescens, aequalis aut perinaequalis, saepius biformis, laciniis alternis inter se similibus; *interioribus* frequentius erectis, quandoque superne reflexis, raro divaricatis; *exterioribus* laminâ constanter reflexâ, ungue saepe intus pubescente. *Germ.* rarius subsessile *Stylus* triqueter, tubo aequalis ac in pleno una consolidatus. *Stigm.* 3 trifaria inclusa petaloidea, extrorsum fornicata, bilabiata, *labio exteriore* curto diploideo-subtenso, *interiore* bipartito reflexo. *Stam.* basi laciniarum exteriorum imposita, faciebus stigmatum accumbentia. *Anth.* lineares, extrorsae. *Caps.* coriacea nunc chartacea torulosa, rotundate acuteve trigona, rarius hexagona, trilocularis loculamentis polyspermis, 3-valvis, valvis septigeris. *Sem.* biseralia, horizontalia, septi margini internae utrinque annexa, nunc globosa, pressione saepius deformata, glabra, nunc rugoso tuberculata; albumen durum. *Gawler bot. Mag. t.* 1496. Herbae perennes; rhizoma horizontale divisum, raro tuberiforme bulbireps atque perpendiculare, nunc bulbus tunicatus, nunquam ut constanter in proxima MORAEA *bulbo-tuber*; folia ensata, collaterali-disticha, modo canaliculata, transverse bifaria, rarissime tetragona; caulis ramosus cubitalis ad scaposum subterraneum subnullum. *Gawl. l c.*

Pag. 343. n. 134. Sophronia. Plerisque eadem videtur cum Witsenia.

n. 135. Dilatris. Post hanc ponantur: Vieusseuxia, Sisyrinchium, Tigridia, Ferraria, Galaxia: sunt enim in omnibus *flores superi.*

Pag. 344. n. 143. Sisyrinchium. Post hoc inseratur:

143a. RENEALMIA.

Perianthium 6-partitum, regulare; foliolis interioribus majoribus basi angustatis. *Filamenta* infra connata vel distincta, supra patentia. *Stigmata* 3 involuto-filiformia, acuta. *Capsula* obovato-clavata. *Semina* angulata. *Inflorescentia* subpaniculeta, fasciculorum spathis abbreviatis. *R. Brown Prodr. Addenda.* suadente D. *Her.*

Obs. RENEALMIA *Linn. Suppl.* auctoritate ill. *Smith Exot. bot.* v. p. 93 est ALPINIAE species R. *Brown* (qui prius genus hocce sub SISYRINCHIO habuit.) RENEALMIA *pendula Gaertn.* fil. et *undulata Wendl.* etiamnum *Scitamineae* dubiae, hinc a nobis ommissae.

Pag. 344 post n. 146 inseratur:

n. 146a. JOHNSONIA.

Perianth. 6-partitum, aequale, petaloideum, marcescens, deciduum. *Stam.* 3. *Filamenta* basi laciniarum interiorum inserta infra dilatata connata. *Stylus* filiformis stigmate obtuso. *Caps.* 3-locularis, 3-valvis, valvis medio septiferis.

Semina bina, altero pendulo, apice columnae centralis gracilis cap ulà brevioris affixa, umbilico strophiolato. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 283.

Familia ASPHODELEARUM genus affine BORYAE.

Pag. 345. n. 14⁻. HEDYCREA. Addatur:

Obs. Mirum de charactere generis hujus apud auctores dissidium. *Cal.* turbinatus, 5-fidus *Pet* 5. *Stamina* fauci calycis inserta. *Drupa* olivaeformis, carnosa. *Nux* ovata, fibris tecta, 1-locularis apud *Pers. Syn* I. p. 298, qui laudat: *Lam. ill. t.* 122. fig. 3, cui vero character genericus longe alius in *Lam. Enc. meth.* I. *p.* 561: *Cal.* e foliolis 2 oppositis minimis. *Cor.* monopetala turbinata, limbo patente, dentibus 5 acutis. *Stam.* fauci corollae inserta, antheris bilocularibus. *Germen* villosum stylo curto setaceo stigmate obtuso. *Bacca* ovata magnitud ne olivae glabra, nuce osseà monospermâ. Alius denique Character apud *Schreber* et *Willd.* sub nomine HEDYCREA (quô insigniverant LICANIAM *Aublet.*): *Cal.* hemisphaericus, 5-dentatus, dentibus acutis patulis. *Cor.* 0. *Filamenta* annulo calycem interne infra dentes cingente inserta, dentibus opposita, iisque breviora. *Germen stylusque* villosa. *Stigma* obtusum. *Drupa* ovalis, mollis, unilocularis, nuce unilocularì ovatâ, fibris tectâ, putamine duro. — *Fructus* in omnibus, minime vero flos convenit. — Bellissime se subduxit cla *Willdenow*, qui nullibi in clavi genus hoc recepit. In *Persoon* l. c. ingente sphalmate legitur: *Petala* 6, fauci calycis inserta.

Pag. 346. n. 152. POLYCNEMUM. Post hoc inseratur:

n. 152a. THRELKELDIA.

Perianth. urceolatum, intra marginem truncatam squamis tribus membranaceis. *Stam.* tria hypogyna, squamis opposita. *Uriculus* perianthio drupaceo baccato inclusus. *Semen* ovatum, albuminosum, embryone peripherico, inverso. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 410.

Familia CHENOPODEARUM *R. Br.*

Pag. 356. n. 156. COMMELINAE addatur:

Obs. Character generis emendatus a *Gawler* et *Rob. Brown*: „*Cal.* tripartitus persistens. Cor. (calyce grandior 9?) 3-partita, decidua, laciniis unguiculatis, tertiâ quandoque dissimili v. abortiente. *Stam.* 6 (v. 5.). *Antherae* 3 (nunc 2-4) dissimiles, vix polliniferae. *Germ.* 3-loc., loculis oligospermis. *Stigm.* 1. *Involucrum* monophyllum, conduplicatum v. cucullatum, persistens, capsulas includens. *Caps.* 2-3 loc., 2-3 valv., valvis medio septigeris. *Sem.* saepius bina, angulo interno loculi inserta. *Embryo* trochlearis, in cavitate albuminis densi carnosi, umbilico opposita, immersus.“ *Brown prodr. Fl. nov. Holl.* I. p. 268. 269. ANEILEMA *Rob. Brown prodr.* p. 270 conservari tanquam genus proprium non posse, etiam *Meyer Essequebo p.* 22.

Pag. 357. n. 158. MACROLOBIUM. Addatur:

Obs. „Cl. *Vahl* MACROLOBIO minus recte calycem 4-dentatum tribuit, cum infra medium 4-fidus, nec glaberrimus, calyx. Florum structura Botanicis hucusque haud bene observata, nam re verâ petala 5, aequo ac

in genere OUTEA, huic proxime affini, sed 4 valde minuta, squamulae tantum repraesentantia." *Meyer Essequebo p.* 17. 19, qui characterem sic emendavit:

„*Cal.* 4 fidus, bibracteatus. *Cor.* 5-petala, petalis 4 minutis, quinto maximo undulato-plicato. *Legumen* pedicellatum, compressum. *Sem.* 1." l. c. p. 17.

Pag. 347. post 160 HIPPOCRATEAM (quae nunc familiae HIPPOCRATICEARUM cum TONTELEA, ANTHODENTE, SALACIA et CALYPSO) inseratur:

160 a. JOHNIA.

Cal. 5-phyllus, vel 5-partitus. *Cor.* 5 petala. *Nectarium* s. receptaculum staminum et pistilli subglobosum. *Germen* triloculare, seminibus 1-2 peltatis in loculo singulo. *Bacca* 1-polysperma. *Embryo* sine perisperma, directione variâ. *Roxb. Fl. ind. ed. Carey* et *Wall.* 1. *p.* 172.

Affinis SALACIAE, forte tertii ordinis hujus classis. *Roxb.* l. c.

160 b. RADDISIA.

Cal. 5-phyllus. *Cor.* rotata, 5-fida. *Nectarium* annulus extra stamina ovarium cingens. *Caps.* 3-locularis: loculis polyspermis. *Leander* de *Sacramento* in *Denkschr. Münch. Akad.* VII. *p.* 244. *t.* 15.

Pag. 347. n. 161. TONSELLAE addatur:

Obs. SICELIUM *Brown* vix differre a TONSELLA (s. TONTELEA) monet *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 146. TONSELLAE subjungatur:

n. 161 a. ANTHODUS *Ruiz* et *Pav.* *Fructus* bacca subglobosa, obsolete 2-3 locularis, loculis monospermis, abortu plurimorum seminum (2-3). *Semina* ovata, mucilagine involuta. *Martius in litt.*

Character floris datus in *Syst. Veg. ed. nostr. p.* 546 in nota. TONSELLAE maxime affinis. Familia HIPPOCRATICEARUM.

MANTISSA.

Classis III.

TRIANDRIAE

MONOGYNIAE.

Quatenus in Tomo I. *Syst. Veg. ed. nostr.* continetur.

SPECIES.

n. 119. VALERIANA.

Pag. 348. n. 2. VALERIANA *dioica.* Addatur synonymon:
Engl. Bot. t. 628.

n. 3. VALERIANAE *Phu* Addatur synonymon:
Hayne getr. Darstell. III. *t.* 33.

Pag. 349. n. 4. VALERIANAE *hyalinorrhizae* addatur synonymon:

V. caule herbaceo, erecto, tereti, foliisque glabriusculis: radicalibus integris, subrotundo-ellipticis, crenatis; caulinis sessilibus, pinnatifido-lyratis; paniculis ramosissimis; corollis 5-fidis; staminibus exsertis; akenii glabris. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 331.

Herba 10-14 poll. Pappus plumosus. *Kunth l. c. In Peruviae alpestribus.*

n. 4 a. V. *vaginata Humb.* et *Bonpl.*; caulibus cespitosis, simplicibus, tetragonis foliisque glabris; foliis radicalibus oblongo-ellipticis, subdentatis, petiolatis; caulinis sinuato-pinnatifidis, basi vaginatis: laciniis linearibus, pilosiusculis; corymbis confertis; corollis 5-fidis; staminibus inclusis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 331. *Herb. Willd.*

Rad. tuberosa. Caules complures, spithamaei. Folia obtusa, glabra, 3-4 lin., petiolo fere longitudine foliorum. Folia cau-

lina opposita, basi vaginata, superiora hastata, summa linea, ria, laciniis obtusis, vaginis basi subconnatis, membranaceis-inflatis, striatis, glabris, ciliatis, semipollicaribus, infimis aphyllis. Corymbi terminales, tripartiti, ramis dichotomis, capitato-confertis. Bracteae oppositae, lineares, uninerves, basi connatae, ciliatae. Flores alares et terminales, solitarii, sessiles, magnitudine *Fediae olitoriae.* Cor. infundibuliformis, basi gibba, alba, glabra, tubo brevissimo, fauce pilosâ, laciniis suborbiculatis, obtusis, aequalibus. Stylus longe exsertus. Stigma subcapitatum indivisum. *Kunth* l. c *In Novae Hispaniae humidis prope Real del Monte* 4.

n. 4 b. V. *pyramidalis Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, tereti, sulcato, glabro; foliis pinnatis: foliolis sessilibus, ovatis, cordatis, integerrimis, glabri; paniculâ ramosissimâ, pyramidali; corollis 5-fidis; staminibus subinclusis; akeniis glabris. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 331.

Herba 3 ped. Caulis crassitie digiti minoris. Folia brevissime petiolata; foliolis 7-9, ovatis aut ovato-oblongis, acutis, reticulato-subquintuplinervibus, membranaceis, subciliatis, 1/2-1 1/2 poll., infima minima, 1/2 poll.; terminale maximum, oblongum, subacuminatum, basi rotundatum, 2 fere poll. Petioli communes adjectâ rhachi 3 poll., pubescentes, basi connati. Panicula terminalis pedalis et ultra, ramis oppositis, dichotomis, patentibus, ramulisque glabris, nodis pubescentibus. Bracteae oppositae, lanceolatae aut lanceolato oblongae, obtusiusculae, uninerves, glabriusculae. Flores minuti magnitudine *Fediae olitoriae*, alares et terminales, solitarii, sessiles. Cor. infundibuliformi-campanulata, basi gibba, alba, glabra, tubo brevissimo, laciniis ovato-subrotundis, obtusis, subaequalibus. Stylus longitudine staminum. Stigma trifidum. *Kunth* l. c. *Ad muros urbis Quito.* 4.

n. 4 c. V. *polemonioides Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, erecto, tereti, pubescente; foliis pinnatis: foliolis oblongis, breviter petiolatis, integerrimis, subcarnosis, supra glabriusculis, subtus pubescentibus; paniculâ ramosissimâ; corollis quinquefidis; staminibus inclusis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 332.

Herba 2-3 ped. Rad. fibrosa. Caulis ramosus, carnosus, ruber. Folia petiolata, foliola 7-13, subopposita, interdum obovato-oblonga, basi acuta et subaequalia, apice obtusiuscula, subinde obsolete repanda, subcarnosa, subtus molliter incana, 6-8 lin., 2 1/2-3 lin. lata, inferiora gradatim minora, infima 3-4 lin., terminale maximum, 9-11 lin. Petioli communes adjectâ rhachi 2 poll., canaliculati, basi dilatati, connati, pubescentes; partiales 1-2 lin., pubescentes. Panicula terminalis, pedalis, ramis oppositis, dichotomis, ramulisque pubescentibus. Bracteae oppositae, lanceolatae, acuminatae, pubescentes. Flores minuti, magnitudine pyramidalis, alares et terminales, solitarii, sessiles. Cor. infundibuliformi-cam-

panulata, gibba, alba, glabra, tubo brevissimo: laciniis ovato-subrotundis obtusis subaequalibus. Stylus longitudine staminum; stigmate trifido. *Kunth* l. c. *In r. Quitensi Hambato inter et Llactacunga.* 4.

n. 4 d. V. *sorbifolia Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, erecto, tereti, (inferne) pilosiusculo; foliis pinnatis: foliolis sessilibus, ovato oblongis, basi cuneatis, grosse serratis, glabris; paniculâ ramosissimâ; corollis quinquefidis; staminibus inclusis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 332.

Herba 2-3 ped. Caulis striatus. Folia brevissime petiolata: foliola circiter 13, opposita, obtusiuscula, basi cuneata, dentibus obtusis, membranacea, subpollicaria, infima 4-6 lin., terminale maximum, 14-15 lin. Foliola foliorum floralium linearia, integerrima, obtusa; lateralia brevissima, terminale valde elongatum. Petioli adjectâ rhachi 3-poll., glabriusculi, basi connati. Panicula terminalis, pedalis, ramis oppositis, dichotomis, glabris, patentibus. Bracteae oppositae, lanceolatae, acuminatae, glabrae. Flores alares et terminales, solitarii, sessiles, magnitudine floris *Fediae olitoriae.* Cor. infundibuliformi-campanulata, basi gibba, glabra, alba, tubo brevissimo, laciniis ovatis, obtusis, subaequalibus. Stigma 3-fidum, exsertum, laciniis elongatis. *Kunth l. c. In declivitate occidentali montium Mexicanorum inter Valladolid de Mechoacan et Pazcuaro.* 4.

n. 4 e. V. *ceratophylla Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, erecto, tereti, striato, glabro: foliis pinnatis: foliolis trifido-hastatis, sessilibus, glabris: laciniis linearibus, acuminatis; corymbis dichotomis; corollis 5-fidis; staminibus exsertis; akeniis villoso-pubescentibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 333. *t.* 276.

Caulis ramosus. Folia longissime petiolata: foliolis circiter 11, suboppositis, laciniis integerrimis, 5-6 lin., terminali longiore. Petioli adjectâ rhachi 4-5 poll., glabri, basi pilosiusculi et subconnati. Corymbi terminales, coarctati: ramis pubescentibus. Flores alares et terminales, solitarii, sessiles, magnitudine V. *Phu.* Bracteae oppositae, lanceolatae pubescenti-pilosae. Corolla infundibuliformis, alba, externe puberula, tubo longo basi gibbo: laciniis oblongo-ellipticis, obtusis, obsolete trinervibus, subaequalibus, fauce barbatâ. Stam. exserta. Stylus glaber. Stigma simplex indivisum. Semina ovato-oblonga, hinc uni-inde tricostata, vix 2 lin., pappo plumoso involuto. *Kunth* l. c. *In alta planitie Mexicana juxta Chapoltepec.* 4.

Pag. 351. n. 10. VALERIANA *pauciflora.* Addatur synonymon:

V. *pauciflora*; foliis radicalibus integerrimis, cordatis, crenatis, petiolatis; caulinis pinnatis, subdentatis; superioribus trifoliatis, foliolis ovatis, acutis; paniculâ sparsâ; corymbulis paucifloris. *Nuttall Gen. p.* 20.

Caulis 3-pedalis vel parum ultra, sulcatus, glaber, simplex, fistulosus. Foliola pinnatorum 5-7 glabra, versus apicem petioli sensim majora, ovata, acuminata. Flores longi, fere pollicis, pallide carnei, triandri, basi tuberculo parvo; bibracteati, limbo 5-partito, laciniis ovatis, obtusis. Stamina exserta. Semen ellipticum, planum, utrinque medio striis 3 longitudinalibus, demum plumosi. Affinis V. *Phu.*

Pag. 351. n. 12. VALERIANA *officinalis.* Addatur synonymon:
β. Wahlenb. Fl. nps. p. 13. *Svensk. Bot. t.* 25.
Hayne getr. Darst. III. *t.* 32. γ. V. *officinalis Savi Mat. med. p.* 36. *t.* 28 (fide *Bertoloni. Amoen. ital. p.* 326.)

Pag. 351. n. 13. VALERIANA *sampucifolia.* Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 65. VALER. *exaltata Baumg.*

Folia 4-5 juga, in *officinali* 7-8-juga, foliolis oblongis dentatis. Cor. rubescens. Culturâ persistit.

Pag. 352. n. 16. VALERIANA *sisymbrifolia.* Addatur:

Obs. Exc. *M. a Bieberst. Suppl. taur cauc. p.* 26. monet: suam VALERIANAM *Cardamines* inter et VAL. *sisymbrifoliam* secundum *Desfontaines* l. c. eam notabilem interredere differentiam, quod posterior foliolis etiam superioribus subrotundis gaudeat, quae adscendendo longiora et demum linearia in V. *Cardamines.* Cor. infundibuliformis, tubo gracili limbo campanulato duplo triplove longiore ut in V. *tuberosa*, nec campanulata tubo vix distincto, ut in V. *dioica. Steven Mem. soc. N. s. Mosqu.* 3. *p.* 261 et 5. *p.* 342.

Pag. 352. n. 16. VALERIANAE *sisymbrifoliae* addatur:

n. 16 a. VALERIANA *capitata Pall.*; caule simplici, erecto, glabro: foliis sessilibus, basi pinnatifidis, laciniâ unâ alterâve intermediâ, oblongis, acutis, serratis, nervosis, glabris; capitulo terminali, bracteis linearibus cincto. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 66.

Flores atrofusci videntur in elegante specie hacce. *Link.*
In summis alpibus Sajanensibus. Pallas in *Herb. Willd.*

Pag. 353. n. 20. VALERIANAE *scandenti* addatur:

V. herbacea, scandens; ramis teretibus, glaberrimis; foliis ternatis: foliolis ovato-lanceolatis, acuminatis, subintegerrimis, membranaceis, glabris; paniculis axillaribus; floribus remote spicatis; corollis 5-fidis; staminibus exsertis; fructibus pilosiusculis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 333. *Herb. Willd.*

Rami supra nodos pubescentes. Folia petiolata, foliola basi acuta, tenuiter membranacea, intermedium 2 poll., longe petiolatum, lateralia dimidio breviora, breviter petiolata. Petioli communes pollicares aut 1 1/2 poll., partiales, 2-6 lin. longi, glabri. Paniculae 1/2 ped., pedunculatae, oppositae, ramis oppositis dichotomis glabris. Flores sessiles, basi bibracteati,

magnitudine *Fediae olitoriae*. Bracteae lanceolatae, glabrae. Cor. infundibuliformis, glabra; tubo brevi basi gibbo; laciniis ovatis, obtusis, aequalibus. Stylus glaber. Stigma 3-fidum? Semina ovato-conica, compressa, hinc 1-inde 3-costata, lineae; pappus radiis fere 12, semine duplo longioribus, plumosis, basi membranaceis et connatis. *Kunth* l. c. *In temperatis Novae Andalusiae prope Coenobium Caripense.* 2.

Obs. Specimen nostrum lectum a clo *Bertero* in *Alta mira* ad rivulorum oras quam exactissime convenit cum diagnosi et descriptione Kunthiana satisque superque dubium nostrum circa synonymon *Forskäli* l. c. corroborat, cum omnino planta V. *Forskaliana* diversissima.

Pag. 354. n. 23. VALERIANAE *montanae* addatur synonymon:
V. β. *rotundifolia Sims bot. Mag.* 1825. VALERIANA *montana*, foliis ovatis; inaequaliter serratis: superioribus cuspidatis. *Bert. Excerpt. p.* 6. et *Opusc. scient. di Bologn.* IV. *p.* 222.

Hujus folia interdum subrotunda, etiam basi; caulina superiora saepe alte et inaequaliter serrata, praecipue apicem versus, cuspide terminali, longâ, integerrimâ. Foliorum caulinorum supremum par subinde lineare, angustissimum, longum, integerrimum vel inferne lacinulatum. Flores grandiusculi, rosei. *In montibus Praetutianis.* 2. *Bertolon. in litt.* (V. *montanam* adumbravit in *Amoen. p.* 326.)

Obs. V. *alpestrem*, foliis ovatis: radicalibus integerrimis, caulinis inciso-serratis vel tripartitis, floribus capitato-corymbosis, corollâ germine triplo longiore. *Steven* in *Mem. Soc. Nat. cur. mosqu.* 5. *p.* 342, et VAL. *alpinam Hoffm. H. mosqu.* 1808. *n.* 3388 ad *montanam* spectare monet exc. *M. a Bieberst. Suppl. taur. cauc. p.* 26, ubi simul cum? V. *intermediam Sternb.* et *Hoppe* adducit. Interea VALER. *alpinam Mussin Puschkin* e Caucaso in *Herb. willd.* differre a *montana* foliis latioribus cordatis sessilibus, caulinis profundius dentatis, monet *Link Jahrb.* „Visâ" addit M. a B. l. c. „varietate foliis caulinis summis basi incisis, facile adducor ut nostram pro distincta et intermedia inter V. *montanam* et *tripterim* specie habeam. Habitus autem potius *montanae* est. Folia radicalia plerumque integra, nonnunquam etiam remote obtuseque dentata; caulina superiora saepius indivisa, semper acute dentata, nunquam vere ternata. Corollae magnitudo et staminum ad eam ratio minus constans est, sicut in montana europaea: fallit igitur diagnosis utriusque ex partibus hisce desumta."

Pag. 354. n. 24. VALERIANA *heterophylla*. Addatur synonymon:
VALERIANA *supina* L. variet. *Loisel. Not.* fide *Steudel.*

Pag. 355. n. 25. VALERIANAE *intermediae* addatur synonymon:
V. *intermedia*, foliis omnibus petiolatis dentatis: radicalibus cordatis, caulinis ovato-oblongis acutis. *Com. a Sternb.* et *Hoppe Denkschr. bot. Gesellsch.* II. *p.* 89.

Flores sat magni, staminibus styloque exsertis. *Sternb.* et *Hopp.* Mirum doctissimos viros synonymon *Kahl* non lau-

dasse, cum illorum VALERIANA *intermedia*, quam novam esse speciem dicunt, omnino eadem cum *intermedia Vahl* videatur.

Pag. 355. n. 26. VALERIANAE *tripteridi* adde τῳ β synonymon: VAL. *heterophylla Bauing. trans.* γ. foliis omnibus integris *Lapeyrouse abreg. pyren.* 18., quae a *Gilibert Element. bot.* I. *p.* 46 commutata cum V. *elongata.*

Pag. 356. n. 30. VALERIANA *asarifolia.* Addatur:

Obs. Cls *Steudel* citat VALERIANAM *calthaefoliam Sieber* nobis plane ignotam; VALERIANA *asarifolia Sieber Herb. Cret.*, lecta ab illo in montibus Sphakiotticis, folia radicalia Calthae potius quam Asari prae se fert. Reliqua omnia cum diagnosi data a clo *Dufresne* conveniunt; habitus omnino V. *officinalis*; sed folia caulina, etiam inferiora, multo angustiora, flores majores et bracteae multoties angustiores, fere subulatae.

Pag. 356. n. 30. VALERIANA *monorhiza.* Deleatur, et subjungatur *tuberosae* instar γ, monente *Lapeyr. Abr. d. Pyr. Suppl. p.* 8.

Pag. 356. n. 33. VALERIANA *tuberosa.* Addatur synonymon: *Mauri Rom. Plant. Cent.* 13. *p.* 4. et γ. VALERIANA *monorhiza Du Fresne S. V. ed nostr. n.* 30 (cum diagnosi) fide *Lapeyr. Abr. Pyren. Suppl. p.* 8.

Pag. 357. n. 34. VALERIANAE *spicae* addatur synonymon, fide *Roxbourgh:*

V. *Jatamansi* W. *Jones Asiat. Research.* II. *p.* 405, IV. *p.* 109. *Roxburgh ibid.* 433. V. triandra; foliis integerrimis, quaternis: pare interiore radicali petiolato, cordato; caulino sessili, lanceolato; seminibus pappo coronatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 166. Huic subjungatur:

n. 34 a. VALERIANA *Hardwickiana Wall.*; triandra, villosa; foliis radicalibus numerosis, carnosis, ovato-cordatis, acutis, inaequaliter sinuatis; petiolis longis, sulcatis: caulinis sessilibus, parvis, oppositis, remotis, pinnatis, vel basi laciniatis: corymbis terminalibus gradatim elongatis; pedicellis dichotomis; seminibus pappo pilosiusculo coronatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 166. *Valeriana Hardw. Asiat. Research.* VI. *p.* 350.

Rad carnosa, crassitie digiti minimi, fibris numerosis pallidis, cylindricis. Folia cespitosa, 1-3 poll., subundulata, subinde quasi excisa, pilis brevibus mollibus, intense viridia, subtus pallidissima, costâ nervisque carnosis: foliis ad basin plus minus distinctis, subinde decurrentibus, subinde nullis. Caule increscente elevantur etiam folia ad pollices aliquot, et opposita evadunt paribus approximatis. Folia caulina paribus 2-4, foliolo extimo sinuato-dentato, circiter pollicari, reliquis in pare uno alterove lineari-lanceolato, parvo. Petioli cylindrici pubescentes, pro-

fonde sulcati, a basi lata crassa attenuati, folio bis ter longiores. Caules plures erecti, striati, fistulosi, subvillosi, 1-4 poll., crassitie pennae anserinae. Corymbus pedunculis oppositis, gracilibus, pubescentibus, 2-4 inferioribus, remotis, pedicellis ter quater dichotomis, capillaribus, terminatis racemis brevibus, rarifloris. Bracteae lineares oppositae sub divisionibus singulis: inferiores longitudine fere pedunculi. Flores valde parvi, pallidi, calyce nullo, nisi margine elevato ad apicem germinis. Cor. infundibuliformis, margine 5-fido regulari, tubo basi nudo, intus villoso. Semen compressum, serie pilorum alborum in sulcis, caeterum simile V. *rubrae*. *Wall.* *In montibus Sirinagur et Nepala.*

Pag. 357. n. 37. VALERIANA *saxatilis*. Addatur synonymon: *Bertolon. Amoen. Acad. p.* 326.

Pag. 358. n. 40 post VALERIANAM *spathulatam Ruiz et Pav.* inserantur:

n. 40 a. V. *alypifolia Humb.* et *Bonpl.*; caulibus fruticosis, procumbentibus; foliis spathulatis, carnosis, glaberrimis; capitulis pedunculatis; corollis quinquefidis; staminibus inclusis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 325.

Proxima VALERIANAE *spathulatae Ruiz* et *Pav.*, et ab hac characteribus datis abunde distincta. Fruticulus facie GLOBULARIAE *cordifoliae*. Caules ramosi, basibus petiolorum delapsorum undique obtecti, ramis abbreviatis foliis densissime obsitis. Folia GLOBULARIAE *Alypi* opposita, valde approximata, acutiuscula, subuninervia, adjecto petiolo pollicaria, superne 2-2 1/2 lin. lata. Petioli margine membranacei folio longiores, glabri. Corymbi capituliformes, terminales, globosi, densi, magnitudine *Pruni spinosae*. Bracteae lanceolatae aut lanceolato-spathulatae, obtusae, margine membranaceae, glabrae, floribus breviores. Flores sessiles magnitudine floris masculi VALERIANAE *dioïcae*. Corolla basi gibba? alba, glabra, tubo brevissimo, compresso, bialato, laciniis suborbiculato-ovatis, obtusis, aequalibus. Stylus glaber, exsertus. Stigma trifidum, laciniis revolutis. Fructus? *Kunth l. c.* *In humidis Regni Quitensis, frigidis Antisanae, ad radicem Chassalonge.* ♄.

Pag. 358. n. 40 b. V. *aretioides Humb.* et *Bonpl.*; caulibus suffruticosis, cespitosis, subprocumbentibus; foliis (quadrifariam) imbricatis, lineari-teretibus, carnosis, glabris, basi (valde) dilatatis et ciliatis; floribus 1-3 terminalibus, sessilibus; corollis 4-5-fidis; staminibus exsertis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 324.

Herba facie ARETIAE aut EMPETRI. Caules complures ramosi 2-3 poll., ramis sparsis, supremis valde abbreviatis, oppositis, obtusis, 2 lin., patentibus, basi triangulari-ovatis, uninervibus. Flores magnitudine *rigidae*. Cor. infundibuliformis, flava, glabra: tubo longissimo, filiformi; laciniis ovatis, obtusis, aequalibus, patentibus. Antherae glabrae, flavae.

Stylus tubo triplo brevior. Stigma truncatum obsolete trilobum. *Kunth* l. c. *In humidis prope cacumen Andium Quitensium.* ♄.

n. 40 c. V. *microphylla Humb.* et *Bonpl.*; caule fruticoso, erecto; ramis teretibus (tenuissime) pubescentibus; foliis obovato-oblongis, integerrimis, trinervibus, subcoriaceis, supra pubescentibus; paniculis confertis; corollis 5-fidis; staminibus inclusis; fructibus glabris. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 325. *t.* 273.

Caulis pedalis, ramis oppositis foliosis, junioribus rubris. Folia approximata, petiolis brevissimis basi petiolatis, basi cuneatis, obtusis aut saepius acutiusculis, subtus glabris, 3-5 lin., 1 1/2-2 lin. latis. Paniculae terminales corymbosae: ramis oppositis dichotomis ramulisque pubescentibus, confertis. Bracteae oppositae, lanceolatae, acutiusculae, glabrae. Flores alares et terminales solitarii, sessiles, magnitudine floris FEDIAE *olitoriae*. Cor. basi gibba, glabra, alba, fauce rubra, tubo brevissimo, laciniis ovatis, obtusis, aequalibus. Stylus exsertus. Stigma laciniis patenti-recurvatis. Semina hinc convexa, inde angulata, fuscescentia, glabra, 1/2 lin., pappo subdecemradiato, radiis plumosis, fructu duplo triplove longioribus. *Kunth l. c.* *In montanis frigidis Andium Pastoënsium inter Chilanquer et Guachucal.* ♄.

n. 40 d. V. *quadrangularis Humb.* et *Bonpl.*; caule suffruticoso ramisque quadrangularibus, glabris; nodis pilosis; foliis ovato-oblongis, basi denticulatis, triplinervibus, subcarnosis, glabris; corymbis dichotomis, divaricatis; corollis 5-fidis; staminibus inclusis; fructibus glabris. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 326.

Folia acumine obtuso 15-17 lin., 5-6 lin. lata. Petioli canaliculati, glabri, basi dilatati, inferiores longitudine foliorum, superiores brevissimi aut nulli. Corymbi rami ramulique quadrangulares glabri, nodis, pilosis. Bracteae oppositae, lanceolato-oblongae, acutae, glabrae. Flores alares et terminales solitarii, sessiles, magnitudine *Fediae dentatae*. Cor. basi gibba, glabra, rubra, tubo brevissimo, laciniis ovatis, obtusis, aequalibus. Stylus exsertus. Stigma 3-fidum. Semina lineari-oblonga, subarcuata, hinc uni-inde tricostata, pappo plumoso, 1 1/2 lin., pappo 14-radiato: radiis plumosis, fructu duplo longioribus. *Kunth l. c.* *In Andibus Peruvianorum.* ♄.

n. 40 e. V. *triphylla Humb.* et *Bonpl.*; ramis lignosis, teretibus, glabris; ramulis sulcato-angulatis, foliis ternis, sessilibus, lanceolato-oblongis, coriaceis, glabris; capitulis ternis axillaribus et terminalibus, pedunculatis; corollis 5-fidis; staminibus exsertis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 326.

Rami terni; folia obtusa, subtus punctata, basin versus sulciliata, in ramis sterilibus confertissima, in floriferis distanti, 8

lin. Capitula pedunculata, bifida. Bracteae oppositae, lanceolatae, obtusae, sessiles, basi connatae, glabrae. Corollae laciniae obtusae, tubo pubescente. A *Mutisio* communicata cum *Bonpland.* *Kunth* l. c. *In frigidis montiam Novo-Granatens., juxta S. Fe de Bogota.* ♄.

n. 40 f. V. *hirtella Humb.* et *Bonpl.*; caule suffruticoso, teretiusculo, hirto; ramulis hirsutis; foliis lineari-lanceolatis, integerrimis, trinervibus, subcoriaceis, supra pilosiusculis, subtus glabris; paniculis ramosissimis; floribus triandris; fructibus glabris. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 327.

Erecta 2-3 ped.; ramuli fuscescenti-hirti. Folia petiolis brevissimis subconnatis, acuminatis, basi in petiolum angustatis, 2 poll., 2-3 lin. latis. Paniculae terminales, ramis oppositis, dichotomis, ramulisque pilosis. Bracteae oppositae, oblongo-lanceolatae, obtusiusculae, glabrae. Cor. alba. Sem. ovata-compressa, hinc 3-inde unicostata, 1/2 lin.; pappo 6-8 radiis plumosis, fructu duplo triplove longioribus. *Kunth* l. c. *In Andibus Quitensium juxta cacumen Assuay prope los baredones et Ladera do Cadlad.* ♄.

n. 40 g. V. *tomentosa Humb.* et *Bonpl.*; fruticosa, scandens; ramis teretibus, cano-tomentosis; foliis ovatis, cordatis, basi denticulatis, membranaceis, supra pubescentibus, subtus albo-tomentosis; corymbis axillaribus, pedunculatis, dichotomis; corollis 5-fidis; staminibus exsertis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 317.

Folia apice angustato-acuminata, membranacea, 2-2 1/2 poll., 1'-1 1/2 poll. lata, pilis stellatis. Petioli pollicares, cananiculati, stellato-tomentosi, basi dilatati, subconnati. Corymbi oppositi pedunculo ramulisque albido-tomentosis, confertis. Bracteae oppositae, lineari-lanceolatae, tomentosae. Flores alares et terminales solitarii, sessiles, magnitudine FEDIAE *dentatae.* Cor. basi gibba, glabra, alba, laciniis suborbiculatis, obtusis, aequalibus. Stylus exsertus. Stigma trifidum. *Kunth l. c.* *In temperatis regni Quitensis in convalli Chotensi, villa S. Vincente.* ♄.

n. 40 h. V. *Clematitis Humb.* et *Bonpl.*; fruticosa, scandens; ramis teretibus, glabris; foliis ovatis, triplinervibus, subintegerrimis, membranaceis, glabriusculis; paniculis ramosissimis; ramis divaricatis; corollis 5-fidis; staminibus exsertis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. *p.* 327. *Herb. Willd. Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 67.

Folia obtusiuscula, basin versus obsolete denticulata, 12-16 lin., 9-10 lin. lata. Petioli 3-5 lin., canaliculati, ciliati. Paniculae terminales, sessiles, ramis oppositis, dichotomis, teretibus, pubescentibus. Bracteae oblongae, acutae, pubescentes. Flores alares et terminales, solitarii, sessiles, magnitudine *tomentosae.* Cor. campanulato-infundibuliformis, externe pu-

bescens, laciniis subrotundis, obtusis, aequalibus, uninervibus, gibbere nullo. Stylus longitudine staminum, stigma trifidum. *In alpinis Nov. Granat. prope Paramo de Saraguru et juxta Mulalo Quitensium.* ♄.

n. 40 i. V. *crassifolia Humb.* et *Bonpl.*; fruticosa, scandens; ramis teretibus, glabris; foliis ovato-ellipticis, obtusis, integerrimis, subcarnosis, glabris; corymbis trichotomis, divaricatis; corollis 5-fidis; staminibus inclusis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 328. *t.* 274.

Folia basi in petiolum decurrentia, 2 poll., 13-14 lin. lata. Petioli 6-8 lin. canaliculati, glabri. Corymbi terminales, ramis divaricatis, ramulisque subpubescentibus, dichotomis. Bracteae lanceolatae, acuminatae, ciliatae. Flores alares et terminales, solitarii, sessiles paulo majores quam in V. *clematitide*. Cor. infundibuliformi-campanulata, basi gibba, alba, externe pilosa, tubo nullo, laciniis suborbiculatis, obtusis, aequalibus. Stylus exsertus. Stigma trifidum; laciniis revolutis. *Kunth l. c.* *In alsis juxta villam La Erre* et *pagum Sebondoi Nov. Granat.* ♄.

n. 40 k. V. *laurifolia Humb.* et *Bonpl.*; fruticosa; ramis teretibus, glabris, junioribus tetragonis; foliis ovato-oblongis, acuminatis, integerrimis, subcoriaceis, glaberrimis, nitidis; paniculis ramosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 328.

Simillima *crassifoliae*, foliis praecipue diversa. Folia basi acuta, 1 1/2-2 poll. Petioli 1/2 poll., canaliculati, glabri. Paniculae terminales, ramis oppositis, dichotomis, ramulisque pubescentibus. Bracteae lanceolato-lineares, pubescentes. Flores monoici. *Mutis.* Specimen unicum in herbario a *Bonpland* in Americam translato: florum structura igitur denuo examinanda. *Kunth* l. c. *In alpinis Nov. Granatens. Mutis.* ♄.

Pag. 359. n. 43. VALERIANAE *pilosae* subjungantur:

n. 43 a. V. *longifolia Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, tereti, (tenuissime) pilosiusculo; foliis integerrimis, coriaceis, glabris: radicalibus lineari-lanceolatis, petiolatis; caulinis linearibus, sessilibus; paniculâ ramosâ; corollis 5-fidis; staminibus exsertis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 330.

α. caule pedali; foliis radicalibus tripollicaribus.

β. caule 3 ped.; foliis radicalibus pedalibus.

Caulis erectus, sulcato-striatus. Folia radicalia in petiolum glabrum decurrentia, obtusiuscula, trinervia; caulina basi subconnata et pilosiuscula, obtusiuscula, glabra, in *α* pollicaria, in *β* 5-6 poll. Panicula ramis dichotomis, pilosiusculis, capitato-conglomeratis. Bracteae oppositae, lineares, obtusae, glabrae, ciliatae. Flores in ramulis alares et terminales, solitarii, sessiles, magnitudine FEDIAE *dentatae*. Cor. infundibuliformis, gibba, alba, glabra, tubo brevi, laciniis ovatis, ob-

tusis, aequalibus. Filamenta basi dilatata. Stylus subexsertus. Stigma clavatum? Proxima *V. pilosae.* β. *V. plantagineae* valde similis: an species distincta? *Kunth* l. c. *Prope S. Fe de Bogota, alibique in alpestribus Nov. Granat.* 4.

n. 43b. *V. plantaginea Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, erecto, tetragono, sulcato, glabro, nodis pilosis; foliis integerrimis, coriaceis, glabris: radicalibus oblongo-spathulatis, petiolatis; caulinis lanceolatis, sessilibus, basi connatis; paniculis ramosis; corollis 5-fidis; staminibus exsertis; akeniis glabris. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 329.

Rad. fusiformis. Caulis 4-6 ped., crassitie pollicis. Folia radicalia pedalia, petiolo lato, canaliculato, ciliato, acuta, caulina acuta, denticulata, coriacea, 4-6 poll. Paniculae terminales et axillares ramis oppositis, dichotomis, hirtis; ramulis capitato glomeratis. Bracteae oppositae, glabrae, inferiores lanceolatae, acutae, superiores obovatae, saepius obsolete tridentatae. Flores sessiles. Cor. alba ut antherae. Sem. oblonga, compressa, hinc convexa, unicostata, inde angulata, fuscescentia, 2/3 lin. Pappus radiis capillaceis plumosis, paucis, fructu longioribus. In axillis foliorum materia glutinosa. *In Andibus Quitensium in alta planitie Antisanae et in declivitate occidentali Pichinchae.* 4.

n. 43c. *V. procera Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, sulcato, glabro; foliis caulinis sessilibus, ovatis, cordatis, valde acuminatis, argute dentatis, rigidis, glabris; paniculis ramosissimis; akenis villoso pilosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 329.

Caulis crassitie digiti minoris. Folia radicalia?, caulina amplexicaulia, apicem versus integerrima, 1/2 ped. Paniculae terminales et axillares pedunculatae, ramis oppositis, dichotomis, glabris, nodis pilosis. Bracteae oppositae, lanceolatae, acuminatae, uninerves, glabriusculae. Flores alares et terminales, solitarii; sessiles. Corolla? Sem. ovato-elliptica, compressa, hinc 1-inde 3-costata, lineae. Pappus 11-12-radiatus, radiis plumosis, semen duplo superantibus. *Kunth* l. c. *In r. mexicano prope Pazcuaro.* ♄.

n. 43d. *V. urticifolia Humb.* et *Bonpl.*; caule herbaceo, erecto, teretti, hirto; foliis subrotundo-ovatis, subcordatis, acutis, dentatis aut sinuato-dentatis, supra pilosiusculis: inferioribus petiolatis, superioribus sessilibus; paniculâ ramosâ; corollis 5-fidis; staminibus exsertis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 330.

Habitus VERONICAE *urticifoliae.* Rad. tuberosa, globosa, simplex. Caulis pedalis. Folia membranacea, subtus glabriuscula, 9-12 lin. longa et lata. Petioli 1/2 poll., pilosiusculi. Panicula ramis dichotomis pubescentibus. Bracteae oppositae, lanceolato-subulatae, ciliatae. Flores alares et terminales, solitarii, sessiles magnitudine *longifoliae.* Cor. infundibuli-

formis, basi gibba, alba, glabra, tubo longo; laciniis oblongis, obtusis, margine undulatis, aequalibus. Stylus exsertus. Stigma 2-3 fidum. *Kunth* l. c. *In frigidis Nov. Granat prope Almaguer et convallem Guaytarensem, et prope Loxam Peruviae.* 2. An haec fors V. *veronicaefolia Herb. Willd.*

Pag. 360. n. 46. VALERIANAE *rigidae* addatur synonymon:

V. acaulis; foliis stellato-congestis, linearibus, pungentibus, integerrimis, coriaceis, glabris; corymbis confertis, capituliformibus; corollis trifidis; staminibus exsertis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* III. *p.* 324.

Cespitosa. Rad. fusiformis, crassitie digiti. Folia radicalia creberrima, patentia, basi vaginata, acuminato-mucronata, uninervia, nitida, nervo subtus piloso, basin versus ciliata, 3 fere poll., 3 lin. lata. Vaginae membranaceae, subciliatae. Scapi radicales, crebri, pollicares, glabri. Corymbi tripartiti, contracti. Bracteae oppositae, ovato-lanceolatae, pungentes, inferne membranaceae, connatae et ciliatae, corymbum longitudine subaequantes. Flores sessiles magnitudine ASPERULAE *cynanchicae.* Cor. infundibuliformis alba, glabra, tubo longissimo, limbo trifido, laciniis oblongo-ellipticis, obtusis, subaequalibus. Stylus exsertus. Stigma indivisum. Folia in speciminibus ad radicem Chimborazo minora, nervo glabra. *Kunth* l. c. *In regno Quitensi ad radicem Chimborazo et Peruvianorum.* 2.

n. 47. VALERIANA *obovata*; acaulis; radice fusiformi; foliis radiatis, lineari-spathulatis, obtusis, hirsute pilosis. *Nuttall Gen. p.* 21 sub PHYLLACTI *obovata.*

Flores non visi. *In collibus siccis circa pagum Arikaree ad ripas Missouri.*

Obs. In *Herb. Willd.* asservari adhuc VALERIANAM *laevigatam Humb.* et *Bonpl.* in *nov. gen.* non descriptam; ASTREPHIAS 7; PHYLLACTES 2.

120. FEDIA. *)

Pag. 360. n. 1. FEDIAE *Cornucopiae* addatur synonymon: *Hot. Reg. t.* 155. FEDIA *incrassata Mönch.* (fide *Steudel.*)

n. 3. FEDIA *echinata.* Addatur synonymon:

F. bracteis lanceolatis, glabris, margine scabriusculis; fructu compresso subtriquetro: apice dentibus tribus reflexo-uncinatis. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 34. *Stev. Mem. Soc. mosqu.* V. *p.* 353. *Link Enum. alt.* I. *p.* 36.

Folia in hac plerisque e congeneribus breviora, latiora, etiam inferiora dentata. Caules fistulosi, ramis dichotomiae apicem

*) Cls. *Link* in *Enum. alt.* I, *p.* 65. 66. FEDIAS omnes VALERIANELLAS dicit.

versus valde incrassatis. Capitula densa, minora, bracteisque arctius quam in affinibus obvallata. Fructus glaber, oblongus, compressus: dente apicis unico valido reflexo arcuato, basi altero simili, at multo breviore adstante, et tertio minimo altero, interdum obliterato. *M. a. B.*

Pag. 361. n. 4. FEDIA *olitoria*. Addatur synonymon:
Wahlenb. Fl. ups. p. 14. *Svensk. Bot. t.* 232. F. bracteis oblongis, obtusiusculis, margine ciliato-scabris; fructu compresso-orbiculato, glabriusculo, utrinque bistriato, obscure tridentato. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc.* 3. *p.* 27., et, hoc teste, *Steven Mem. Soc. Nat. Cur. mosqu.* V. *p.* 343. *n.* 1. FED. *striata Stev.* ibid. II. *p.* 173. *n.* 5. VALERIANA *Locusta Engl. Bot. t.* 811. Excludatur in *Syn. nostr. Decand. Fl. franc.* 3330 praeter α.

n. 4 a. FEDIA *costata Stev.*; bracteis oblongis, obtusiusculis, margine glabris; fructu subrotundo, compressiusculo, obtusissimo, glabro, utrinque profunde bisulcato. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 28. *Steven Mem. mosqu.* V. *p.* 344. *n.* 2.

Proxima *olitoriae;* differt staturâ quidquam minore; bracteis glaberrimis; corollâ minore; fructu fere duplo minore, minus compresso, formâ fere melonis costati. *Stev.* Fructus sub lente asperiusculus. *M. a Bieb. l. c.* *In vineis vallis Sudac Tauriae, meridionalis.* ☉.

4 b. FEDIA *turgida Stev.*; bracteis oblongis, obtusiusculis, ciliatis; fructu hemisphaerico, convexo, concavo, submutico, glabro. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 28. *Stev. Mem. mosqu.* V. *p.* 345. *n.* 3. FEDIA *olitoria Lam.* et *Decand. Fl. fr.* 3330 (sub VALERIANELLA.) *Cat. Hort. Gorenk.* 1812. *p.* 43.

Facies *olitoriae.* Dignoscitur caule angulis magis exasperato; foliis superioribus basi latioribus, saepius dentatis; bracteis evidentius ciliatis et praesertim formâ fructus. In hac loculi steriles magis quam in congeneribus turgent, unde fructus tricoccus apparet. *M. a Bieb.* *Passim per Tauriam atque Caucasum.*

Pag. 361. n. 5. FEDIA *carinata*. Addatur synonymon:
F. bracteis oblongis, obtusiusculis, margine denticulato-scabris; fructu oblongo, curvulo, obtuso, submutico, glabro. *M. a Bieb. Suppl taur. canc. p.* 29. F. fructu subcylindrico, hinc concavo, latere utrinque sulco longitudinaliter exarato: apice denticulo obsoleto. *Stev. Mem. mosqu.* V. *p.* 346. *n.* 5.

Dignoscitur glabritie omnium partium, praeter bractearum marginem cartilagineo-denticulatum, foliis omnibus integerrimis,

fructu (abortientibus loculis) veluti naviculari, apice angulo inprimis uno protuberante quidquam inaequali et obtuse subdeatato. *M. a Bieb.* *Ad flaviam Terek.* ⊙.

Obs. Huc fors FEDIA *quadrangularis*, species indescripta ex Pannonia, affinis *olitoriae*, sed pilis sparsis solitariis in caule et ad marginem foliorum, capsulâ oblongâ tetragono-prismaticâ. *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 67. Clo *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 410 F. *carinata* fors tantum *olitoriae* varietas videtur.

Pag. 361. n. 6. FEDIA *dentata.* Addatur synonymon:

F. bracteis subulatis, glabriusculis, cartilagineo-serrulatis; fructu glabro, ovato, apice oblique urceolato: dentibus urceoli 1-5 inaequalibus, rectis. *M. a Bieberst. Fl. taur. cauc. Suppl. p.* 31. *Steven Mem. mosqu.* V. *p.* 347. VALERIANELLA *campanulata Bernard Bivon. Stirp. rar. sicul. manip.* 4. *n.* 45 fide *Sprengel.*

β. fructu setulis brevibus patentibus hispido. *Koch* et *Zitz Catal. p.* 47.

Praeter fructum *dasycarpae* ita similis, ut aegre dignoscatur. Fructus evidenter costatus, costâ hinc unicâ, illinc quinque. *M. a Bieb. l. c.* β discrepat a VALERIANELLA *eriocarpa Lois.*, hac notâ affini, figurâ fructus et magnitudine coronae; fructus in β ovati, superne in coronam fructu ipso triplo angustiorem sensim attenuati, cum in *eriocarpa* fructus superne parum tantum attenuantur in coronam abeuntes longitudine et latitudine fructum fere aequantem. Koch et *Zitz.*

Pag. 362. n. 7. FEDIA *discoidea.* Addatur synonymon:

Link Enum. alt. I. *p.* 64.

Folia summa pinnatifida: calyx nervosus, 12-dentatus, dentibus apice uncinatis, capsulâ hirsutâ. *Link* l. c.

Pag. 362. n. 9. FEDIAE *hamatae* addatur:

Obs. Specimina omnia FEDIAE *coronatae Willd. Enum.* gaudere dentibus apice hamatis; an ergo huc? Se *coronatam* dentibus rectis non vidisse *Link Jahrb.* 1. 3. *p.* 67. Etiam cls. *Poiret* hanc tantum *coronatae* varietatem esse monet *Enc. Suppl.* V. *p.* 410.

Pag. 362. n. 10. FEDIA *coronata.* Addatur synonymon:

F. bracteis lanceolatis, pubescentibus, ciliatis; fructu villoso, subtetragono, apice urceolato: urceoli dentibus subsenis, patulis, basi membranaceis, apice uncinatis. *M. a Bieberst. Suppl. taur. cauc. p.* 32. *Fl. taur. cauc. n.* 71. *Steven Mem. mosqu.* V. *p.* 350. β. calycibus hirsutissimis. *Lapeyr. Abr. pl. Pyr. Suppl.* 8.

Habitus et inflorescentia conferta F. *olitoriae* et affinium nec proxime praecedentium. Folia saepius dentata. Urceoli fructum coronantis dentibus sex principalibus interponuntur quandoque alii minores, pariter uncinulati. *Moris. hist.* 3. *sect.* 7. t. 16. f. 19. vulgo ad *discoideam* citatam apprime respondere, nec differe specimina *discoidea* gallica, quo dubia cli

Steven de speciei discrimine mota graviora fiunt. *M. a. B.*
β. Circa St. Caeciliae de Prats di Mollo.

Pag. 363. n. 12. FEDIA *radiata.* Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 63.

Folia in culta integerrima, basi ciliata. Bracteae ciliatae, scabrae. Caps. oblonga, subtetragona, nudiuscula. Cor. rubella. *In apricis a Pensylvania ad Carolinam.* ☉.

Pag. 364. n. 16. FEDIA *eriocarpa.* Addatur synonymon:
F. bracteis subulatis, glabriusculis, cartilagineo-serrulatis; fructu hispido, ovato: urceolo apicis dimidiato, ciliato, inaequaliter acute subdenticulato. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 32. *Steven Mem. mosqu.* V. *p.* 349. *n.* 8. *Link Enum. alt.* I. *p.* 63. VALERIANELLA *rugulosa Cat. H. Gorenk.* 1812. *Besser Cat. crem.* 1816 (fide *M. a Bieb.* ex autopsia.) FEDIA *rugulosa Sprng. pug.* 2. 2. FEDIA *muricata Stev.* olim, et sub hoc nomine divo *Römer* communicata ab exc. *M. a Bieb.*

Dentatâ et *dasycarpâ* robustior, rigidior, ob ramos dichotomiae minus elongatos, evidenter angulatos, et apice, fere ut in *echinata*, incrassatos. Setulae rigidae ad angulos caulis et ramorum reliquis magis exasperatae. Fructus subglobosoovati, leviter costati, pilis albis adpressis hirti, urceolo obliquo, majusculo, denticulis parvis inaequalibus acutis, quandoque simpliciter apiculato, integerrimo. *M. a Bieb.* Calyx oblique truncatus, 6-dentatus. Caps. angulis hirta. *Link* l. c. F. *eriocarpam* varietatem esse mixtae *Poiret Enc. meth. Suppl.* V. p. 410.

Pag. 365. n. 17. FEDIA *rugulosa.* Deleatur, utpote eadem cum *eriocarpa.*

Obs. FEDIAM *rugulosam*, fructu 7-dentato subtomentoso, caule scabro *Hornem. H. B. Hafn.* II. *p.* 950, ipse auctor *dentatae* nimis affinem dicit.

Pag. 365. n. 20. FEDIA *uncinata.* Addatur synonymon:
F. bracteis subulatis, glabris, margine scabris; fructu oblongo, subpubescente: margine apicis angusto, dentibus subsenis, elongatis, reflexis, uncinatis. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 33. VALERIANA *pubescens Germann Cat. H. Dorp.* 1807. *Hoppe bot. Zeit.* 1805. *n.* 23. *p.* 359.

Fructus subprismaticus, pube exili in spontaneis, cultis glaber. Dentes fructus, elongati licet, nunquam longitudine fructus. *M. a. B.* *Ad fluvium Terek etiam Steven.*

Pag. 365. n. 21. FEDIA *dasycarpa;* bracteis subulatis, glabriusculis, cartilagineo-serrulatis; fructu pubescente, ovato-conico; denticulo apicis unico porrecto, quatuor obliteratis, acutis. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 31.

Stev. Mem. mosqu. V. *p.* 348. FEDIA *Morisonii Spreng. pugill.* I. *p.* 4. *n.* 6. *Wallroth Fl. halens. Suppl.* 3. *n.* 7. (uterque fide *M. a Bieberst.*, cui huc quoque:) F. *dentata Fl. taur. canc. n.* 70 (exclusis synonymis praeter *Morison S.* 7. *t.* 16. *f.* 35.)

Habitus gracilis ob ramos dichotomiae longiores, sursum vix incrassatos. Folia etiam superiora saepius integerrima, attamen quandoque supra basin dente uno alterove. Fructus costis obliteratis, ut pene teres; dente apicis minimo, cui tamen opponuntur quatuor alii fere microscopici. F. *mixta Vahlii*, quoad fructum similis, foliis imis bipinnatifidis manifeste discrepat. *M. a B.* l. c. *Frequens in Tauria et Iberia; etiam in Podolia Besser, qui* FEDIAM *conicam Lois. huc trahit.*

Pag. 366. n. 22. FEDIA *exscapa.* Addatur synonymon:

F. acaulis; glaberrima; fructibus radicalibus sessilibus, obovatis, costatis; apice protruso subquinquedentato. *Steven Mem. mosqu.* V. *p.* 354. *n.* 13. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 35. VALERIANELLA *exscapa Stev. Mem. mosqu.* 3. *p.* 251.

Pusilla. Folia omnia radicalia, lineari-spathulata, glabra, glaucescentia, basi vaginantia flores radicales glomeratos. Fructus oblongus, sursum paulo crassior, mox in collum brevissimum coarctatus, leviter sulcatus, coronatus dentibus sex oblongis, crassis, rectis, ipso multo brevioribus, alternis minoribus, bilocularis: loculo utroque fertili. *M. a Bieb.*

n.° 23. FEDIA *muricata.* Deleatur: est enim *eriocarpa.*

Pag. 366. n. 24. FEDIA *tridentata.* Addatur synonymon:

F. bracteis lanceolatis, pubescentibus, ciliatis; fructu subhemisphaerico, glabro, hinc excavato-umbilicato, apice retuso; dentibus tribus brevibus, inaequalibus. (tertio majore.) *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 29. *Stev. Mem. mosqu.* V. *p.* 346. *n.* 4. *et* 2. *p.* 178. *t.* 11. *f.* 7. (fructus justo angustior.) *Link Enum. alt.* I. *p.* 63. (Excludatur *β lasiocarpa.*)

Folia angustiora quam in *turgida* et *carinata*, nunc omnia integerrima, nunc inferiora obiter dentata, summa integerrima aut basi pinnatifida. Bracteae late albo-marginatae. Fructus *turgidae* similis. *M. a Bieb. In Tauria ad Terek et Derbentum.* ⊙.

n. 25. FEDIA *striata.* Deleatur: est enim *olitoria.*

25 a. FEDIA *lasiocarpa Stev.*; bracteis lanceolatis, pubescentibus, ciliatis; fructu ovato, villoso, hinc umbilicato, apice marginato, inaequaliter anbtridentato. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 30. *Stev. Mem. mosqu.* V. *p.* 349. F. *tridentata β lasiocarpa S. V. ed. n. p.* 366.

Praeter fructum ita refert F. *tridentatam*, ut aegre dignoscatur.

Fructus dense albo-pilosus, obtusus, margine apicis in urceolum brevem dilatato, reticulato, dente tertio longiore, quarto interdum accedente. *M. a B. l. c.* *Rarius in orientali Caucaso et Tauria.* ☉.

Pag. 366. post n. 121. AXIAM inseratur:

121 a. SONERILA.

1. S. *maculata Roxb.*; foliis oppositis, inaequaliter (late) cordatis, setoso-maculatis, serrulatis, ciliatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* 1. *p.* 180. Soneri ila *Rheed. Mal.* IX. *p.* 127. *t.* 65.

6-12 poll. Rad. fibrosa. Caules aliquot pollicum, aetate reclinati. Rami oppositi, caule longiores, inferiores declinati, radicantes, omnes teretes, setosi. Folia longe petiolata, nervosa, bullata, maculis numerosis, albis, e quorum centro seta subulata, nervis venisque setosis, 2-6 poll., 1-3 lata. Racemi axillares spirales, pedunculo longitudine petiolorum, profunde tincti, pilosi. Flores e convexa racemorum parte, breviter pe icellati, rubri, setosi. Bracteae subulatae, minutae. Cal. triangularis, tubulosus, persistens. Petala lanceolata, utrinque attenuata, cum calycis laciniis alternantia, intus glabra, extus setis aliquot tenuibus, longitudine filamentorum. Nectarium squamae 3 laciniatae circa basin styli. Antherae sagittatae, 1/3 longitudinis filamenti. Germen clavatum, trigonum, seminibus ut in OSBECKIA *chinensi Gaertn.* 2. t. 126. affixis. Stylus longitudine staminum, stigmate simplici. Capsula triangularis, clavata, erecta, 1/2 poll., apice dehiscens. Semina minutissima. *Roxb. l. c.* *In montibus ad fines Bengaliae Earum versus; in Nepala.* Oleracea.

2. S. *emaculata Roxb.*; foliis oppositis, inaequaliter anguste cordatis, acutis, setosis, concoloribus, serrulatis, ciliatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* 1. *p.* 181. n. 2.

Characteribus datis, staturâ minore, pedunculis longioribus subinde medio bracteatis distincta a *macalata.* *Roxb. l. c.* *In montibus Khassie ad fines Bengaliae Earum versus.*

3. S. *angustifolia Roxb.*; foliis oppositis, inaequaliter oblongo-lanceolatis, utrinque attenuatis, serrulatis, pilosis. *Roxb Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* 1. *p.* 182. *n.* 3.

In montibus ad fines Bengaliae Earum versus.

4. S. *moluccana Roxb.*; subcaulescens; foliis per paria dispositis, integerrimis, pilosis: altero minuto, subrotundo; altero inaequaliter cordato; racemis umbellatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 182. *n.* 4.

In Moluccis.

5. S. *squarrosa Wall.*; caulibus brevibus, teretibus, aculeolis numerosis, stipuliformibus, innocuis, foliisque

subsessilibus confertis, subverticillatis, cuneato-lanceolatis, serrulatis, glabris, deciduis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 182.

4-6 poll. Rad. fibrosa. Caulis cinereus, crassitie pennae corvi, erectus, tuberculis magnis elevatis, quibus folia affixa, et aculeoli minimi, subulati, axillares, suberecti, 2 lin., maculis interspersi. Rami aliquot, simplices. Folia obscure viridia, subinde in fuscum vergentia, in apice plantae conferta, patentia, subcarnosa, subpunctata, evenia, vix ultra 1/2 poll., acuta, serraturis appressis, setosis, purpurascentibus, basin versus integerrimis et attenuatis in petiolum brevissimum planum cum tuberculo articulatum. Stipulae aculei 2 axillares, oppositi. Racemus terminalis axillarisve in pedunculo filiformi, foliis 2-3-plo longiore. Flores unilaterales in pedicellis brevibus, ratione plantae sat magni, rosei. Cal. quidquam coloratus, angulis pubescentibus, laciniis subcarinatis. Petala ovata, acuta, basi contracta. Filamenta nuda. Antherae rostratae, subulatae, basi cordatae. *Wall. l. c. In pinetis montium Khassee, Silhet.* D. *Smith.* 2.

n. 122. TRIPTERELLA.

Pag. 366. n. 1. TRIPTERELLA *capitata.* Addatur synonymon et diagnosis:

T. caule setaceo; foliis remotis, amplexicaulibus, subulatis; cymis bifidis, floribus confertis, subcapitatis; bracteâ sub singulo flore lanceolatâ, acutâ; angulis calycis non marginatis. *Nuttall Gen. p.* 21.

Segmenta tubi flavicantia, reliqua floris alba. *Natt.*

2. TRIPTERELLA *caerulea Mühlenb.*; caule setaceo; foliis parvis, subulatis; spicâ cymâve bifidâ floribusve subinde geminis, solitariisque; marginibus capsulae subalatis subcuneatis, apice truncatis. *Nutt. Gen. p.* 22. *Mühlenb. Catalog. Elliot's Sketch of the Bot. of South Carol. et Georg. p.* 43. BURMANNIA *biflora*, flore gemino. *Linn. Spec. p.* 411. *Willd. Spec.* II. *p.* 16. *Mill. dict. n.* 2. *Gronov. virg.* 36.

Flores caerulei. *Rara in stagnis arenosis a Florida ad Virginiam.*

Obs. Genus vix a BURMANNIA distinctum; videtur tamen differre defecta staminum 3 et capsulâ infera. *Nuttall l. c.*

123. CROCUS.

Pag. 367. n. 1. CROCO *verno* addatur synonymon:

CR. laciniis corollae obtusis, emarginatis; fauce barbatâ; stylo tubo longiore; stigmatibus inclusis, patentibus, cucullato-involutis; staminibus longioribus. *Hayne getr. Darst.* V. *n.* 26. CR. *vernus.*

α. *communis*; laciniis erectis, conniventibus, ovato-lan-

ceolatis. *Sims bot. Mag. n.* 2240. Cr. *vernus Engl. Bot.* 344. *Redout. Liliac.* 266.

β. neapolitanus; laciniis ovatis; stigmatibus antheras superantibus. *Sims l. c. Bot. Mag.* 660. Cr. *vernus neapolitanus* s. *caeruleus major Parkins. Parad. p.* 164. *n.* 5. *tb. p.* 163. *f.* b. Cr. *vern. latifol fl. purp. Ger. Emac.* 156. Cr. *vern. latifol. fl. majore Clus. Hist.* 204.

γ. obovatus; laciniis obovatis, obtusissimis, crenulatis; antheris stigmata superantibus. *Sims bot. Mag.* 2240. Cr. *obovatus*; piliger; laciniis rotundato-obovatis, inflato-incurvis, lateribus alto-imbricatis; stigmatibus latissimis. *Haw. in Trans. Hort. Soc.* I. *p.* 133. (qui varietatem albam, variegatam, purpuream et obscure purpuream enumerat.) Cls. *Link Enum. alt.* I. *p.* 48 (quo rectius distinguatur a sequente *striato*) notat: spatham unicam, pistillum antheris longius, stigmata tubulosa, lacinulata; corollam violaceam maculis albis, aut albam maculis violaceis, aut albam tubo tantum violascente.

In *β* tunicae externae bulbi radicalis fibrillosae ut in specie. Stamina et stigmata aequilonga, at limbo corollae dimidio breviora. Variat etiam flore albo. *Bertolon. in litt.* *β In Apratia.*

Obs. Cll. *Sebastiani* et *Mauri H. Rom. prodr. p.* 16 duas notant varietates floribus lilacinis: *α*, scapo solitario; *β*, scapo gemino; *α*, 3-4 poll.; folia ut plurimum scapo solitario breviora. vix lin. lata; corollae tubus pallens spathâ valde longior; limbus segmentis lato-lanceolatis, basi obsolete lineis subfuscis, superius evanidis; stylus staminibus brevior, apice tantum trifidus, laciniis cuneatis, margine involutis, croceis. *β* subinde major, folia scapo, subinde etiam triplici, subbreviora, lineam et ultra lata, carinâ lato-complanata, margine evidentius revoluto; corollae tubus pallens spathâ longior; limbus segmentis lato-lanceolatis, obtusis; stylus staminibus parum longior, breviter trifidus, laciniis antherarum fere longitudine, margine subinvolutis, infernè filiformibus, croceis.

1 a. Crocus *pusillus Tenor.*; stigmate incluso, trifido, staminibus sublongiore: laciniis filiformi-cucullatis, crispo-ciliolatis; foliis lineari-setaceis; tunicis radicalibus membranaceis. *Tenor. Cat. H. Neap.* 1813. *p.* 31. Cr. *vernus, var. pusillus Id. Fl. Neap. prodr. p.* VII. Cr. *vernus* minor, scapo solitario; corollâ albidâ, segmentis 3 exterioribus luteolis, trilistatis *γ Sebast.* et *Mauri Prodr. Fl. Rom. p.* 16. (fide spec.) Cr. *sativus var. minor. Sav. Fl. pis.* I. *p.* 30 in descript. Cr. verni varietas elegantior prima Jungermann. apud *Clus. Hist.* 2. *p.* 204 (ex descript. et autopsia loci.) Cr. vern. purpur. striis virgato flore *J. Bauh. Hist.* 2. 19. *p.* 643 (ex descr. et bulbis.)

„Tunicae externae bulbi radicalis membranaceae, continuae nec reticulato-cancellatae. Folia lineari-setacea, angustissima, synantha, flore plus minus longiora, strictiuscula, margine revoluta, nervoque albicante subtus dirempta. Floris tubus nunc brevis, nunc longissimus. Limbus 6-fidus, laciniis oblongis, angustis, obtusiusculis, exterioribus 3 pallidissime violaceis et fere albidis, striis longitudinalibns 3 saturate purpureis, la iniis interioribus totis pallidissime violaceis. Stamina pistillo paullulum breviora. Antherae lineares, longae, flavae. Stigma trifidum, segmentis filiformi-cucullatis, apice paullulum dilatatis et crispo ciliolatis, longitudine subinaequalibus, croceis. Distinctus. a Cr. *minimo Redout.* *Frequens in Italia, vix ineunte vere.* 2.“ *Bertolone in litt.*

Obs. Quis, nisi *fide specimini* huc duceretur a clo *Bertolone* Crocus *vernus* γ *Seb.* et *Maur.* (qui etiam Cr. *vernum* γ. *Lil. n.* 81. laudant), hunc Cr. *vernum* γ. hujus loci crederet? Describitur enim a cell. *Seb.* et *Mauri* sequentibus: „Flos 1-1 ½ poll., rarius ultra. Folia quam in α et β „(*verni*)“ dimidio etiam angustiora, et subtus anguste carinata, flore sublongiora. Corollae tubus albidus, saepe fusco-lineatus, spathâ parum longior; limbus segmentis lanceolatis, 3 interioribus albis, basi tantum lineatis, exterioribus luteolis triplici lineâ atrofuscâ a basi ad apicem insignitis. Stylus staminibus etiam sesquilongior, profunde trifidus, laciniis antherarum fere longitudine, margine subinvolutis, inferne filiformibus, croceis.“ Huc nobis videtur spectare Crocus *striatus;* foliis flore longioribus, spathis binis, intimâ augustiore, corollae limbo infundibuliformi, pistillo antheris subaequali, stigmatibus planiusculis, lacinulatis; *Link Enum. alt.* I. *p.* 49., cum ipse cls auctor eundem affinem dicat *verno*, at minorem, et tam parum differre a *minimo Redout.*, ut suus fortasse ejusdem varietas hortensis, corollâ majore, laciniis longioribus, acutioribus. Anne huc Cr. *lineatus Jan?*

Pag. 367. n. 2. Crocus *versicolor.* Adde descriptionem:

Bulbo-tubera indusiis scarioso-membranaceis, nervis tenuissimis rectilinee et confertim striatis. Folia in fasciculos subbinos sexfolios collecta. Spatha bivalvis faux corollae filamentaque nuda. Stigmata plurimum inaequalia, lobulis linearibus absque fimbria. (Corollae tubus albidus, purpurascenti-striatus; laciniae albae, extus fasciis longitudinalibus plumoso-atro-violaceis, intus lineis ramosis violaceo-purpurascentibus, oblongo-ovatae, obtusae, patentissimae. Filamenta flava antheris luteis. Stigmata aurantiaca. Diameter corollae 2 poll. Differt a C. *marsiaco* filamentis nudis, non adeo approximatis, antheris minus divaricatis, stigmatibus longioribus nec complanatis, nec cristatis vel fimbriatis; a *verno* spathâ bivalvi, ore tubi non glanduloso-pubescente. Odoratissima species: Violam spirans. *Gawl.* *In Gallia meridionali.* 4.

Pag. 367. n. 5. Crocus *biflorus.* Addatur synonymon:

Cr. bulbo squamis mucronatis, nitidis tunicato; foliis flores stipantibus; spathâ diphyllâ; corollae fauce nudâ; staminibus stigmata truncata subaequantibus. *Marsch. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 37. Cr. styli lobis trunca-

tis; combi tunicis enervibus, rigidis etc. *Goldb. diss. n.* 3. *Link Enum. alt.* I. *p.* 49. Cr. *vernus M. a Bieb. Fl. taur. cauc. n.* 75. (exclus. syn. praeter *Tournef.* et *Pallas*, suâ ipsâ auctoritate in *Suppl.*, quâ quoque). Cr. *vernus* β. *bicolor Adami Hoffm. hort. mosqu.* 1808.

„Cr. *vernus* alpium Europae occidentalis differt a *bifloro:* bulbo reticulato fibroso, foliis ratione floris vulgo brevioribus, spathâ monophyllâ, corollae tubo minus elongato, fauce glandulosâ, stigmatibus majoribus.“ *Goldb. l. c.* Spathas aequales, corollae limbum campanulatum, stigmata tubuloso-lacinulata notat *Link* l. c.

n. 6. Crocus *susianus.* Addatur synonymon:

Cr. laciniis corollae acutiusculis, integris; fauce glabrâ; stylo tubo longiore; stigmatibus inclusis, recurvato-patentibus, tubuloso-involutis, sursum incrassatis, stamina excedentibus. *Hayne getr. Darst. off. Gew.* VI. *n.* 28. (et hoc teste: Croc. *praecox H. Berol.*) Cr. *susianus Link Enum. alt.* I. *p.* 49.

Cor. laciniae exteriores infra lituris 3 violaceis. *Link.*

Pag. 368. n. 7. Cr. *sulphureus* G. Addatur synonymon:

Cr. bulbo-tuberis indusio exteriore scarioso-membranaceo tenui, nervulis dense rectilineo-striatulo; fasciculis subexfoliis; corollae limbo aequabiliter radiato, patente (antheris incultis saepius pallidis atque vacuis); stigmatibus clavato-cucullatis ore eroso lacinulatis, inaequalibus, pallidis, stamina longe superantibus *Gawl. bot. Mag. t.* 1384. Synonymis adde: sub α. *Raii hist. p.* 1174. *n.* 8. et dele in *Parkins.* 166. *n.* 23. sub β. Cr. vern. latifol. flavo flore minore et pallidiore. *Bauh. Pin.* 66. *Tournef. Inst.* 352. Narrow-leaved Spring Crocus with smaller Brimstone coloured flowers *Mill. Dict. ed.* 7. β. *Link Enum alt.* I. *p.* 49. Differt a *luteo* praeter characteres datos magnitudine bulbo-tuberum; a *susiano* laciniis corollae exterioribus non revoluto-patentibus; a *bifloro* tunicis tenuissime striatis, nec imbricatis et subputamineis, atque colore. *Gawl. l. c.* 938. In β. antheras minutas notat cls. *Link.* α Specimen spontaneum ex agro haleppensi lectum a D. *Russel* in *Herb. Banks.*

n. 8. Crocus *luteus.* Addatur synonymon:

Croc. *maesiacus*, laciniis corollae obtusis, integris; fauce glabrâ; stylo tubo vix longiore; stigmatibus inclusis erecto-patentibus cucullato-involutis, staminibus brevioribus. *Hayne getr. Darst. offic. Gewaechs.* VI. *n.* 27.

Pag. 368. n. 9. Crocus *reticulatus.* Addatur synonymon:

Cr. foliis florem stipantibus; styli lobis truncatis; combo

fibris rigidis reticulato; spathâ diphyllâ; corollae laciniis erectis. *Goldb. diss. n. 4. Marsch. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 37. et, hoc teste, jungatur τῳ α: Cr. an *sativi* varietas. *Vahl Enum.* 2. *p.* 46. Cr. *luteus Marsch. casp. p.* 82. τῳ β. Cr. *reticulatus Link Enum. alt.* I. *p.* 49.

Differt a proximo et nimis affini *susiano:* bulbi rete crassiore, densiore; fibris sub angulo acuto, nec recto intricatis; flore majore; corollae tubo longiore spathas supereminente; laciniis limbi omnibus rectis, nec exterioribus reflexis vel revolutis; stigmatibus majoribus. *Goldb. l c.*

Obs. Cum cls. *Link* petat: corollam albam, laciniis 3 exterioribus subtus lituris 3 violaceis „in suo, nonnisi β hic esse poterit." Folia aequalia, spathae binae aequales, corollae limbus infundibuliformis, pistillum antheris subaequale, stigmata tubuloso-lacera, tunica bulbi reticulata, apud *Link* l. c. conveniunt.

9a. Crocus *variegatus Hoppe* et *Hornschuch*; stigmate incluso, trifido, staminibus sublongiore, laciniis cucullatis, fissis; foliis lineari-setaceis; tunicis radicalibus reticulato-cancellatis. — *Hoppe* et *Hornsch. Reis. nach d. adriat. Meere* c. icone: Cr. *reticulatus* β *M. a Bieberst.* (in S. V. ed. nostr. n. 9.) fide specim. *Link Jahrb.* 2. *H.* 1. 163.

Tunicae externae bulbi radicalis reticulato-cancellatae. Folia ut in *pusillo*, sed saepe flore breviora. Flos ejusdem coloris, ac in illo, sed laciniae angustiores, acutiores, exteriores tres pictae venis longitudinalibus 5 saturate purpureis, ad latera magis ramulosis. Stigmata crassiora, apice fissa, nec simpliciter ciliolata. *Bertolon in litt. Reticalati a* tubus multo longior, corolla vero minor et flava. Pistillum in a multo brevius. Vaginae tenuiores et magis acuminatae. *Link* l. c. *Prope Montefalconem ad Adriam.* 4.

Pag. 369. n. 10. Crocus *sativus.* Addatur synonymon:

Cr. bulbi tunicâ filamentosâ; foliis flore tardioribus, erectis; spathâ diphyllâ, corollae tubo limbo longiore; stigmatibus truncatis, corollâ paullo brevioribus. *M. a Bieb. Suppl. p.* 36. *Trattinn. Fl. austr.* I. *p.* 99. *t.* 68 et bis. *Hayne getr. Darst. off. Gew.* VI. *t.* 25.

Pag. 369. n. 11. Crocus *autumnalis.* Addatur synonymon:

Crocus *Pallasii*; bulbi tunicâ filamentosâ; foliis flore tardioribus, laxis; spathâ diphyllâ; corollae tubo limbo longiore; staminibus stigmata truncata subaequantibus. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 35. Cr. corollae fauce villis clausâ, styli lobis corollâ brevioribus, erectis. *Goldb. diss. de Croco. n.* 13. *Link Enum. alt.* I. *p.* 49.

In Cr. *autumnali Fl. taur. cauc.* synonyma antiquiorum esse excludenda monet exc. M. a. *Bieb.* Folia adultiora flaccide

quaquaversum diffusa, quae in Cr. *sativo* firma, recta, in utroque manifeste revoluta: costâ mediâ crassâ albicante. Stigmata stamina vix excedentia, multo minora stigmatibus Cr. *sativi*, quae tamen nec in hoc corollam superant, nequidem aequant; siccata aromatica. *M. a B.*

Pag. 369. n. 12. Crocus *serotinus*. Synonymis addatur:

Cr. bulbo-tuberis membranis lentis, stupaceo-fibrosis, pallide fuscis; fasciculo partiali subquadrifolio, simul cum flore emicante; corollae fauce intus obsoletissime pubescente; stigmatibus angustis, compresse cucullatis, erectis, multipartitis, antheras exsuperantibus, inclusis. *Gawl. Bot. Mag. t.* 1267. et, hoc teste adhuc: Crocus *autumnalis* campestris. Ad specimm. spontann. Herb. *Pallas.* penes D. A. B. *Lambert* cum aliis *byzantini* intermixta. Cr. alpinus autumnalis. Flores modo candicantes, modo purpurascentes instar sativi, sed dilutiores et minores. *Rudb. Elys. t.* 118. *f.* 1. Et, fide *Sprengel N. Entd.* I. *p.* 369: Crocus *odorus*; biflorus; foliis linearibus, canaliculatis, margine revolutis; stigmate trifido, incluso; segmentis apice multifidis. *Bernard. Biv. Stirp. rar. sicul. manip.* 3. *n.* 16. *Goldbach diss. d. Croc. p.* 20. Cr. autumnal. mono- et biflorus. *Capan. panphyt. sicul. t.* 7. Croc. *neapolitanus* bulbo fibris parallelis tunicato; foliis (6) flores superantibus; corollae laciniis obtusis (caerulescentibus, venis saturatioribus) *Hoppe* ex *Herb. Sternb.* in *Bot. Zeit.* 1818. *p.* 588. Et, ut nobis videtur, Cr. *longiflorus*, foliis linearibus, obtusis, supra canaliculatis, margine revolutis, subtus albidis; corollae tubo longissimo folia limbumque excedente; laciniis limbi obtusis; stigmatibus filiformibus longitudine staminum. *Rafinesq. Schmalz Caratteri p.* 84. *t.* 19. *f.* 2. Cr. *sativus Bernard.* H. P. *p.* 46.

Bulbo-tuber in cultis planius, *sativo* duplo minus vaginae radicales e fusco-dilute flavicantes. Cor. pallide violacea. Stigmata laete aurantiaca. *Gawl.* „In Cr. *odoro*“ monente clo *Bertolone* in litt., tunicae radicales externe fibrillosae. Folia hysterantha subinde synantha. Vaginae radicales superiores et spatha acutae. Flos odorus, ut in *sativo*, cui similis, sed distinctus stigmate incluso, laciniis apice multifido-penicillatis, nec exsertis, laciniis apice vix crenatis. Distinguitur illico a Cr. *nudiflori* stigmate profunde tripartito, laciniis simplicibus fere ad apicem, ubi solyuntur in penicillum brevisculum.“ — „Folia paucis post anthesin autumnalem horis apparent bina quaternave; flos ut plurimum solitarius, raro geminus aut ternus. Tubus 4-6 poll., purpureus vel incarnatus, subodorus. *Raffinésq. In Lusitania Clus.*; *in montibus Aetna, Griffone* etc., *Bernard.*; *in Chersoneso Taurica Pall.* 4.

Obs. Crocum *amplatum Savi* a littore caspico *serotino* foliis fo-

liisque esse proximum, sed differre bulbo annulis paucis valde prominulis *Link Jahrb. 3. p. 70.*

Pag. 370. n. 13 A. Croco *nudiflori*, cui addendum synonymon:

Crocus *fimbriatus Lapeyr.*, fide *Steudel*, sejungatur:

13 a. Crocus *speciosus M. a Bieb.*; bulbo squamis mucronatis laevibus tunicato; foliis autumnalibus nullis; staminibus stigmate capillaceo-multifido longioribus. *Marsch. a Bieb. Fl. taur. cauc. p.* 37. *Ejusd. Fl. taur. Suppl. p.* 36. *Cent. pl. rar. ross.* 2. *t.* 71. Cr. foliis sub anthesi nullis; styli lobis multifidis; spathâ diphyllâ; combi tunicis incrassatis, nitidis. *Goldb. diss. n.* 14. Crocus *multifidus Rochel* (fid. spec.) *M. a. Bieb. Suppl. p.* 646.

Folia breviora et paulo latiora quam in Cr. *sativo*, caeterum, ut in hoc, firma atque recta, marginibus revolutis. Corollae tubus limbo multoties longior. Varietas flore dupto fere minor ex Iberia, ulterius investiganda. *M. a. B.* Differre a *nudiflori* staturâ majore, vaginâ radicali, radice annulis multis parum prominulis *Link Jahrb.* 3. *p.* 69.

125. IXIA.

Pag. 373. n. 4. Ixia *rosea*. Addatur:

Obs. In Trichonemate *roseo Gawl. Bot. Mag.* 1225. delendum esse synonymon Ixiae *bulbocoidis de la Roche* monet ipsissimus *Gawler* ad Trichonema *caulescens* (Confer *Obs. nostram* ad Ix. *humilem Syst. Veg. ed. nostr. p.* 377. *n.* 15.) *Thunberg* vero in *Fl. cap. p.* 19. Ixiam hanc *bulbocoidem de la Roche* eandem dicit cum *quadrangula de la Roche*, et neutram distinguit a sua Ixia *Bulbocodio*, ad quam quoque et Ixiam *Bulbocodium Jaquin*, et *chloroleucam Jacqu.* tanquam synonyma ducit, nec tanquam varietates.

Pag. 374. n. 4. Ixia *Bulbocodium*. Restituatur sequentibus:

n. 4. Ixia *Bulbocodium*; scapis unifloris, subgeminatis; foliis filiformi-compressis, sulcatis, flexuosis; spathis corollae tubum longe excedentibus; stylo staminibus longiore; stigmatibus bipartitis. *Sebast.* et *Maur. Prodr. p.* 17. (sub Romulea *Bulbocodio.*) I. *Bulbocodium Linn.* I. *Bulbocodium γ grandiflora Vahl* et *Syst. Veg. ed. nostr.* (cum omnibus synonymis nostris, praeter *Rédouté*, cujus Ixia *Bulbocodium* B. *Redout. Lil. t.* 88. *f.* 1. 2. a cll. *Sebast.* et *Maur.* laudatur, quibus testibus huc adhuc:) Ix. *Bulbocodium* A. *Tenore Fl. neap.* I. Romulea *Maratti diss. de binis rom. plant.* c. ic. (mala). Romulea flore, ex violaceo et luteo variegato: *Hort. Hom. 7. t.* 4 (mala). Sisyrinchium asprensium angusto folio alterum. *Column. Ecphras.* 2. *p.* 5. *t.* 7. *f.* 1. (bona). *β.* I. *Bulbocodium β. media Vahl* et *Syst. Veg. ed. nostr.*

Bulbus obverse pyriformis, solidus, radiculis ex appendice coch-

leariformi oblique bulbo adjecta. Folia lateribus compressa, superius levissime canaliculata, canaliculi marginibus arcte conniventibus, scapo longiora, recurva. Scapi 1-3, subpollicares, erectiusculi, fructiferi recurvati. Spatha bivalvis persistens, valvulis oppositis, lanceolatis, concavis, basi germen involucrantibus, superius corollae adpressis; exterior foliacea rectiuscula; altera membranacea, dorso interdum virens, ultra germen libera, extus flexa. Germen cum continuo scapi apice oblique parum flori subjectum, lineam longum, obscure trigonum. Corolla erecta pollicaris circiter, tubo brevissimo, vix 1/2 lin., limbo 6-partito, campanulato, laciniis aequalibus lanceolatis, marcescens convoluta, colore admodum varia, constanter fundo crocea, apicibus subviolacea, caeterum ab albo ad roseum et rubro-violaceum ludens, et laciniae tres exteriores, ut plurimum, dorso colore saturatiore, etiam rubro spadiceo. Stamina erecta corollâ duplo saltem breviora, filamentis basi hirsutis, antheris sagittato-oblongis. Stylus staminibus sesquilongior, vel ultra; stigmata 3 filiformia profunde bipartita, nec raro omnino 6. *Seb.* et *Maur.* l. c.

Obs. IXIA *Bulbocodium Link Enum.* p. 49. *Engl. Bot.* t. 2549. omnino hujus loci, et IXIA *purpurascens*, scapis unifloris; foliis linearibus, canaliculatis, angulatis, erectis, rigidis, longissimis; corollis purpureis; petalis 3 exterioribus externe viridibus fusco-lineatis, *Tenore Fl. Neap.* t. 3 hujus tantum varietas videtur spontanea. Utrum vero hujus vel sequentis varietas I. *Bulbocodium* β caulescens, scapo nudo multifloro, *Lapeyr. Suppl. Abr. Pyr.* p. 9. in Cancampa dici nequit.

4 a. IXIA *Columnae*; scapo unifloro, subsolitario, subnutante; foliis filiformi-compressis, sulcatis, flexuosis; spathis corollae tubum longe excedentibus; stylo staminibus breviore; stigmatibus apice bifidis. *Sebast.* et *Maur. Prodr. Fl. Rom.* p. 18 (sub ROMULEA *Columnae*). IXIA *Bulbocodium* α *parviflora Vahl* et *Syst. Veg. ed. nostr.* Ix. *Bulbocodium* A *Redouté Lil.* t. 68. f. A. Ix. *Bulbocodium* B *minima Tenore Fl. Neap.* 1. ROMULEA var. 5. *Maratti Diss. de bin. rom. plant.* Sisyrinchium Theophrasti. *Column. Ephras.* I. p. 327. (ic. bon.) *Clas* l. c. a nobis.

Bulbi et folia ut in J. *Bulbocodio*, ejusdem fere magnitudinis. Scapus interdum geminus, brevissimus, parum terrâ elatus, hinc nonnihil flexus, demum recurvatus. Spatha *Bulbocodii*, sed minor. Germen oblique omnino flori subjectum et horizontaliter fere terrae incumbens, magnitudine et formâ *Bulbocodii*. Cor. erecta, vix 3 lin. longa, tubo brevissimo, limbo infundibuliformi 6-partito, laciniis lanceolatis, 3 interioribus exteriores vix aequantibus; marcescens, convoluta, color ex albo-lutescens; laciniae 3 exteriores, ut plurimum, dorso lineis fusco-rubris notatae, interiores albidae. Stamina corollâ triplo saltem breviora, filamentis simplicibus, ad basin oculo etiam nudo pilosis; antheris sagittato-ovatibus. Sty-

lus stigmatibus filiformibus brevibus, nonnisi staminibus sejunctis conspiciendus. *Seb.* et *Maur.* *In collibus urbis cum* J. *Bulbocodio.*

Pag. 374. n. 4. Ixiae *Bulbocodium* subjungatur:

4 a. Ixia *neglecta*; foliis trinis gracilibus, subjuncoideis, tereti-attenuatis, quadrisulcatis, sulcorum labris coëuntibus, atrovirentibus, rigidiusculis, longius vaginantibus, infimo longissimo, tortiusculo, vaginâ brevi radicali amplexo, summorum uno fere toto spathaceo, pedunculos unifloros subaequante; caule quam infimum aliquoties breviore; pedunculis binis semiteretibus bracteolâ interstinctis, brachiatim bifurcato (rarius unipedunculato); spathae valvulis flore duplo brevioribus, isometris: extimâ herbaceâ, convolutâ, striatâ; intimâ ventricosiore, obtusiore, lateribus late sphacelatis; corollâ breviter campanatim cohaerente, tubo obsoleto, indeque recurvatim explanatâ; laciniis inferne subangustatis, extimarum laminâ oblongo-lanceolatâ, angustiore, intimarum elliptico-lanceolatâ, obtusiore; filamentis semitereti-subulatis, villosis, antherâ triplo-brevioribus; stylo tereti-triquetro, stricto; staminibus ad unam tertiam breviore; stigmatibus brevibus, totis bipartitis; segmentis complicato-canaliculatis, margine pube minutâ fimbriatis, ad medias antheras recurvatis. Trichonema *speciosum Gawl. bot. Mag. t.* 1476. *Ann. of Bot.* I. *p.* 223. *Bot. Mag.* 1225. I. *Bulbocodium var. speciosa Bot. Repos. t.* 170. (a specimine unifloro, flore male expanso). I. *Bulbocodium* δ. *Syst. Veg. ed. nostr. p.* 373. *n.* 4.

Fol. infimum 1-1 1/2 ped., teres videtur, sed quadrisulcatum; cor. fere 1 1/2 poll., laete carmesina, intus basi flava, lineis obscurioribus; laciniae exteriores extus flavicantes striis 5 parallelis purpureis. Differt ab omnibus brevitate filamentorum et stigmatum. (Bulbus globosus fuscus, magnitudine Avellanae.)

Pag. 374. n. 5. Ixia *radians*. Addantur synonyma:

Geissorhiza *setacea a*, caule uni-pluriflore, corollâ cyaneâ fundo discolore. *Gawler Bot. Mag. t.* 1255, et hoc teste: Geissorhiza *rochensis Bot. Mag. n.* 1105. Ixia *rochensis Bot. Mag.* 598. (ergo etiam nostra Ixia *Larochei Syst. Veg. p.* 379. *n.* 22.)

Obs. Cls. *Steudel* huc adhuc, tanquam synonymon ducit Ixiam *Bulbocodium* 6. 7. *Thunb. Diss.*

Pag. 375. n. 6. Ixia *fugax* eadem videtur clo *Steudel*, quae Ixia *quadrangula*.

Pag. 376. n. 13. Ixiae *quadrangulae* addatur:

Obs. Maricam *fugacem Willd. Enum.* a clo *Sprengel* huc ductam adeo esse dubiam, ut nulli tuto speciei applicari possit: *Link Jahrb.* 3. *p.* 78. Ixiam *quadrangulam Delaroche* cls. *Thunberg* in *Fl.*

cap. I. *p.* 218 eandem dicit cum IXIA *bulbocoide de la Roche* et IXIA *Bulbocodio* suo, et cls *Steudel* huc, tanquam synonymon, ducit IXIAM *fugacem Hornem.*

Pag. 277. n. 15. IXIA *humilis.* Adde Observationi in TRICHONEMA *caulescens.*

Obs. Folia in TRICHONEMATE *caulescente* conformia, breviora, alternatim pedunculorum geminorum (rarius unici) basi opposita; spathae valva externa internam sphacelato-membranaceam tenuissimam concludens; laciniae lanceolatae; antherae filamento subbrevieres; stigmata juxta et infra harum apices recurvatim exsertae. Differt a maxime affini *cruciato* colore et caule; a *roseo* stigmate sub apice antherarum; a *pudico* formâ laciniarum corollae et valvâ interiore membranaceâ sphacelatâ. *Gawl.* l. c.

Pag. 378. n. 17. IXIA *pudica.* Addatur synonymon:
TRICHONEMA *pudicum Gawl. l. c.*
3-4 poll.; tum floret. Folia 3-4. Flores 2-3 inodori, dilute rubri, fundo albido, stellâ fuscâ. *In Prom. b. Spei.* 4.

Pag. 378. n. 18. IXIA *pilosa.* Addatur synonymon:
HESPERANTHA *) *pilosa*; foliis ternis erectis, parum divergentibus, lineari-ensatis, costâ mediâ utrinque prominulâ pilosis, intimo toto compresse vaginoso, nervoso, longiori, caulem altiorem simplicem pilosum ultra medium includente; spicâ flexuosâ, remotius pauci-pluriflorâ; spathâ herbaceâ, lanceolato-convolutâ, nudâ, integrâ; valvâ extimâ, sublongiore, apice sphacelatâ, tubum aequante; corollâ erectâ, laciniis longitudine tubi gracilis, extimis oblongo-lanceolatis, intimis sublatioribus, brevioribus; stigmatibus linearicomplicatis, angustissimis, pubescentibus, recurvo-divaricatis, stylo isometris, stamina exsuperantibus, apice saepius explicatis; staminibus limbo duplo brevioribus, erecto-divergentibus; antheris subsagittato-linearibus, vibratilibus. *Gawl. Bot. Mag. t.* 1475. *Annal. of. Bot.* 1. 225.

---

*) HESPERANTHAE character genericus apud clm *Gawler* l. c.: Spatha bivalvis, herbaceo-membranacea, externâ valvâ naviculari-conduplicatâ. Cor. supera hypocrateriformis; tubus gracilis superne versus parum ampliatus; limbus sexpartitus, rotatus subaequalis erectus nutansve. *Stigm.* 3 canaliculato-linearia, angusta, os tubi usque ab invicem discreta, infra antheras recurvatim effusa. *Filamenta* summo tubo imposita. *Antherae* lineari-oblongae, verticales, a dorso appensae incumbentesve versatiles. *Caps.* membranacea oblongo-trigona, farcta, nodulosa, triloc., tirvalv., valvis verticaliter septigeris. *Sem.* numerosa, biserialia, parvula, contactu angulosa, loculamenti angulo interno appacta.

Herbae bulbo-tuberosae; bulbo tuberis nucleus castaneo-carnosus, putamine inclusus campaniformi vel conoideo coriaceo vel ligneo vel etiam lapideo solerisque elevatis rotundatis notata; folia plura ensata collaterali-disticha, modo complanato-fistulosa ac si crassa, intimum longius vaginans, inflorescentia erecto-spicata, pluri-multiflora. Corolla vespere sese aperiens, mane claudens. *Gawl.*

In *α* scapus 3-4 poll.; spica 2-10flora; limbus corollae intus albus, laciniae 3 exteriores extus punctis purpureo-cinnamomeis dense aspersae. Flores 2/3 poll., noctu sub coelo sicco fragrantes. H. *pilosa β.*; fol. tribus, angusto gramineis, rectiqribus, parum divergentibus, pilosis, subpilosis nudisve; caule simplici, pubescente planeve impube; spathae valvâ externâ acuminatâ, tubum adaequante; corollae limbo erecto. *Gawl. bot. Mag. t.* 1254. Differt ab *angusta*, praeter characteres datos, scapo minus flexuoso, nec floribus utrinque albis. *α* et *β* specimina prostant in *herb. Banks.*

Pag. 378. n. 20. Ixia *secunda*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 49.

Spathas auctas appendice rotúndata fuscescente; Corollam 8 lin. notat *Link l. c.*

20 a. Ixia *juncea Link*; foliis filiformibus; caule pauciflore, glabro; spathis duabus oblongis-lanceolatisve, scariosis, obtusis, tubo corollae multo longioribus; laciniis corollae oblongis. *Link Enum. alt.* I. *p.* 50. Geissorhiza.

Ix. *setaceae* nomine misit infelicissimus *Bergius*. Bulbus globosus, squamis laevibus longe aristatis. Caulis pedalis. Folia angustissima, tenuissime quadristriata, caulem saepe superantia. Flores sessiles. Spathae 3 lin. longae. Cor. alba, extus rubens, 6 lin. Pistillum declinatum. Stigma leviter trifidum. *Link.* *In Prom. b. Spei.* 4.

Pag. 379. n. 21. Ixia *obtusata* deleatur; est enim eadem cum Ixia *geminata Vahl.*

n. 22. Ixia *Larochei* deleatur; est enim Ixia *radians Vahl.*

Pag. 380. n. 23. Ixia *crispa*. Addatur synonymon:
Ixia *undulata Salisb. Hort.* 37.

Pag. 381. n 25. Ixia *corymbosa*. Adnotationi ad Lapeyrousiam addatur:

Obs. Character genericus uberior apud *Gawl. Bot. Mag. t.* 1246 sequens. „Spatha bivalvis, valvis conduplicato-oppositis; raro convoluto-univalvis. *Cor.* supera, tubato hypocrateriformis, erecta; tubus gracilis, triqueter, in faucem angustam dilatescens; limbus sexpartitus, subaequalis, tubo brevior, nunc regularis erectus, nunc irregularis nutans. *Stam.* tubi ori adnata, limbo subisometra, modo trifariam divergentia, modo collaterali-contigua atque subascendenter porrecta. *Anth.* erectae, a dorso supra basin appensae. *Stylus* capillaris. *Stigm.* 3, linearia, bipartita, recurvato-divergentia. *Caps.* trilocul. trivalv., membranacea, trilobo- vel trialato-trigona, dissepimentis brevissimis. *Sem.* biserialia, plurima, subglobosa vel contactu angulosa.“ Bulbo-tuber nucleo castaneo-carnoso, omni anno renovando, putaminibus campanulatis vestito; herba annua; folia ensiformia, collaterali disticha, crassiuscula, nervoso-striata, vaginantia; caulis ex foliorum vel spatharum decursu alato-anceps, nunc simplex tenerior, nunc ramosissimus durior, facie suffruticulosâ; spathâ vel herbaceâ, vel aphacelato-mem-

branaceâ; flores modo caulini axillares in spicam numerosam foliosam protracti; modo ramei in spiculas plurimas aphyllas pauciflоras paniculatim fastigiantes digesti; raro in fasciculum iridioideum bracteis singularibus convolutis interstinctum contracti. Genus hinc ANOMATHECAE, inde WITSENIAE affine.

Pag. 382. n. 27. IXIA *anemonaeflora*. Conferatur IXIA *bulbifera* δ.

Pag. 382. n. 30. IXIA *angusta*. Conferatur *Obs.* ad IXIAM *radiatam n.* 64.

Pag. 382. n. 31. IXIA *flexuosa*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 51., et, hoc teste. IXIA *patens Willd. Enum. p.* 56 (secundum Herbar.)

Cor. tubus 4 lin., limbus 9, roseus, fundo obscuro.

Pag. 383. n. 32. IXIA *rapunculoides*, fide *Ker*, *capillaris* β est, et,

n. 34. IXIA *phlogiflora*, eâdem auctoritate, *capillaris* γ.

Pag. 384. n. 36. IXIA *scillaris*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 52.

Cor. tubus lineam, limbus 5 lin. longus, albescens, extus praesertim purpurascens. *Link l. c.*

Pag. 385. n. 38. IXIA *capillaris*. Addatur τῳ β, IXIAE *lanceae* Jacq., synonymon:
IXIA *rapunculoides Redout.* et *Syst. Veg. ed. nostr. n.* 32. (fide *Ker*)
et τῳ γ, IXIAE *anlicae*:
IXIA *phlogiflora Redout.* et *Syst. Veg. ed. nostr. n.* 34.

n. 38 a. IXIA *Sprengeliana*; foliis lineari-lanceolatis, cartilagineo-marginatis, racemo subsexfloro erecto breviоribus; spathis scariosis, quinquedentatis, tubum gracillimum teretem subaequantibus; corollâ campanulatâ; filamentis contiguis, stigmatibus abbreviatis. *Spreng. N. Entd.* I. *p.* 254. sub IXIA *punicea*.

Bulbus depresso-globosus, glaber, albidus, avellanae molc. Caulis erectus foliosus, subbrachialis. Folia disticha, vaginantia, nervosa, dodrantalia, 1/2 poll. lata, acuta. Racemus terminalis, inferne aphyllus, subsquamosus. Spathae bivalves, albido-scariosae. Valva altera bi-, altera tridentata, utraque tubum corollae subaequans. Corollae tubus viridis, limbus belle puniceus, sexfidus, patens, aequalis, lobis oblongo-ellipticis, basi flavescentibus. Filamenta brevia. Antherae flavidae, divergentes. Stigmata 3, simplicia, divergentia, filiformia, filamentorum longitudine. Proxima *capillaris Thunb.*, ut varietatem habueris, ni tubus corollae in J. *capillari* esset sulcato-angulatus, faux turbinata. *Spreng.* l. c. Nomen mutandum erat, cum jam 5 sint *puniceae*. *In Prom. b. Spei.* 24.

38 b. IXIA *venosa Link*. Huc transferatur, cum diag-

nosi et descriptione, Gladiolus *venosus Willd. S. V. ed. nostr. p.* 412. *n.* 20. monente *Link Enum. alt.* I. *p.* 51.

„Ixiae *capillari* valde affinis. Folia latiora 6 lin. lata. Cor. 1 poll. 4 lin. lata, albida, rubro-venosa, limbi laciniis 4, basi maculâ flavâ, 2 basi annulo rubro.“ *Link l. c.*

Pag. 386. n. 39. Ixia *fucata*. Addatur:

Obs. An proles hybrida Ixiae *crateroidis* et *capillaris?* Scapus fere 6 poll.; corolla ultra pollicem longa, alba, extus rubore suffusa, nectarostigmate rubro ad unguem laciniae singulae.

Pag. 388. n. 48. Ixia *maculata*. Addatur synonymon: Ixia *nervosa Vent.*

Obs. Citata in synonymia t. 1285 ex *Bot. Mag.* exhibet Ixiae *maculatae* varietatem v *ochroleucam*, fundo umbrino, omnium elegantissimam. Cls. *Link Enum. alt* p. 51 jungit Ix. *maculatam* cum *viridiflora*; attamen notat in illa „spathas e nervo aristatas semper, in viridiflorentibus nervosas“; *Lamarck* vero *enerves* petit spathas in *viridiflora*.

Pag. 389. n. 49. Ixia *dubia*. Addatur synonymon, fide *Ker*, Ixia *erecta* var. *lutea Ait. Hew.*

Pag. 390. n. 51. Ixia *erecta*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 50. Ixia *nervosa* var. *Vent.*

Folia 1 1/2 lin. lata. Spathae apice sublacerae tubo parum breviores. Cor. tubus 2 lin., limbus 5 lin., uterque roseus *Link* l. c.

Pag. 392. n. 59. Ixia *tenuiflora*. Addatur synonymon: *Gawler Bot. Mag.* sub tab. 1275. Trit. *longiflora Bot. Mag.* 1502. Gladiolus *longiflorus Jacq. Suppl.* 23: *ic. rar. t.* 263. (Gladiolus *longiflorus β Syst. Veg. ed. nostr. p.* 438. *n.* 88.) Glad. *longiflorus α Vahl n.* 70.

Pag. 392. n. 60. Ixia *pendula*. Addatur synonymon: Sparaxis *pendula Gawl. Bot. Mag.* 1013. 1482.

Obs. In characteré generis Watsoniae in adnotatione legendum: „Semina imbricato-erecta.“

n. 60 a. Iria *reticulata Thunb.*; monostachya; foliis equitantibus, ensiformibus, scapo brevioribus; floribus spicatis, alternis. *Thunb. Fl. cap. MS.*

„Scapus simplex, filiformis, erectus. Folia nervosa, nervis tribus magis exstantibus, flavis, acuta, glabra, scapo breviora, circiter 5, unguem lata, patulo erecta. Flores circiter 4. Spatha brunea. Cor. campanulata, alba, venis caeruleis reticulata; tubus brevis.“ *Thunb. l. c.*

Pag. 393. n. 62. Ixia *setacea*. Addatur synonymon:

Geissorhiza *setacea Gawl.*: foliis ensiformibus linearibus acuminatisve, etiam setaceo-filiformibus, costato-nervosis; caule toto glabro, simplice vel uniramoso, uni-multifloro;

valvâ internâ spathae duplo breviore; corollâ turbinato-campanulatâ, nunc superne versus radiatim explanatâ; tubo quam limbus pluries breviore, spathàm vix aequante; laciniis lanceolato-oblongis, subunguiculatis, basi scrobiculo oblongiusculo insculptis; antheris quam filamenta duplo brevioribus. *Gawl. Bot. Mag. t.* 1255. *Annal. of Bot.* 1. 224. (excl. *α* et *γ*.) *β.* caule simplici, uni-paucifloro; corollâ sulphureo-albescente, extus tincturâ rubicundâ suffusâ, fundo virescente. *Gawl. Bot. Mag. t.* 1255.

Pag. 393. n. 63. IXIA *geminata Vahl* addatur synonymon:
GEISSORHIZA *obtusata*; multiflora; foliis ensiformi-linearibus, rigidiusculis, dense nervoso-liratis, obtusulis; tubo germine breviore; laciniis turbinato-campanulatis, unguiculato-oblongis, acutis, intimis latioribus. *Gawl. Bot. Mag.* 672. *Hort. kew. ed.* 2. 1. *p.* 83. (ergo etiam IXIA *obtusata Syst. Veg. ed. nostr. p.* 379. *n.* 21.) GEISSORH. *setacea γ Gawl. Ann. of Bot.* 1. *p.* 224. *Bot. Mag.* ad 1255.

Bulbus ovatus, regularis, tunicis pluribus fuscis, imbricatis, margine infero sursum in lacinias aequales fisso tectus. Folia radicalia 2, caule breviora: caulina inferne convoluto vaginantia. Caulis 4-6 poll., trigonus, interdum uniramosus, 4-8-florus, rhachi flexuosâ nunc erectâ, nunc refracto-reclinatâ. Spathae valvula exterior viridis, magna, superiorum subtruncato-tridentata, inferiorum dente medio elongato. Corolla magna, inodora: laciniae subacutae, interiores ligulato-obovatae, vel spathulato oblongae; exteriores ligulato-cuneatae: omnes venis numerosis longitudinalibus inferne convergentibus striatae, sordide albae. Stamina corollâ duplo breviora; filamenta recta, semicylindrica, alba, antheris longiora, subdeclinata. Antherae lineari-sagittatae. Pistillum corollam subaequans. Stylus albus, filiformis. Stigmata recurvo-patentia, villosa. Germen viride, turbinatum, trigonum *Gawl. Bot. Mag.*

Pag. 393. n. 64. IXIA *radiata*. Addatur:

Obs. Ad finem definitionis post: „*Gawler bot. Mag.* t. 673" scribendum: „hoc teste"; eis enim *Gawler* huc, instar varietatis, duxit IXIAM *angustam*, quam nos in *Syst. Veg.* p. 382. n. 30 tanquam propriam adduximus speciem.

Pag. 394. n. 65. IXIA *falcata*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. 1. *p.* 394.

Folia ad 4 lin. lata. Spathae virides, acutae. Scapus flexuosus. Cor. tubus 10 lin., spathis longior, limbus 6 lin., albus. *Link l. c.*

Pag. 394. n. 66. IXIA *excisa*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. 1. *p.* 50.

Spathae obtusae, virides, purpurascentes. Cor. tubus 6-7 lin.,

spathis longior; limbus 6 lin., laciniae exteriores praesertim purpureae. Stylus leviter trifidus, laciniis revolutis hirtis. *Link* l. c.

Pag. 395. n. 69 a. Ixia *Sparrmanni*; floribus secundis; foliis ensiformibus. *Thunb. Fl. cap. MS.* sub Gladiolo *Sparrmanni.*

„Gladiolo *junceo*“ (qui Ixia *Gawleri*) „valde similis, sed major, et satis distinctus foliis ensiformibus. Rad. bulbosa tuberosa. Scapus teres, ramosus, glaber, flexuoso-erectus, inferne foliis vaginatus, palmaris usque pedalis. Rami alterni, filiformes, cauli similes, divaricato-patentes, palmares. Folia equitantia, elliptico ensiformia, subfalcata, erecta, nervosa, integra, sensim attenuatâ, glabra, inaequalia, nervosa, scapo paulo breviora. Flores in apice scapi et ramorum sessiles, secundi, erecti, plures vel pauciores, bini usque sex. Rhachis deflexa. Corollae albo-caerulescentes, pollicares: tubus filiformis, limbus regularis, 6-partitus, campanulatus. Spathae brevissimae, obtusae.“ *Thunb.* MS. *In Prom. b. Spei.*

Pag. 396. n. 70. Ixia *grandiflora.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 51, et, hoc teste, Ixia *aristata Willd. Enum. p.* 58. Ixia *sparsa Mill.?* Belemcanda *aristata Mönch* (fide *Steudel.*)

Cor. 1 1/2 poll., flavescens, extus liturâ latâ purpurascente.

n. 71. Ixia *patens.* Excludatur synonymon *Willd. Enum. p.* 56, quae, fide *Link*, Ixia *flexuosa.*

Pag. 398. n. 73. Ixia *bulbifera.* Addatur synonymon: Belemcanda *bulbifera Mönch;* et, varietati flavae: *Link Enum. alt.* I. *p.* 51.

Obs. Cl. *Steudel* hujus δ esse jubet Ixiam *anemonaefloram Red.* et Sparax. *laceram Curt;* hanc vero cum?, et conferre suadet I. *grandiflora.*

Pag. 399. n. 75. Ixia *squalida.* Addatur synonymon: Tritonia *squalida Link Enum. alt.* I. *p.* 52.

Cor. crocata, basi margine byalina.

Obs. Tritoniae character genericus apud Gawler:

Spatha bivalvis, conduplicata, uniflora I. *Cor.* supera tubulosa, resupinata vel nec; limbus sexpartitus, varie inflexus; laciniae obovato-rotundae ad lineari-oblongas subaequales, alterave latior, a tubo ter brevioribus ad toties eô longiores, nunc unguiculatae in faucem amplam conniventes laminis campanulato-patulis, nunc exunguiculatae in angustiorem faucem connatae laminis rotatis. *Filamenta* tubo imposita, fauci subisometra, divergenter assurgentia, vel accumbenter ascendentia et collaterali- contigua. *Antherae* subsagittato-lineares a dorso supra basin affixae, recurvatim defloratae. *Stylus* capillaris. *Stigmata* tria angustissime ligulata, complicato canaliculata, recurvo-divaricata. *Caps.* pergaminea triloc. trivalv., ovato-orbiculata oblongave, trigibba, valvis medio septigeris. *Semina* quoque loculo plura.

ex globosis varie pressa, e minoribus, dissepimenti margini internae utrinque annexa. *Gawler Bot. Mag* t. 1275. Bulbo-tuber castaneo-carnosum, depresso-orbiculatum, membranis reticulato-nervosis tunicatum, in nonnullis fila emittens tuberipara; foliagramineo ensata, collaterali-disticha, equitantia; caulis nudiusculus, modo ramosus; rhachis in resupinatis reclinata; flores spicati, e majoribus, colore ludentes, situ alterni, directione saepe secundi, communiter intra faucem naevis tribus discoloribus nunc diversimode prominentibus insigniti. Differt a GLADIOLO seminibus non alatis; ab ANTHOLIZA iisdem non baccatis; ab IXIA staminibus nec stylum trifariam stipantibus tuboque in faucem dilatato. Stamina interdum recto-trifaria. In IXIA filamenta ad pedem usque limbi adnata; in TRITONIA a fauce tubi semper libera.

Obs. 2. Enumerationi TRITONIARUM p. 399. in nota subjunctae addendae, jubente clo *Gawler Bot. Mag.* t. 1175.:

1. TRITONIA *tenuiflora*: IXIA *tenuiflora Vahl* n. 63 (Syst. Veg. ed. nostr. p. 391 n. 59) IXIA *longiflora* β. *Willd. Spec.* I. p. 203.
2. (quae nunc n. 3). TRITONIA *longiflora*: IXIA *longiflora Bot. Mag.* t. 256. *Redouté Liliac.* t. 34. IXIA *paniculata Delaroche Diss.* 26. t. 2.
5. (quae nunc n. 6) TRITONIA *crispa*: *Bot. Mag.* t. 678. (ergo GLADIOLUS *crispus Syst. Veg.* ed. *nostr.* p 423. n. 49.)
6. (quae nunc n. 7) TRITONIA *pectinata*: GLADIOLUS *Herb. Banks.*
9. (quae nunc n 10.) TRITONIA *securigera*: GLADIOLUS *securiger Bot. Mag.* t. 383. (ergo GLAD. *securiger Syst. Veg.* ed. *nostr.* p. 435. n. 85).
10. (quae nunc n. 11.) TRITONIA *flava*: *Herb. Banks.*
11. (quae nunc n. 12). TRITONIA *refracta*: GLADIOLUS *refractus Jacq. ic. rar. t.* 241. (*Syst. Veg. ed. nostr.* p. 734 n. 82). *Bot. Reg.* 135.
12. (quae nunc 13.) TRITONIA *squalida*: IXIA *squalida Bot. Mag.* 581.
13. (quae nunc 14.) TRITONIA *crocata*: IXIA *crocata Bot. Mag.* t. 184. IXIA *iridifolia Delaroche* n. 13.
16. (quae nunc 17.) TRITONIA *deusta*: *Bot. Repos.* t. 134. IXIA *miniata Red.* t. 39. (nec Jacqu.)

Pag. 400. n. 76. IXIA *crocata*. Addatur synonymon:
TRITONIA *crocata Link Enum. alt.* I. *p.* 52., et, hoc teste:
Ix. *hyalina Willd. Enum. p.* 57.§ BELEMCANDA *fenestrata Mönch.*

Cor. 10 lin. aurantiaca, basi hyalina.

Pag. 400. n. 77. IXIA *tricolor*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 51. SPARAXIS *) *tricolor*; foliis pluribus (6-8), ensiformibus, erecto-divergentibus, dense

*) Character SPARAXEOS apud *Gawler*: *Inflor.* disticho-spicata, alterna, remotius seorsim bivalvi-spathacea; *spathae* membranaceae, ampliuscula, aristato-lacerae, plerumque arido-sphacelatae. *Cor.* supera, erecta, infundibuliformi-patens, tubuloso-sexfida; tubus gracilis, brevior; limbus sexpartitus, amplus, regularis, subaequalis, stellato-turbinatove explanatus, interdum bilabiato-irregularis atque inaequalis. *Stam.* tubo adnata, inclusa, collaterali-inflexa, recto-inclinata, nunc ascendentia,

nervulosis, ad axillam bulbiferis; caule altiore interdum ramoso, crassiusculo, erecto-flexuoso; spicâ distante, pauciflorâ; spathâ scarioso-sphacelatâ, ruguloso-plicatulâ, tubum pluries exsuperante, inflatiusculâ; cor. infundibuliformi-rotatâ, tubo brevissimo germen triquetrum aequante, limbo amplo ab inferne turbinato, stellato-explanato, laciniis subspathulato-cuneatis, apice rotundatis, alternis sublatioribus, basi subgibbosis; staminibus corollâ subtriplo brevioribus, trifariis, erecto-fasciculatis; filamentis triquetro-subulatis, stigmatibus prope antherarum apices recurvatis. *Gawl. Bot. Mag. t.* 1482. *Gawler Ann. of Bot.* I. *p.* 225. *Bot. Mag.* 779. *Schneevogt* et *Geuns ic.* 39.

Pag. 401. n. 78. Ixia *deusta.* Addatur synonymon:
Tritonia *deusta Link Enum. alt.* I. *p.* 52.

Cor. 16 lin., aurantiaca, basi non hyalina, laciniis 3 maculâ obscuriore. Varietas meonantha corollâ 14 lin., roseâ, lateribus basi albâ, liturâ longitudinali brevi luteâ, nec maculâ obscuriore. Spathae non differunt. *Link.*

n. 79. Ixia *hyalina.* Excludatur, monente clo *Link, Willd. Enum. p.* 57, quae Ixia *crocata.*

Pag. 403. n. 84. Ixia *spicata.* Addatur synonymon:
Ixia *Burmanni Dietr. Nachtr. Lex. Gaertn. u. Bot.* IV. B.
Pag. 403. n. 83. Ixia *amoena Link;* foliis lanceolatis; spathis denticulatis tubo filiformi multo brevioribus; limbi laciniis lanceolatis. *Link Enum. alt.* I. *p.* 52. et, hoc teste, Gladiolus *roseus Willd. Enum.* 60 (fid. spec. viv. in Hort. et sicc. in Herb., sed exclus. synonymis.)

Caulis ped. ramosus, saepe flexus. Folia 1/2 poll. lata, nervosa. Spica laxa, rhachi flexuosâ. Spathae 2 lin., apice rotundatae, denticulatae, albentes, rubentes. Cor. tubo 6-7 lin., basi filiformi sensim ampliato in limbum 4-5 lin., uti tubus, rubrum, laciniâ unâ basi maculâ luteâ. *Link l. c.*

Obs. Cls. *Link* l. c. ad calcem Ixiarum sub sectione: „*Filamenta glabra. Stylus rectus tripartitus laciniis bipartitis*" et hanc et Gladiolum *Merianum Thunb.*, et Gladiolum *iridifolium Jacq.* posuit.

---

rarius trifaria, erecta. *Antherae* lineares a dorso appensae. *Stylus* gracilis, directione staminum. *Stig.* 3, angustius lineari-complicata, recurvato-divergentia. *Caps.* membranacea, oblonga, rotundato-trigona, torulosa, trilocularis, trivalvis, valvis septigeris. *Sem.* biserialia, plurima, subglobosa. *Gawler bot Mag. t.* 1482. Bulbo-tuber ovatum, reticulis multiplicibus, tenuibus (externis sericeo-fibrosis) vestitum; folia 4- 10 collaterali-disticha, ensata, dense striatula, latitudine bilineari ad uncialem, caulina saepius in axillis bulbifera; caulis simplex vel paniculato-ramosus, 3 poll. ad orgyalem; flos raro unicus, saepius in ramo panci ampli speciosi, colore quam maxime ludentes; *sem.* magnitudine fere Sinapeos. *Gawl. l. c.*

Quid: IXIA *caelestina*, cujus tanquam plantae rarioris et dubii generis, a *Bartram* in Florida detectae, meminit cls. *Nuttall Gen. p.* 22.?

Quid IXIA *antholyzae formis Lam.*; foliis ensiformibus distichis, caule longioribus, floribus racemosis, petalis tribus longioribus et patentibus. *Lam. Enc. meth.* III. p. 334.

Folia IRIDIS, et, si flores minus regulares, ANTHOLYZA: laciniae corollae 3 erectae, 3 horizontaliter patentes. Folia equitantia, erecta, viridia. Scapus vix aliquot pollicum. Racemus erectus. Flores eleganter rubri. Cor. obtusa, subtubulosa, laciniis lineari-oblongis. Stamina stylusque emergunt. In Africa australi. Culta in H. Abbat. *Nolli n.*

Obs. Hujus speciei nulla apud auctores, qui de IXIIS scripserunt, fit mentio.

Quid:

IXIA *bifaria Mönch*;

— *versicolor Schneev.* et *Breit.*

?Quid denique apud clm. *Steudel*: IXIA *ambigua*, *contracta*, *laeta*, *lobata*, *minima*, *pinifolia*, *propinqua*, *socialis*, *tardiflora*, *tumida*, *venusta*, quarum omnium auctorem perhibet D. *Dietrich*, in cujus tamen *Lexik. d. Gaertn. u. Bot.* aeque ac in *Nachtrag* ad opus hocce nulla omnino earumdem fit mentio.

126. PATERSONIA.

Pag. 403. PATERSONIAE *sericeae* addatur descriptio:

Radix fibrosa. Folia radicalia plura, (4)-6 poll. angusta, obsolete plano-convexa, rigidiuscula, elastica, obscure nervosa, disticha, basi conduplicata, equitantia, compacta, superne divergentia (2-3 lin. lata). Scapus centralis, subassurgens, unifasciculatus, tereti compressus, longitudine foliorum. Fasciculus floralis spathaceus, multiflorus, terminalis, ovato-lanceolatus, valvulis conduplicatis compressis: 2 exterioribus crassiuscule membranaceis, sphacelatis, fuscis, striatulis, tomentosis, interioribus tenuioribus scariosis. Flores successivi, majusculi, ephemeri violacei, hypocrateriformes: tubus subtriqueter, spathis partim inclusus, limbo 6-partito explanato brevior: laciniae exteriores ovatae, obtusae, (pollicares), interiores minutae subulatae erectae, (vix lineam longae). Filamenta in cylindrum erectum, attenuatum connata, laciniis exterioribus multo breviora (rubella): antherae infra stigmata, breves, ovatae, sessiles, divergentes, luteae. Stylus capillaris, longitudine cylindri, versus apicem clavato-tumescens, ad connexionem cum stigmatibus articulato-constrictus ideoque infracto pendulus. Stigmata inferne triquetro-concreta, sursum in laminas divergentes erectas, convoluto-cucullatas separata, introrsum glanduloso-scabra, margine lato, patente, rotundato, suberoso-ciliato. Germen gracili-oblongum, trigonum, subsessile lanato-pubescens, inclusum. *Bot. Mag.* l. c. 2.

n. 128. GLADIOLUS.

Pag. 406. n. 2. GLADIOLUS *spicatus*. Addatur synonymon:
WATSONIA *spicata Link Enum. alt.* I. *p.* 53.
Cor. caerulea, 1½ poll.

Pag. 407. n. 4. GLADIOLUS *imbricatus*; corollis subringentibus, secundis: tubo spathâ breviore; laciniis lateralibus superioribus patentiusculis, inferioribus lateralibus brevioribus, cuneiformibus; antheris filamento brevioribus; foliis ensiformibus, nervosis. *M. a Bieberst. Cent. Pl. rar. ross.* 2. *t.* 60. *Fl. taur. cauc. Suppl. p.* 38. et, hoc teste, *Karamischew* apud *Linn. Amoen.* 7. *p.* 27. *n.* 9. *Pall. it.* 3. *p.* 655. *Güldenst. it.* I. *p.* 107, 189 et 423. *Gmel. it.* I. *p.* 13. *Lepech. it. p.* 316. *Georgi it.* I. *p.* 196. GLAD. *neglectus Syst. Veg. ed. nostr. p.* 418. *n.* 36 (cum tota synonymia). Ergo etiam *Presl Fl. czech. n.* 59. GL. bulbo duplicato; foliis lineari-ensiformibus, nervosis; floribus approximatis, secundis; spathis tubo longioribus; corollâ subringente, laciniis basi attenuati; lateralibus superioribus patentibus, tribus inferioribus inaequalibus, duabus lateralibus exterioribus obtusissimis, mucronatis. *Opitz Bot. Zeit.* 1821. *p.* 504.

„Affinitas cum GL. *communi* utique summa; videtur tamen distinctus tam notis in definitione speciei datis, quam ex obs. cli *Besser* l. c. bulbo minore constanter duplicato et tempore florendi seriore. Peccat *Bot. Mag.* in nota ad GL. *communis* varietatem *carneam* t. 1575, GLAD. *tenuem Fl. nostr.* cum. GL. *imbricato* L. ad GLAD. *segetum*, contra GL. *neglectum Schult.* ad GL. *communem* referens; polonica enim planta certissime a ruthenica non differt; utraque vero distincta est a GL. *communi* et magis adhuc a GL. *segetum* Europ. occidentalis incola. Mihi quidem *Linnaeus* in *H. Cliff.* et alibi sub GL. *communi* byzantinum potissimum intellexisse videtur, cujus flores magis distant, et qui australioribus adscriptus est, pro charactere distinctivo crescentis in septentrionalioribus GL. *imbricati* flores imbricatos, nec distantes ponens.“ *M. a. Bieb. Suppl.* l. c. p. 39, 41.

Obs. „Cls *Ker-Bellenden* in nota ad n. 1267 *bot. Mag.* monet fide specimin. in *Herb. Pallas.* apud *Lambert* GLADIOLUM *imbricatum Linn. Spec. ed.* I. 1. *p.* 37. II. 1. *p.* 62. *Murr. ed.* 14. 86. *Georgi Beschreib.* russ. Reich. IV. p. 3. p. 668. *Willd. Spec.* 1. 212. *Vahl Enum.* 2. p. 79. n. 4. eandem esse speciem cum GL. *segetum bot. Mag.* t. 719., et variare numero et densitate florum. Affinis ANTHOLYZAE (et quidem *montanae*) ob semina globosa albumine testam explente et interstitiis fenestratis angues inter laciniarum duarum superiorum lateralium et centralis. *Pallas* in Georgia, *Sibthorp* in Graecia. Hinc vel cum tota synonymia addendus GLADIOLO *segetum*, vel *imbricati* nomen antiquius retinendum. *M. a B.*

Pag. 408. n. 7. GLADIOLO *papilionaceo* addatur:

Obs. GLADIOLUM huncce in *Herb. Willd.* et in *Hort. Berol.* fide specimin. et observat. *Bergii* unum idemque esse cum GLADIOLO *galeato*, *Link Jahrb.* 3. *p.* 408. Attamen vix convenit descriptio auctorum ipsorum.

Pag. 409. n. 10. GLADIOLUS *exscapus.* Addatur synonymon: GLADIOLUS *Thunbergi Dietr. Nachtr.* III. *p.* 494.

Pag. 410. n. 14. GLADIOLO *gracili* addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 53.

Obs. Cor. 1 1/2 poll., caerulea; laciniae inferiores rubro punctatae. Huc spectare GLADIOLUM *recurvum Willd. Enum. Suppl.* 2 quem divus *Bergius* nomine gracilis misit e Prom. b. Spei; GLADIOLUM vero *gracilem* lectum a clo *Lichtenstein* in *Prom. b. Spei* sistere speciem propriam, quae

n. 14 a. GLADIOLUS *scaber Link*; foliis linearibus, convolutis, margine scabris: inferioribus caule longioribus; caule paucifloro; bracteis tubo corollae longioribus; labio inferiore prominente. *Link Jahrb.* 3. *p.* 70.

Pag. 411. n. 17. GL. *trichonemifolius.* Addatur synonymon:

G. bulbo-tubere subgloboso, tegmine externo fibroso, textili; fol. tr. gr. str. nitidis, longe fistuloso-vaginantibus, inde lin. att., tetr., ang. sulc., inf. caul. plurimum superante, reliquis ultra vaginam brevissimis subulatis; caule simplici, gracili, erecto, toto fere vaginato; sp. 2-3-fl. subsec.; sp. herb., convoluto-lanceolatâ, dense striatulâ, integerrimâ, valvâ exteriore parum longiore, floris faucem superante; cor. erect. subnut. inf-subring. subaeq.: tubo brevi gracili striato, germ. aequ.; fauce subventr.-turb. tub. mult. exc. quam limbus subbilabiato-patulus parum breviore; laciniis ovato-lanceolatis acumine convoluto, supremâ sublongiore unguiculatâ incumbente, a reliquis inter se similibus tubo tenus disjunctâ; staminibus fauci isometris; filamentis antheras subaequantibus; stigmatibus angustis lineari-complicatis. *Gawl. Bot. Mag. t.* 1483.

Bulbo-tuber magnitudine fere nucis juglandis integumentis fuscis; fol. infimum fere 1 1/2 ped., saturate virens, nitens, lineam dimidiam latum, basi vaginâ purpurascente; scapus 6-9 poll.; flores 1 1/2 poll. long., fragrantissimi, violam spirantes, saturate flavi, fauce et basi laciniarum striis apicibusque purpureis. Specimen Herb. *Banks.* e Prom. b. Spei trifforum. *Gawl.*

Pag. 411. n. 18. GLADIOLUS *tristis.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 53.

Racemus pauciflorus. Spathae 2 lanceolatae. Cor. 2 poll. et ultra, tubo spathis multo longiore, laciniis limbi ovatis, acutis, aequalibus. *Link* l. c.

Pag. 412. n. 20. GLADIOLUS *venosus.* Ponatur post IXIAM

capillarem, cui valde affinis, monente *Link Enum. alt.* I. *p.* 51 sub IXIA *venosa.*

Pag. 412. n. 21. GLADIOLUS *cuspidatus.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 54. et, hoc teste, GLAD. *undulatus Willd. Enum. p.* 60 fide *Herb.* et vix a GLAD. *angusto* diversus. „GLAD. *angustum*, *hastatum*, *cuspidatum* in unam speciem combinarem." *Link l. c.* τῳ β subjungatur GLADIOLUS *affinis Pers. Syn.* I. *n.* 34.

Pag. 413. n. 23. GLAD. *hastato* addatur synonymon:

Gl. fol. radicalibus binis, divaricate divergentibus, gramineo-ensatis, striatis, uno latiore, caule simplici parum breviore, 1-2 caulinis brevibus; spicâ remotius 2-3 florâ, inflexione secundâ; valvâ spathae extimâ longiore, tubum cum fauce floris plurimum exsuperante, quam limbus breviore; corollâ erecto-nutante, infundibuliformi, ringente, parum inaequali; tubo erecto in brevem et late turbinatam faucem exeunte; limbo bis simul longiore, nutante, ex campanulato indistinctius bilabiato, recurvato-divaricante: laciniis aequilongis, mediâ summâ oblongo-lanceolatâ, lateralibus elliptico-lanceolatis, subangustiore, mediâ imâ elliptico-lanceolatâ lateralibus suis spathulato-oblongis acuminatis latiore; staminibus limbo bis vel ultra brevioribus. *Gawl. Bot. Mag. t.* 1564. (qui monet a se olim minus recte ad GL. *involutum* ductum fuisse GL. *hastatum Vahl n.* 18, qui omnino hujus loci.) *Link Enum. alt.* I. *p.* 54 (qui fors *angusti* varietatem esse, nonnisi tubo spathis breviore distinctam).

Affinis *blando;* sed valvulae spathae magis inaequales, et longiores; lacinia intermedia corollae latior, tres inferiores maculâ hastato-cordatâ apice caeruleâ basi purpurascente; scapus inferne purpureo maculatus, fere pedalis; folium latissimum 1/5 poll. latum; cor. 2 1/2 poll., ochroleuca, extus rubescens. *Gawl.*

Pag. 414. n. 24. GLADIOLO *ringenti* addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 53. WATSONIA *recurva Pers. Syn. p.* 42. *n.* 13.

Limbi laciniae superiores ovatae caeruleae, inferiores longiores, medio flavae, basi et apice caeruleae. *Link l. c.*, qui in *Jahrb.* 5. p. 70. GLADIOLUM *recurvum Willd.* spectare ad GL. *gracilem* monet.

Pag. 416. n. 30. GLADIOLUS *Milleri.* Addatur synonymon: GLADIOLUS *secundus* β *Banks.*

Pag. 417. n. 34. GLADIOLUS *byzantinus.* Addatur synonymon:

GL. spicâ secundâ; distichâ, laxâ; corollis subringentibus; tubo spathâ breviore; laciniis 3 superioribus conniventibus, inferioribus inaequalibus; 2 lateralibus (interioribus) mino-

ribus; antheris filamento longioribus; foliis ensiformibus, nervosis. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 40., et. hoc teste: GL. *communis β. Vahl* et *Syst. Veg.* ed. nostr. n. 35.

Flores affinibus remotiores, ob laciniae corollae superioris unguem superne minus gibbum rectiores. Bracteae longiores. Corollae laciniae 2 laterales superiores et infima ejusdem formae et magnitudinis. Convenit cum hoc antherarum longitudine, habitu vero potius cum *imbricato*, GLADIOLUS *segetum. M. a. B.* l. c.

3; a. GLADIOLUS *Ludovicae Jan.*; floribus alternis; bulbo denso, pyramidato, fibris parallelis approximatis tunicato; foliis ensiformibus, nervosis; spathis superioribus corollas subaequantibus, inferioribus superantibus; filamentis antheris brevioribus *Jan Herb. port. Sect.* 1. *Pl. vernal. n.* 40. 3.

In collibus parmensibus lecta a S. M. J. Maria Ludovica.

Pag. 418. n. 35. GLADIOLUS *communis.* Addatur synonymon:

GL. corollis subringentibus, secundis: tubo spathâ breviore; laciniis superioribus conniventibus, inferioribus oblongo-spathulatis subaequalibus; antheris filamento brevioribus, foliis ensiformibus, nervosis. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 38. GL. flor. secundis; bulbo denso, subgloboso, plexu fibroso, reticulatim texili, tunicato; foliis ensiformibus, nervosis; spathis tubo corollae longioribus; filamentis antheris longioribus. *Jan Herb. port. Sect. vern. n.* 40. 2. GL. bulbo simplici; foliis ensiformibus, nervosis; floribus distantibus, secundis; spathis tubo multoties longioribus; corollâ subringente, laciniis lateralibus superioribus conniventibus, tribus inferioribus aequilongis, lateralibus obtusis. *Opitz bot. Zeit.* 1821. *p.* 507. Et *exclude* apud nos *β*, ad *byzantinum* spectans.

Obs. GLAD. *communis* a clo *Gawler* distinguitur: foliis subquinis, distantibus, lanceolato-ensatis, nervosis, binis inferne caulinis, summo spathaceo; caule tereti altiori simplici s. uniramoso; spicâ laxâ, pluri-multiflorâ, ordine simplici flexuoso-secundâ; spathis inaequivalvibus antrorsum inclinatis, invicem subincurvescentibus, flore brevioribus; corollâ erecto-nutante, semiringente inaequali, tubo brevi hexagono una cum fauce subaequali angustâ limbo 3-4plo breviore, laciniarum laminis ovatis, tribus supremis aequalibus, summâ mediâ lateralibus obtuso-emarginatis mucronatis conclusâ, imâ mediâ lateralibus supremis conformi, inferioribus obovato-spathulatis longiore ac subduplo latiore; staminibus tertiâ circiter brevioribus; filamentis antherâ duplo magisve longioribus. *β.* flore incarnato *Gawl.* Flore rubente *Park. Parad.* 190. *Bot. Mag. t.* 1575. Laudat ad suum *α* GLAD. *communem Linn. Spec.* ed. 2. p. 52. *Mill. Dict.* ed. 8. n. 1. *Curt. bot. Mag.* n. 86. *Willd. Spec.* 1. p. 213. *Vahl Enum.* 2. *p.* 90. (exclusâ varietate *β.*) *Hort. Kew. ed.* 2. 1. 104.

Gawl. bot. Mag. n. 874 verso in emend. et *n.* 991. in *Spec.* enum. *Redouté Liliac. t.* 267. GLAD. *neglectum Schult. obs. bot.* p. 14. *Rivin monop.* 110. GL. *narbon. Besler Eystet. Aest.* O. IV. *t.* 10. *f.* 3. 4. *Park. parad.* 189. *t.* 191. *f.* 1. additque: „GL. *communis* differt a *byzantino*, monente clo *Gawler* serie florum simplici flexuosâ spathis antice ultra rhachin protensis conniventibus, tum in *byzantino* spica serie duplici spathis divergentibus rhachi parallelis; in *communi* laciniae laterales duae superiores obtusae mucronatae, inferiores duae laterales mediâ breviores angustiores, quod non in *byzantino*. *Segetum* differt, praeter semina, laciniis 2 superioribus multo brevioribus, intermediâ duplo latiore, tribus inferioribus subaequalibus. „In β ex icone spathae sordide virentes, basi flavicantes, roseo marginatae. Corolla cum tubo sordide flavescente pollicaris; limbus pallide incarnatus: lacinia suprema unicolor, laterales superiores maculâ mediâ lineari lanceolatâ, saturatâ: laterales inferiores maculâ baseos rhomboidali flavâ, saturate rubro-cincta, imâ maculâ lineari-lanceolata saturate rubrâ. Filamenta viridi purpurea; antherae flavescentes; stylus et stigmata divaricata, oblonga, crenata, albida. — GLAD. *communis* γ *triphyllus* a *Censore gotting.* ad GL. neglectum vocatur.

Pag. 418. n. 36. GLADIOLUS *neglectus*. Jungatur, ut videtur *exc. M. a Bieberstein*, cum *imbricato*.

Pag. 419. GL. *segetum*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 53.

Cor. purpurea ut in *communi*, at longior, laciniis lanceolatis nec ovatis, ungue latioribus.

Obs. Huc spectare GLAD. *imbricatum Linn. Gawler* monet *Bot. Mag. t.* 1267., qui etiam GL. *tenuem Bieberst.*, et GL. *neglectum Schult. obs.* p. 14. huc ducit, quem tamen serius ad *communem* vocavit. Affinis *communi*; sed bulbo-tuber minus, folia graciliora, lacinia suprema s. major a lateralibus remota superque illas propensa, nec ab illis inclusa; laterales superiores inferioribus aequales vel media paulo angustior, quae in *communi* duplo latior. (Flores in icone sordide rubri, basi pallidi, laciniae 3 inferiores maculâ mediâ lanceolatâ albidâ sanguineo cincta). Antherae filamentis longiores flavae, postice virides. Semina rotunda, solida, subbaccata, laminâ tenui pulpae rubescentis separata, dum in GL. *communi* sicca, paleacea, plana, alâ latâ membranaceâ nucleo minuto cartilagneo multo majore. *Gawler* l. c. Venetiis Ghiaggiulo; Algeriae inter segetes. Confer *Obs* ad *imbricatum*.

Pag. 419. n. 40. GLADIOLUS *iridifolius*. Addatur synonymon:
IXIA *iridifolia Link Enum. alt.* I. *p.* 52.

Obs. Cls. *Poiret* dubitat in *Enc. Suppl.* V. p. 498, utrum GL. *pyramidalis Lam.* re verâ sit hujus loci.

Pag. 420. n. 41. GLADIOLUS *Cardinalis*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 54.

Cor. 3 poll., purpurea.

Pag. 421. n. 44. GLADIOLO *laccato* addatur:

Obs. GLADIOLUM *laccatum Lichtensteini* in *Herb. Willd.* esse eminino speciem distinctam *Link Jahrb.* 3. *p.* 30.

n. 45. GLADIOLUS *merianus*. Addatur synonymon:
IXIA *Meriana Link Enum. alt.* I. *p.* 422.

Pag. 422. n. 47. GLADIOLUS *aletroides*. Post β scribatur:
WATSONIA *aletroides*. flor. varieg. *Gawl. Bot. Mag. t.* 533.

Pag. 423. n. 48. GLADIOLUS *viridis*. Addatur synonymon:
TRITONIA *viridis*; foliis plurimis (8-10) flabelloideo-distichis, caule triquetro brevioribus; rhachide perflexuosâ, erectâ, pluriflorâ; spathae valvâ externâ herbaceâ quam tubus breviore; corollâ clavato-tubatâ, erectâ, fauce arcuatim flexâ; limbo obliquato nutante, rotato-reflexo, subirregulari; laciniis tubo duplo brevioribus, lineari-oblongis, subaequalibus, imâ mediâ remotius seggregatâ, caeteris superne versus convergentibus. *Gawl. bot. Mag. t.* 1275.

Pag. 424. GLADIOLUS *subulatus*. Confer GL. *punctatum*.

Pag. 424. n. 55. GLADIOLUS *rubrocyaneus*. Addatur synonymon:
BABIANA *rubro-cyanea Link Enum. alt.* I. *p.* 55.
Cor. tubus spathis brevior; limbus violaceus fundo rubro. *Link l. c.*

Pag. 425. n. 57. GLADIOLUS *sulphurens*. Addatur synonymon:
GLADIOL. *pygmaeus Burm.*? (fide *Steudel.*)

Pag. 425. n. 58. GLADIOLUS *alopecuroides*. Addatur synonymon:
WATSONIA *plantaginea Link Enum. alt.* I. *p.* 53.
Differt a *spicato* praecipue foliis planis.

n. 59. GLADIOLUS *punctatus* omnino idem videtur cum GL. *subulato*.

n. 62. GLADIOLUS *alatus*. Addatur synonymon:
GLADIOLUS *viperatus Gawl.*

Pag. 427. n. 65. GLADIOLUS *undulatus*. Addatur synonymon:
GLADIOLUS *striatus Andr. Repos. t.* 111.

Pag. 428. n. 67. GLADIOLO *angusto* addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 53.
Obs. Huc omnino spectare GLADIOLUM *hastatum* et *undulatum Herb. Willd. Link Jahrb.* 3. *p.* 70. qui in *Enum.* l. c. vero corollam carneam petit, laciniis 3 inferioribus maculâ cordatâ, cuspidatâ, tubo spathis longiore, et *undulatum ibid. p.* 54 ad *cuspidatum* refert, quem confer. Cls. *Steudel* huc quoque vocat GLADIOLUM *tristem*, varietatem *cordatum*.

Pag. 429. n. 71. GLADIOLUS *marginatus*. Addatur synonymon:
WATSONIA *marginata*; foliis pluribus subquaternis? vaginantibus, lanceolato-ensatis, subcoriaceis, strictiusculis, nervosis, glabratis, interne latere interiore excisis, mar-

gine nunc crassâ; caule altiore stricto monostachyo, spicâ rectâ numerosâ imbricato-distichâ s. confluenter polystachyo, spiculis principali appresso-continuis; spathis aridis convoluto-amplexis, erectis, tubo subaequilongis nervosis, acutis, valvâ intimâ subulatâ paulo breviori; coroliâ arrecto-nutante: tubo gracili, striato, laciniis quartâ parte circiter longiori; fauce subtriplo breviori, turbinate contractâ, lamellulis senis verticalibus ad instar septorum ab interna margine stylo obversis alterne staminigeris concamerata; limbo nutante roseo explanato; laciniis obovato-ellipticis, extimis parum angustioribus; staminibus quartâ parte circiter brevioribus; antheris divergenti-incurvescentibus, filamento longioribus, stigmatibus has aequantibus. *Gawl.*

α. major; polystachya, folia glaucescentia cartilagine crassâ fuscâ circumscripta. *Bot. Mag. t.* 608.

β. minor; monostachya; folia subatroviridia, lucida, cartilagine marginis obsolescente. *Bot. Mag. t.* 1530.

Obs. Gawl. Bot. Mag. t. 1530 e synonymis a nobis sub GLAD. *marginato p.* 429. n. 71 adductis laudat: WATS. et IX. *marginatam Hort. Kew.* addito *Mill. Dict.* IX. *cartilagineam Lam.*; GLAD. *marginatum Thunb. Diss.* 20, tantum var. *α.* *et Prodr.* p. 8. addito *Linn. Suppl.* 95. *Syst. Veg. Murr.* 14. *p.* 86. *Mart. Mill. dict. Willd. Spec.* (excl. ANTHOLYZA *caryophyllaced*) *et Vahl*; GLAD. maximum ramosum flor. argenteis *Pluk. Mant.* 21. fide *Herb. Pluk.* et. GLAD. *Herb. Herm.* 4. fol. 35. e manu *Linnaei.* Sed non indicat cls. *Gawler* varietatem, ad quam spectant synonyma haec.

Pag. 430. n. 72. GLADIOLUS *strictiflorus.* Addatur synonymon:

WATSONIA *strictiflora*; bulbo-tubere globoso-pyramidato; foliis subquaternis radicalibus vel inferne caulinis linearibus ensatis, rigidiusculis, nervo medio costatis; caule altiore simplici, foliolo medio stipato; spicâ pauci- (bi-) florâ, distante; spathae valvâ exteriore herbaceâ, naviculari-lanceolatâ, corollae tubo duplo breviore, interiorem parum breviorem concludente; corollâ rectissimâ tubato hypocrateriformi; tubo gracili, tereti, striato, laciniis duplo longiore, in faucem brevem nudam paulatim ampliato; limbo regulari rotatim explanato; laciniis subaequalibus concaviusculis, exterioribus lato-oblongis, rotundatis, cum mucrone, interioribus sublatioribus, obovato-ellipticis, deorsum angustatis, apice emarginatis; staminibus rectis trifariam patentibus; filamentis faucem paululum superantibus; antheris istis parum brevioribus, erectis superne recurvis; stigmatibus infra antherarum apices divaricantibus. *Gawl. Bot. Mag. t.* 1406.

Bulbo-tuber magnitudine nucis moschatae majoris, integumentis crassis fuscis membranaceo-fibrosis; fol. 4-6 poll., 1/2 poll. circiter lata; scapus pedalis et ultra; flores inodori, ce-

raso-rubri, 3 circiter poll., fauce maculâ saturate purpureâ stellam mentiente sexradiatam; antherae saturate purpureae polline flavo; stigmata saturate rosea. Affinis *marginatae*. *Gawler.*

72 a. GLADIOLUS *Sprengelianus*; foliis infimis spathulatis, mucronatis, superioribus lanceolatis nervosis; tubo spatham excedente, limbi laciniis aequalibus lineari-lanceolatis. *Sprng. nov. prov. p.* 44 (sub WATSONIA *stricta*.)

Nullum video aptum synonymon, nisi WATSONIAE *strictiflorae Her. Bot. Mag.* 1406, quae tamen habet folia rubro marginata. GLADIOLUS *roseus Andr.* longissime diversus. WATSONIA *rosea Her.* habet folia margine incrassata. Nostrae corolla pulcre rosea, maculis sanguineis. Bulbus magnitudine nucis avellanae, striato-nervosus. Caulis foliosus, flexuosus, teres, multiflorus. Spatha bivalvis, mucronata, apice colorata. Tubus corollae filiformis. Stigmata 3, filiformia, bipartita, laciniis recurvis. *Sprng. l. c.* *In Prom. b. Spei.*

Pag. 432. n. 76. GLADIOLUS *bicolor*. Addatur synonymon: GLADIOLUS *villosus Burm.* (fide *Steudel.*)

Pag. 432 n. 78. GLADIOLUS *fissifolius*. Addatur synonymon:
LAPEYROUSIA *fissifolia*; foliis numerosis, coriaceo-crassis, profunde lineatis, superioribus brevioribus, subimbricatim approximatis, ab interna ad externam ferme marginem diffissis, complicato-ovatis, carinatis, intus glabris, extus striatis; caule simplici; spicâ foliosâ; spathis axillaribus foliolo involucrante duplo brevioribus; corollâ gracillime tubatâ; tubo triquetro-filiformi, laciniis triplo-quadruplo longiori; fauce brevi incurvulâ; limbo nutante irregulari; laciniis subspathulato-ovatis, rotato-reflexis, summâ latiori prostante; staminibus collaterali-contiguis, subascendentibus; capsulâ molendinaceâ. *Gawler bot. Mag.* t. 1246.

Integumentum bulbo-tuberis extimum campanulatum. Scapus 4-6 poll., folia inferiora 1-3 poll., in vegetioribus spontaneis margine subdenticulato-crispa vel et subciliata, superiora spathas involventia. Spatha brevissima sphacelata, longitudine fere germinis. Cor. pallide purpurea, albave, fere 1 1/2 poll., fragrans, fragilis. *Gawl. l. c.*

Pag. 433. n. 80. GLADIOLUS *Fabricii*. Huic subjungatur:
n. 80 a. GLADIOLUS *luxus Thunb.*; polystachyus; floribus terminalibus, subsolitariis; foliis lineari-ensiformibus, scapum aequantibus. *Thunb. Fl. cap. MS.*

„Similis GLADIOLO *Fabricii* flore, *Sparrmani* foliis. Scapus filiformis, uti tota planta, glaber, debilis, flexuoso-erectus, pedalis. Rami divaricati, scapo similes. Folia elliptica, sive lineari-ensiformia, nervosa. Flores terminales solitarii, rarius duo. Tubus capillaris, rectus, pollicaris. Limbi laci-

niae lineares. Capsula subglobosa, glabra, trilocularis." *Thunb.* l. c.

Pag. 434. n. 84. GL. *lineatus.* *Curt. Mag. t.* 55. leg.: *t.* 487.

Pag. 435. n. 85. GLADIOLUS *securiger.* Adde synonymon: *Jacquin Fragm. t.* 48. *f.* 2. TRITONIA *securigera Link Enum.* I. *p.* 53.

n. 86. GLADIOLUS *flavus.* Addantur synonyma: IXIA *gladiolaris Lam.?* GLAD. *securiger β Pers.* (uterque fide *Steudel.*)

Pag. 435. n. 87. GLADIOLUS *rosens.* Addatur synonymon: TRITONIA *capensis Gawl.*; fol. radicalibus 7-8, gramineo-ensatis, nervosis, medio costatis, intimo angustiore ferme toto vaginante, altiori; caule simplici vel subramoso, foliolis stipulaceis 1-2; spicâ pluriflorâ remotiusculâ, spathae valvis tubo 2-3plo brevioribus, extimâ lanceolatâ, aristato-cuspidatâ, intimâ setaceo-bifidâ; corollâ erectâ, gracilius tubaeformi; tubo laciniis duplo longiore, subclavato-triquetro, in faucem brevem levissime latescente; imbo inaequali obsolete subbilabiato, laciniâ summâ elliptico-ovatâ, duplo fere latiore, porrectâ vel minus patente, reliquis lineari-oblongis, apice rotundatis, stellato-explanatis, imis tribus subangustioribus; staminibus pene duplo brevioribus, summae laciniae accumbentibus; filamentis fauci inclusis, antherâ emicante sublongioribus; stigmatibus staminа transeuntibus, revolutis.

α. major, corollâ rubido-pallescente, venis pictâ. *Gawler Bot. Mag. n.* 618. *n.* 1275. verso. *Ann. of. Bot.* I. 128. TR. *rosea Hort. Kew. ed.* 2. 1. 91. GLADIOL. *roseus Jacq. ic. rar.* 2. *t.* 61. *Coll.* 5. 22. *Willd. Spec.* 1. 217. *Vahl Enum.* 2. *p.* 110. *n.* 69.

β. minor, corollâ ochroleucâ aveniâ, laciniis praeter summam radio brevi atro sanguineo basi notatis. *Gawl. bot. Mag. t.* 1531. HOUTTUYNIA *capensis Houtt. nat. Hist.* 12. 448. *t.* 85. *f.* 3.

Obs. Utrum ad α vel β GL. *longiflorus Linn. Suppl.* 69? *Syst. Veg. Murr. ed.* 14, 87? at non aliorum, adhuc dubium. β. Variat et caule unifloro. Affines *pallida*, *longiflora*, *rochensis*. Folia 3-6 poll., scapus 8-9, quidquam incurvus, simplex vel ramo unico; flores inodori, ultra poll. 2. Cls *Poiret* huc citat *Jacq. Coll.* IV p. 168 ic. rar. II. t. 270, quae tamen tabula GE. *silenoidem* exhibet, longe aliam speciem.

Pag. 436. n. 88. GLADIOLUS *longiflorus.* Excludatur β et addatur synonymon:
IXIA *longiflora Link Enum. alt.* I. *p.* 52. TRITONIA

longiflora; foliis subbinis gramineo-ensatis, nervosis; caule saepius ramoso, terete, altiore; spicâ pluriflorâ erectâ parum divergente; spathae valvis tubo floris pluries breviori-bus, isometris, exteriore integrâ, rarius dentato-fissili; co-rollâ macrius tubatâ, erectâ: tubo recto, subclavato, triquetro; limbi radiis 4-5-ies longiore; limbo erecto stellatim explanato, laciniis lineari-oblongis; staminibus trifariis, fasciculato-rectis; antheris fauci inclusis, filamenta subaequantibus; stylo aut staminibus aequali vel longius citra faucem protenso. *Gawl.*

α. adde: *Bot. Mag.* 1275. verso in Enum. (excl. *de la Roche, Rochensi* apponendo.)

β. adscribe? synonymo *Vahl.*

Pag. 437. n. 88a. Gladiolus *rochensis*; foliis pluribus (4-6) gramineo-ensatis, nervosis; caule altiori, tereti, subsimplici vel paniculatim ramoso; spicâ pluri-multiflorâ, laxâ, divaricatâ; spathâ brevi, valvis isometris, exteriore integrâ, corollâ recurvato-hypocrateriformi: tubo clavato-gracili, tereti, striatulo, arcuate deflexo, spatham aliquoties excedente, limbi laciniis sesquilongiori; fauce obsoletius dilatatâ; limbo subnutante, rotato, laciniis subcuneato-ellipticis, concaviusculis, venosis, intimis subangustioribus, extimis nunc emarginatis; staminibus trifariis, fauce exclusis, citra medium limbum protensis; antherâ filamentis aliquoties breviori, stigmatibus supra antheras recurvatis. *Gawl.* sub Tritonia *rochensi* (ut in nota l. c.)

Obs. In affinibus *longiflorâ, rochensi, capensi et pallida* bulbo-tubera lato-globosa, saepius radiculis apice tuberiferis, flores isochroni; *pallida* differt corollâ albâ, tubo striato, limbo irregulari, segmento intermedio duplo latiore, antheris collateralibus nec trifariis; a *capensi* vero *pallida* distincta spathis aequalibus, exteriore obtusâ, tridentatâ, quae in *capensi* interiore longior, acutissima, integerrima.

Pag. 438. n. 91. Gladiolus *tubiflorus*. Addatur:
A clo *Poiret Enc meth. Suppl.* V. *p.* 692. Gladiolo *tubato Enc. meth. n.* 71. subscribuntur synonyma: Babiana *tubiflora* var. *α. Ait. Bot. Mag. t.* 847. Gladiolus *tubiflorus Willd.* Gladiol. *inclinatus Redouté Lil. t.* 14. Babiana *tubiflora Ait.* *β.* Gladiolus *tubatus Willd.*, *Redouté Lil. t.* 267. Gladiolo *tubifloro* subscribendus *Jacq. ic. rar. t.* 266. Etiam cls *Link Enum. alt.* I. *p.* 54 sub Babiana *tubiflora* jungit Gladiolum *tubiflorum n.* 91. et *tubatum n.* 92, notans in utroque „folia plicata hirsuta, corollae tubum longissimum spathis multo longiorem, limbum ochroleucum laciniis 2 poll., maculâ rubrâ.“ Cls. *Steudel* Gl. *inclinatum Redout.* propriam esse speciem jubet, cui subjungit Gl. *tu-*

biflorum Jacq. et BABIANAM *tubifloram Gawl.*, et ad *tubiflorum* ducit GL. *angustifolium Lam.*

Pag. 438. n. 93. GLADIOLUS *purpureus.* Addatur synonymon: BABIANA *purpurea Gawl.*

Pag. 439. n. 94. GLADIOLUS *mucronatus.* Deleatur *a*, ad *villosum* spectans, et addatur synonymon:
BABIANA *mucronata Gawl.*

Pag. 440. n. 98. GLADIOLUS *villosus.* Addatur synonymon: BABIANA *villosa Link Enum. alt.* I. *p.* 54. GL. *mucronatus a* in *Syst. Veg. ed. nostr. p.* 439. *n.* 94. GLAD. *purpurascens β. Lam.* BELEMCANDA *villosa Mönch.* IXIA *caerulescens Pers. Syn.* 1. *p.* 48. *n.* 44.

Corollae tubus spathis brevior; limbus puniceus. *Link.*

Pag. 441. n. 100. GLADIOLUS *plicatus.* Addatur synonymon: BABIANA *plicata Link Enum. alt.* I. *p.* 54. GLAD. *fragrans Jacq.* (sec. *Gawl.*)

Cor. tubus spathis aequalis. *Link.*

Pag. 442. n. 101. GLADIOLUS *xanthospilus.* Addatur synonymon:
ANOMATHECA *xanthospila Gawl.*

n. 102. GLADIOLUS *fragrans.* Addatur:
Obs. olim BABIANA *plicata* i. e. idem cum GLADIOLO *plicato* dicebatur a cl. *Gawler.*

Pag. 446. n. 117. GLADIOLUS *orobanche.* Addatur synonymon: GLADIOLUS *hirsutus Jacq.* var. *Gawl.* (ex *Steudel.*)

Pag. 446. GLADIOLIS addatur:
n. 118. GL. *edulis Bell. Ker.*; foliis longissimis, linearibus, glaucis, nervo utrinque prominente; limbi laciniis caudatis. *Bot. Reg. t.* 169.

In *Litacoon*, a Prom. b. Spei *Earum versus* millia 1000 Angl.

Quid GLADIOLUS *indicus Mill.*; foliis ensiformibus, floribus apcipitibus *Mill. Dict. n.* 4. *C. Bauh.* P. 4.?

n. 129. ANTHOLYZA.

Pag. 446. n. 1. ANTHOLYZA *aethiopica.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 54.

Labium corollae inferius brevius, reflexum.

n. 2. ANTHOLYZA *praealta.* Addatur synonymon:
ANTHOLYZA *aethiopica* var. *Gawl.*

Pag. 447. n. 4. ANTHOLYZA *Cunonia.* Addatur synonymon: GLADIOLUS *Cunonia Link Enum. alt.* I. *p.* 54.

Laciniae laterales labii superioris sursum flexae. Semina alata, ita ut GLADIOLUS sit, nec ANTHOLYZA. *Link l. c.*

n. 4 a. ANTHOLYZA *coccinea Spreng.*; foliis lineari lanceolatis, glabris, nervosis; floribus secundis; spathis lanceolatis; corollae lobo superiori galeato, porrecto, cernuo, integerrimo: lateralibus erectis, rotundatis, basi gibbâ nectariferâ laciniis duabus inaequalibus coronatâ. *Spreng. N. Entd.* I. *p.* 253.

Bulbus globosus albidus glaber, pisi aut avellanae magnitudine. Caulis simplex, brachialis, teres, basi foliosus, apice pruinâ glaucâ, glaberrimus. Folia vaginantia, disticha, erecta, glaberrima, dodrantalia, 1/2 poll. lata, nervis 3 subtus prominulis. Spica terminalis, nuda, secunda. Spathae glauco-virides, valvis 2 inaequalibus, concavis, inferiore 1 1/2 poll. nervosâ, acutâ, superiori pollicari, pariter nervosâ, obtusâ. Cor. tubulosa spathis duplo longior, 2 poll. Tubus e germine prodiens, gracilis, subtortus, viridis, mox inferne in gibbum triangularem intumescens, apice squamis minutiusculis, viridibus, introflexis. Tubus super gibbum unilabiatus, basi apertus, pulcre coccineus, in tres lobos discedens, quorum medius cochleariformis, unguiculatus, superne convexus, obtegit genitalia, laterales dimidio breviores, oblongi, pariter colorati. Stam. aequalia. Filamenta 1 1/2 poll. Antherae sagittatae. Pollen croceum. Stigmata 3 clavata, coccinea. Germen trigonum. Semina lenticularia ochroleuca. A. *Cunonia* differt labio superiore 5-partito; A. *aethiopica* laciniis brevioribus, acutis, subaequalibus, bracteis tandem coloratis; A. *praealta* laciniis corollae lateralibus lanceolatis, parum inaequalibus. *Spreng.* *In Prom. b. Spei.* 2.

Pag. 448. ANTHOLYZA *Lucidor.* Addatur synonymon:
GLADIOLUS *bracteolatus Lam.?* (monente *Steudel*, ceteris ad GLAD. *subulatum* spectare videtur).

Quid neglecta nunc ab omnibus ANTHOLYZA *cepacea Linn. Mant.?*
Quid ANTHOLYZA *speciosa H. Breit.?*

n. 130. ARISTEA.

Pag. 448. n. 1. ARISTEA *cyanea.* Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 55. (qui spathas glabras petit.)

132. MORAEA.*)

Pag. 450. n. 1. MORAEA *Melaleuca.* Addantur synonyma:
ARISTEA *lugens Gart. Mag. Forts.* 1. *B.* 2. *St. t.* 7.
ARISTEA *melaleuca*; foliis angusto-gramineis, lineari-acu-

*) *Speciem MORAEAE Synthesis*: exhibita a clo *Gawler Bot. Mag. t.* 1103.
a) *Radix bulbo-tuber annue renovatum, indusiis diversimode fibroso-organicis.*
b) *Stigmatibus aut filiformibus, aut cucullato-convolutis ferme ac in* CROCO, *quocum per* GALAXIAM *continuatum esse videtur genus.*

minatis, rigidiusculis, caule compresso-ancipiti, pauci-articulato, 2-3-folioso triplo brevioribus; spathâ terminali solitariâ (vel alterâ caulis articulo proxime infero impositâ)

M. *virgata Jacq. ic. 2. t. 228.* IXIA *virgata Vahl Enum. 2. 59. n. 22.*

M. *elegans Jacq. Hb. Schönbr. t. 2.* SISYRINCHIUM *elegans Willd. Spec. 3. 578.*

M. *flexuosa Vahl Enum. 2. p. 156. n. 10.* *Bot. Mag. t. 695.*

M. *spicata Gawl. Ic. pl. cap. Cod. Banks absque titulo.*

M. *polyanthos Vahl Enum. p. 157. n. 11.* (*Specim in Herb. Banks.*)

M. *collina Bot. Mag. t. 1610. t. 1103. t. 1033.* SISYRINCH. *elegans Redouté t. 171.* MOR. *juncea Mill. Dict. ed. 8. n. 2.* *Linn. Spec. 59.*

M. *pavonia Gawl. Ann. of Bot. I. p. 240.* IRIS *pavonia Bot. Repos. t. 364.* *Jacq. Hort. Schönbr. I. t. 10.* *Willd. Spec. I. p. 238.* VIEUSSEUXIA *pavonia Decand. Ann. Mus. 2. 139.*

*** *Stigmatibus petaloideo-ampliatis; dum tamen haud diversa structurae ratio ac in antecedentibus.*

M. *tripetala Bot. Mag. t. 702.* IRIS *tripetala Vahl Enum. 2. p. 138. n. 26.*

M. *tricuspis Bot. Mag. tabb. 696. 772. 168.* (in quo ultimo male pro IRIDE *pavonia.*) IRIS *tricuspis Willd. Spec. I. p. 231.*

M. *villosa Gawl. l. c.* IRIS *villosa Bot. Mag. t. 571.*

M. *tenuis Bot. Mag. t. 1047.*

M. *unguiculata Bot. Mag. t. 693.*

M. *angusta Gawl. l. c. Ic. pict. pl. Cap. Cod. Banks.* IRIS *angusta Vahl Enum. 2. p. 146. n. 43.*

M. *edulis Bot Mag. 613.* MORAEA *vegeta Jacq. rar. 2. t. 234* (nec Linnaei nec Milleri.) IRIS *longifolia Vahl Enum. 2. 149. n. 52.* MORAEA *odora Parad. lond. t. 10. var. alba. Ic. pict. Pl. Cap, Cod. Banks absque titulo* var. lutea.

M. *setacea Gawl. l. c.* IRIS *setacea Thunb. Ir. t. 1. f. 1.* IRIS *setifolia Vahl Enum. 2. 145. n. 42.*

M. *longiflora Bot. Mag. t. 712.*

M. *spathacea Gawl. l. c.* IRIS *spathacea Vahl Enum. 2. p. 142. n. 35.*

M. *polystachya Gawl. l. c.* IRIS *polystachya Vahl Enum. 2. p. 150. n. 55.*

M. *bituminosa Bot. Mag. t. 1045.* IRIS *bituminosa Vahl Enum. p. 150. n. 53.*

M. *viscaria Gawl. l. c.* IRIS *viscaria Bot. Mag. t. 587. Vahl Enum. p 150. n. 54.*

M. *plumaria Gawl. l. c.* IRIS *plumaria Thunb. Ir. 16.* MORAEA *iriopetala Vahl Enum. 2. p. 158. n. 16.* (excl. syn. *Mill. dict. et Linn. Spec.*)

M. *ramosa Bot. Mag. t. 771.* IRIS *ramosa Vahl Enum. 2. p. 142. n. 34.*

M *tristis Gawl. l. c. p. 241.* IRIS *tristis Bot. Mag. t. 577. Vahl Enum. 2. p. 151. n. 56.* MORAEA *vegeta Linn.*

2-3-florâ, paucivalvi, lanceolato-acuminatâ: valvis duabus externis subherbaceis, equitanti-conduplicatis, caeteras sphacelatas includentibus; germine lineari-elongato, triquetro prismatico, gracili, excluso, pedicellis inclusis longiore; corollâ subrotatâ, laciniis exterioribus oblongo-obovatis, interioribus subtriplo majoribus, obovato-ellipticis, emarginatis, subinvoluto-concaviusculis; staminibus assurgenter divaricatis; stylo reclinato; stigmatibus ex cucullato-convolutis, orbiculato-explicitis, margine multifido fimbriatis. *Gawl. bot. Mag. t.* 1277. *Ann. of. Bot.* I. *p.* 235. *Ic. pl. Cap. Cod. Banks. cum exempl. spont.* in *Herb.*

Cespes e fasciculis paucifoliis, collaterali-distichis, equitantibus. Rad. fibrosa. Folia perennia 3-4 poll., 2-3 lin. lata. Cor. 3 poll. in diametro. Stylus segmentis latioribus triplo brevior. Antherae flavae, longitudine filamentorum.

Pag. 451. n. 4. MORAEA *alata*. Addatur tanquam synonymon: SISYRINCHIUM *palmifolium Syst. Veg. ed. nostr. p.* 493. *n.* 3 (cum tota synonymia). Cls *Gawler* hanc speciem non agnoscit pro MORAEA.

Pag. 451. n. 5. MORAEA *Northiana*. Addatur synonymon: MARICA *Northiana Link Enum. alt.* I. *p.* 56.

Pag. 451. n. 6. MORAEA *gladiata*. Addatur synonymon: MARICA *gladiata. Bot. Reg. t.* 229.

Pag. 452. n. 9. MORAEA *foliosa*. Addatur synonymon: MARICA *foliosa Herb. Willd.*

Habitum omnino esse MARIGAE affirmat cls *Link Jahrb.* 3. p. 72.

Pag. 453. n. 13. MORAEA *flexuosa*. Addatur synonymon: MORAEA *longifolia Pers. Syn.* I. *p.* 49. *n.* 5.

Spec. 59. *Mill. icon. t.* 138. *f.* 1. 2. MORAEA *iriopetala* β. *Vahl Enum.* 2. *p.* 158. *n.* 16. (expunctis *Thunb. Diss.* et *Prodr.* una cum *Linn. Suppl.*)

M. *crispa Bot. Mag. t.* 759. IRIS *crispa Vahl Enum.* 2. *p.* 152. *n.* 58.

M. *Sisyrinchium Gawl. l. c.* 241. IRIS *Sisyrinchium Redout. Lil. t.* 29. *Sibth. Fl. graec. t.* 42. *Vahl Enum.* 144. *n.* 40.

M. *ciliata Bot. Mag. t.* 1018 et 1061. IRIS *ciliata Vahl Enum.* 137. *n.* 24.

M. *papilionacea Bot. Mag. t.* 750. IRIS *papilionacea Vahl Enum.* 2. 151. *n.* 57.

M. *minuta Gawl. l. c.* 241. IRIS *minuta Vahl Enum.* 2. 138. *n.* 25.

**** *Radice fibrosa; foliis ancipitibus distichis aciebus adversis.* G.

M. *iridioides Bot. Mag. t.* 693. *Vahl l. c.* 158. *n.* 15. IRIS *compressa Vahl* l. c. 137. *n.* 21. (Species anomala: herba ARISTEAE, capsula IRIDIS, MORAEAE flos. G.)

Pag. 454. n. 19. MORAEA *iridioides*. Addatur synonymon: VIEUSSEUXIA *iridioides Link Enum. alt.* I. *p.* 454. NARON *iridioideum Mönch.*

Obs. MORAEA *iridioides Bot. Mag. t.* 693 IRIDIBUS inserenda, conversisque appellationibus *moraeoides* nuncupari potest. *Gawler Bot. Mag. t.* 1407.

Pag. 455. n. 21. MORAEA *chinensis*. Addatur synonymon: M. herbacea, scapis compressis: foliis bifariis, ensiformibus; umbellis terminalibus, proliferis; petalis omnibus expansis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 174, et, hoc teste, *Rheede Malab.* XI. *t.* 37. PARDANTHUS *chinensis Link Enum. alt.* I. *p.* 55. BELEMCANDA *punctata Mönch.*

Pag. 456. n. 26. MORAEA *spicata*. Deleatur: est SISYRINCHIUM, et hujus loco ponatur:

n. 26 a. MORAEA *lurida Bell. Ker*; scapo unifloro, laciniis corollae exterioribus papilloso-subbarbatis rotundatis, interioribus minoribus integerrimis, foliis linearibus subternis. *Bot. Reg. t.* 312.

n. 132 a. DIPLARRHENA.

D. *Moraea Labill. voy.* I. *p.* 157. *t.* 15. *Spicileg. nov. Holl.* II. *p.* 117. *R. Brown Prodr.* I. *p.* 304. MORAEA *diandra Vahl*, scapo simplici, spathis multifloris, floribus diandris. *Vahl Enum.* II. *p.* 154.

Glabra. Radix fibrosa. Caulis foliatus simplex. Folia ensiformia, caulina alterna breviora vaginantia. Spatha communis bivalvis foliacea, partiales inclusae, confertae, scariosae. Flores pedunculati albi, laciniis interioribus pictis. *R. Brown l. c.* 8-15 poll. Caulis erectus, longitudine foliorum. Pedunculi longitudine spathae; laciniae perianthii exteriores obovatae, interiores lineares, acutae. Caps. trilocularis, trivalvis, semina globulosa. *La Bill.* *In cap. van Diemen.* 4.

n. 133. IRIS.

Pag. 456. n. 1. IRIS *susiana*. Addatur synonymon: *Smith Trans. Linn. Soc.* XI. *p.* 227, ubi in *Swerts Florileg. t.* 38. *f.* 2, *t.* 39. *f.* 1, duas fors latere speeies affirmat. (Haec magis cum icone data a *Redouté*, illa cum icone in *Bot. Mag. t.* 91. convenire videtur.) IRIS *punctata Mönch.*

n. 2. IRIS *florentina*. Addatur synonymon:
I. caule paucifloro, corollae laciniis barbatis, integris. *Seb.* et *Maur. Prodr. Fl. rom. p.* 19. *Link Enum. alt.* I. *p.* 57. I. *florentina α Targ. Ist.* 2.

Cor. alba, tubo vix longitudine germinis. *Link.*

Pag. 457. n. 3. IRIS *germanica*. Addatur synonymon:
I. laciniis corollae barbatis, emarginatis. *Seb.* et *Maur. Prodr. Fl. rom. p.* 19. *Link Enum. alt.* I. *p.* 57. I. *florentina Targ. Ist.* 2. I. *violacea Savi Bot. Etrusc.* 2. *p.* 9. IRIS *vulgaris Pohl Tent. Fl. Boh.* IRIS *Sambac Forsk.?* (fid. *Delisle.*)

Tubus corollae germine duplo longior. *Link.*

Obs. In *Bot. Mag. t.* 670 delendam esse t. 18. f. 2, utpote ad I. *florentinam* spectantem, monuit cls. *Gawler Bot. Mag. t.* 1261.

Pag. 453. n. 4. IRIS *pallida*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 58. I. *sambucina var. sec. Ker.*

Tubus germine duplo fere brevior. *Link.*

Pag. 458. n. 4 a. IRIS *longiflora Vest*; foliis ensiformibus, rectis: radicalibus caule simplici subtrifloro folioso duplo longioribus; petalis oblongis: interioribus latioribus, longe unguiculatis, basi crispis; germinibus trigonis, subsessilibus, tubo brevioribus; spathis scariosis; stigmatibus integerrimis. *De Vest in litt.*

Similis *pallidae* et *germanicae*, sed multo humilior, spithamaeus ut caulis fere intra folia lateat. Folia minime falcata, caulina brevia, longe vaginantia, apice brevi. Spathae pellucidae nec foliaceae. Flores solitarii vel bini in spatha, pallide caerulei, unicolores, venosi, barbâ luteâ. Pollen aeruginosum. Germen junius sexsulcatum, demum trigonum, subsessile, brevius tubo subexserto. *De Vest.* Habitat? Bis jam floruit in Horto Johannei norici.

Pag. 458. n. 5. IRIS *flavescens*. Addantur synonyma:
IRIS *graminea* var.? *Red.* I. *sambucina* var.? *Ker.*

Pag. 459. n. 7. IRIS *sambucina*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 57.

Spathae vegetae; corollae laciniae deflexae purpureo-violaceae, erectae, griseae, ochroleucae aut luteae; tubus incurvus germine duplo longior. J. *lurida Ait.* in horto quoque culta hujus varietas est minor, minus odora. *Link* l. c. Sic etiam *Brotero Fl. lusit.* p. 51 de J. *sambucina* ad radices montium Lusitaniae borealis occurrente, quae floribus albis occurrit, monet I. *luridam* hujus videri varietatem.

Pag. 459. n. 9. IRIS *squalens*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 58.

Pag. 460. n. 11. IRIDI *variegatae* addatur icon:
Link Enum. alt. I. *p.* 58. *Starm. Deutschl. Flor. Fasc.* 40.

n. 12. IRIS *neglecta*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 58.

Tubus germine non multo longior. *Link.*

Pag. 461 n. 13. Iris *Swertii*. Addatur synonymon:
Iris *spuria* ε *Gawl.*

n. 14. Iris *flexuosa* clo *Link* varietas *sibiricae* videtur.

Pag. 461 n. 15. Iris *plicata*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 58 (qui huc sine dubio Iridem *amoenam hungaricam Redout. t.* 356. (*Syst Veg. ed. nostr. p.* 466. *n.* 31) ducit, β vero *plicatae* nostrum, nempe *Redouté Lil. t.* 3 6, excludit, et specie differre monet)
„Corollae laciniae reflexae violaceae albo striatae, parte reflexâ breviore, quod non ita in reliquis, erectae, albae; tubus germine fere brevior." *Link* l. c.

Pag. 462. n. 16. Iris *biflora*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 57. (qui huc, tanquam synonyma ducit *Iridem furcatam* MB. (*Syst. Veg. n.* 17. quae tamen propria species) I. *bohemicam Schmidt* (*Syst. Veg. n.* 12) et synonyma *Linnaei* spectare ad *lusitanicam* sat diversam.

n. 16 a. Iris *scariosa Willd.*; foliis scapo longioribus, spathis terminalibus, diphyllis, bifloris, scariosis, maximis. *Link Jahrb.* 3. *p.* 71. Iris *biflora Pall.* (fide *Link.*)

Scapus vix 3 poll. ad basin usque spathae, quae 2 poll.; flores 3 poll. Confer sequentem *furcatam*.

n. 17. Iris *furcata*. Addatur synonymon:
M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p. 42. *Cent. pl. ross.* 2. *t.* 51. I. *biflora M. a Bieb. taur. cauc. n.* 81. (excl. syn., jubente se ipso, praeter *Pallasii* et *Schmidtii* forte) *Lepech it.* I. *p.* 300. *Georg. it.* I. *p.* 196.

Flos alteruter solet abortire. Datur quoque varietas uniflora. Ab I *biflora* differt characteribus datis. *M. a Bieb Per totias Caucasi septentrionalis herbida aprica communis.*

Pag. 462. n. 18. Iris *subbiflora*. Addatur synonymon:
Iris *biflora Her* in *Bot. Mag.*

Obs. Brotero. Fl lusit. p. 50 monet variare hanc speciem floribus pallidis seu ex sulphureo-albis, additque: „saepius uniflora, rarissime biflora, trifloram in sexcentis nunquam vidi; caules 1/2 - 1 ped, foliis inferioribus breviores, corollâ non supputatâ; flos non odore Lilii Convallium; barba corollae ex albido caerulescens, inferne lutescens." *In calcareis circa Olisiponem et Conimbricam.* 4.

Pag. 462 n 19. Iris *cristata*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. 1. *p.* 57.

Obs. Cls. *Gawler*, nunc *Her Bellenden*, ad Iridem suam *ruthenicam* β. *Bot. Mag.* t. 1393 monet Iridem *vernam* a *Gronovio* in *Fl. virg.* tanquam speciem fuisse adductam e specimine sicco *Herb. Clayton.* (nunc in *Mus. Banks.*) inde receptam a *Linnaeo*. Specimen vero hoece varietatem potius sistere Iridis *cristatae* angustioribus foliis, floribus minoribus, vel, si species propria, huic magis quam *ruthe-*

nicae β (quâcum commutari solet) esse affine: flos enim illi sessilis tubo filiformi longitudine limbi vel ultra, et spatha longa angusta. Figuram *Plukn.* (*alm.* t. 196. f. 6.) ab omnibus repetitam spectare potius ad *cristatam*. Descriptionem *vernae* a *Michaux* datam esse vagam, et *vernam H. Hew.* solâ *Millari* fors fuisse auctoritate receptam, nec extare in *Herb. Banks*. *Verna* hinc dubia videtur species. IRIS *verna Georg.* IV. 3. *p.* 670. certe ad *ruthenicam* spectat.

Pag. 463. n. 20. IRIS *chinensis*. Addatur synonymon:
I. radice repente; foliis ensiformibus nutantibus; scapo ramoso, multifloro. *Roxb. Fl. ind. ed. Car. et Wall.* I. *p.* 174.

Pag. 464. n. 23. IRIS *lutescens*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 57. IRIS *pumila lutescens Ker.*
Cor. tubus germine duplo longior.

Pag. 464. n. 25. IRIS *pumila*. Addatur synonymon:
Sturm Deutschl. Fl. 40. *H. Bivon. Bernard. Sicul. Plant. Cent.* 2. *p.* 32. (cum variett. 3.) Varietas *angustifolia* est I. *angustifolia Mill.* varietas *violacea Gawl. Bot. Mag. t.* 1261.

Obs. Cls. *Ker. Bellenden* s. *Gawler* monet varietatem haucce apud Hortulanos occurrere nomine IRIDIS *biflorae* et ex specimine Linnaeano in *Herb. Clifford.*, relato ad *biforam Spec.* pl., recte quidem sentire Hortulanos, cum specimen hoc omnino haecce sit *pumilae* varietas. Si vero adducto ad *biforam* a *Linnaeo* synonymo *Horti Eystett.* fides major habenda, tunc *biforam* a *pumila* diversam sistere speciem, et fors nanum specimen esse I. *subbiflorae Bot. Mag. t.* 1130. E specimine porro I. *biflorae H. Kew.* in *Herb. Banks* vix dubitandum, I. *biforam H. Kew.* eandem sistere cum I. *subbiflora bot. Mag.* speciem. *Linnaei* tamen specimina se nunquam vidisse fatetur candidissimus Auctor.

Pag. 464. n. 26. IRIS *dichotoma*. Addantur synonyma:
Link Enum. alt. I. *p.* 464. *Bot. Mag.* 246.
Folia ensiformia, falcata, scapi bis terve ramosi; spathae terminales diphyllae, multiflorae, vegetae; flores longe pedicellati, corollae violaceae tubo brevissimo, fere nullo. *Link* l. c. qui eandem nomine quoque *pomeridianae* se accepisse asserit.

Obs. 1. IRIDEM *pomeridianam* spectare ad I. *dichotomam Pall.* (dubiam plantam, utique barbâ, quâ instructam esse aiunt, carentem) e Dahuria venire, et vix esse generis, cl. *Fischer* monet *in litt.* ad divum *Römer*. Antequam floret, similis est BELAMCANDAE *tripedali*, tubere brevissimo, unguibus latis magnis laciniisque externis in disco nectarii. Flos ephemerus a 12-1 *ifra* pomeridiana ad 4am vel 4 *ifam*.

Obs. 2. Huic videtur affinis IRIS *brevicuspis Fisch. in litt ad div. Römer*, quae „IRIS radice venenata *Adams*. Etiam dichotoma, imborbis, sed unicâ tantum dichotomiâ. Flores quidquam similes I. *sibiricae*, sed laciniae interiores multo breviores, breves tantam cuspides." *Fischer l. c. qui circa Shiganzk, a Jakutzk versus Boream ad Lenam.*

Pag. 466. n. 31. IRIS *Amoena*. Addatur:

Obs. Hanc esse eandem speciem, quae IRIS *plicata Lam.*; *Link Enum. alt. I. p.* 58. Attamen haud convenit utriusque descriptio. *Steudel* huc ducit tanquam synonymon IRIDEM *aphyllam a. Curt.*

n. 32. IRIS *bohemica.* Addatur:

Obs. Clo *Link* eadem videtur cum *bifiora.*

Pag. 466. n. 33. IRIDI *Pseud-Acoro* addatur:
Wahlenb. Fl. ups. p. 14. *Svensk Bot. t.* 110.
γ. pallido-flava; floribus pallido-luteis, foliis apice magis elongatis. *Sims bot. Mag. n.* 2279.
γ Fertur allata e Carolina a divo Lyons.

Pag. 467. n. 34. IRIS *Monnieri* a clo *Gawler* eadem dicitur cum *ochroleuca*, a qua nobis diversa videtur, licet similis. Specimen nostrum lectum a D. *Sieber prope Nio-Chorio in Creta.*

Pag. 467. n. 35. IRIS *foetidissima.* Addatur synonymon:
Engl. Bot. t. 596. *Link Enum. alt.* I. *p.* 59. *β.* I. *foet. flavescens Decand.*
Cor. fusco-violacea, flavo-striata. *Link.*

n. 36. IRIS *versicolor.* Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 59. *Bigelow Amer. med. Bot. t.* 16.
Cor. laciniae reflexae basi flavescentes, venis caeruleis, medio albidae caeruleo-venosae, ambitu caeruleo; erectae caeruleae stigmatibus minores; tubus germine brevior, superne ampliatus. *Link.*

Pag. 468. n. 37. IRIS *cuprea.* Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 59. I. *fulva;* fol. pluribus (4-5) angustius lorato-ensatis, striatulis, subflaccidis; summis caulem teretem, nunc ramosum, geniculate flexum subsuperantibus; spathâ florem excedente: valvis extimis herbaceis, naviculari-lanceolatis, infimâ subfoliaceâ; germine ovali-oblongo, hexagono, quam pedicellus brevior; tubo fistuloso, rotundate subtrigono, sex-triato, germinis sub quartam brevioris fere diametro; limbo reflexo, laciniis totis planis obtusatis, exterioribus ovali-ellipticis, tubo duplo longioribus, inferne subangustatis, interioribus depressioribus, lanceolato-ellipticis, subbrevioribus, duplo angustioribus; stigmatibus a corollae disco prostantibus, alte convexis, infra utrinque serratis, interioris labii segmentis dentato-erosis; labio exteriore sinuato-bilobo, lobulis deflexis; capsulâ ventricoso-ovali, hexagonâ. *Gawl. Bot. Mag. t.* 1496.
Rhizoma divisum subcylindricum, annulato-nodosum assurgens 1/2 poll. in diametro; folia laete viridia equitantia, in fasciculis sterilibus latiora longiora, bipedalia, ultra 1/2 poll. lata; scapus crassitie fere calami scriptorii, ramo plerumque unico;

corolla 3 circiter poll., inodora, laciniis primum pendulis, dein subhorizontalibus, fulvis, venis purpureis, unguibus subpubescentibus, quâ stigmate teguntur. *Gawl.* Laciniae erectae multo majores stigmatibus. Tubus germine longior. *Link.*

n 38. IRIS *tridentata*. Addatur synonymon:
IRIS *tripetala S. V. ed. nostr. n.* 83.

Pag. 468. n. 39. IRIS *virginica*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 59. I. foliis ensiformibus; caule altero latere acuto; segmentis stigmatis reflexis. *Bolton Florul. Bort. p.* 12.

Color corollae ut in *versicolore*. Corollae laciniae erectae stigmatibus longiores. *Link.* Flores magni caerulei. Caulis 1-3-ped., compressus. Folia apice subincurva. Germina obtuse triangula, lateribus planis. Petala exteriora revoluta, interioribus plus quam duplo majora. *Bolton.* Confer sequentem *Boltonianam.*

n. 39 a. IRIS *Boltoniana*; imberbis; foliis linearibus; caule tereti, plurifloro; germinibus trigonis, lateribus bisulcatis. IRIS *gracilis Bolton* in *Bigelors Flor. borton. p.* 12.

Radix carnosa, sarmentosa. Caulis laevis, gracilis, 1-2 ped., superne ramosus, foliis alternis pluribus, floribus 2-8. Folia erecta, basi vaginantia. Bracteae arctae, scariosae. Pedunculi intus plani, bracteis plerumque longiores. Petala exteriora patentia, margine purpurea, medio flavicantia, venosa, (maculâ flavâ latiore quam in *virginica*): interiora lanceolata, subemarginata. Germen oblongum: latera sulcis 2 parallelis, ut quasi e tribus cylindricis constare videatur, qui vero in capsula triangulari fere obliterati. *Circa Boston meridion.* et *Cantabrigiam cum virginica, quâ rarior. Bolt.* Videtur a plerisque cum *virginica* confusa, cujus fors synonyma plura hujus loci. 4.

Pag. 468. n. 40. IRIS *spuria*. Addatur synonymon:
Sturm Deutschl. Fl. 40. *H.* Excludatur vero I. *spuria M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. n.* 85 (quae nunc suae *Güldenstaedtianae* varietas *a*, *livescens*. et eadem cum I. *desertorum Güldenst.* et I. *spuria c. desertorum Bot. Mag.* 1514.) et I. *ochroleuca M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. n.* 86. (quae nunc *Güldenstaedtianae β*, et eadem cum I. *desertorum Güldenst.* et I. *spuria* δ. *halophila Bot. Mag.* 1131.) et I. *spuria* ε *stenogyna*, (quae *Güldenstaedtianae* δ.) et I. *spuria α Bot. Mag.* 1131 (quae nunc I. *notha M. a B.*, et eadem cum I. *halophila Bot. Mag.* 875.)

Obs. IRIDIS *spuriae* enarratis varietatibus *Gawleri* adde, fide ejusdem:
α. I. *spuria Gawl. bot. Mag.* t. 1131 in synon. et calce textus.
β. I. *spuria Gawl. bot. Mag.* t. 1131.

γ. I. *ochroleuca* major; corolla albido-lutescens. I. *spuria* γ *Gawl. bot. Mag. t.* 1131. in synon. et calce textus.

δ. I. *spuria* δ. *Gawl. bot. Mag. t.* 1131. I. *salsa Pall. it. 2. lib. 2.* 461.

ε. I. *spuria* ε. *Gawl. bot. Mag. t.* 1131.

ζ. I. *spuria* ζ. *Gawl. bot. Mag. t.* 1515. I. *Güldenstaedtii Donn. Hort. Cant. ed. 6.* 17.

In ε. flos fragrans, herba foetens. Characterem specificum *spuriae* posuit sequentibus *Gawler* in *Bot. Mag. t.* 1515.: foliis pluribus angustius lorato-attenuatis, caule deformius subteretі geniculatim flexuoso, foliolis spathaceis vaginato ac saepius erecto-ramoso, longioribus, aut rarius subbrevioribus; spathâ plurivalvi herbaceâ, ventricosius lanceolatâ, convoluto-conduplicante, tubum floris transeunte; germine longius pedicellato, ovato-oblongo, sulcato hexangulari, in collum cassum attenuato; corollâ biformi; tubo cyathiformi hexagono tam germen quam limbus pluries breviori; limbi laciniis isometris basi membranâ brevi connexis: extimis rotato-divaricatis, spathulato-oblongis, unguibus ellipticis, concaviusculis, intus plicâ luteâ longitudinali rotundato-prominulâ velutino-pubescente, intersectis, ac basi utrinque intra marginem carunculâ dentiformi filamentum includente stipatis, laminâ subovato-rotundâ reflexâ duplo longioribus; intimis clavato-lanceolatis, parum angustioribus, erectiusculis, inferne convoluto-angustatis; stigmatibus recte subtenso ungui subaequalibus, extimo labio bilobulato-exciso, intimi segmentis recurve divergentibus.

Pag. 469. n. 41. Iris *stenogyna*. Deleatur, utpote eadem cum I. *Güldenstaedtianae* δ. *M. a Bieb. Suppl.* et *halophila Pall.*

Pag. 469. n. 42. Iris *ochroleuca*. Excludatur β cum omnibus synonymis, quod nunc I. *Güldenstaedtianae* α et β *M. a Bieb. Fl. taur. cauc. Suppl. p.* 43. et addatur.

Obs. Cls. *Link* sub I. *ochroleuca* jungit I. *Güldenstaedtianam Marsch. a Bieb.*; *halophilam Willd. Enum.* (*S. V. n.* 44.) et *stenogynam* (*s. v. n.* 45), ad quam laudat Irid. *spuriam* ζ *Bot. Mag. t.* 1515 tanquam bonam; et „corollam" addit „ochroleucam, tubo germine longiore superne ampliato, virescente, laciniis reflexis basi canaliculatis, laminâ ovatâ lineâ obscure flavâ." Cls *Ker* huc trahit Iridem *Monnieri Decand*, et *orientalem Mill.*

Pag. 470. n. 43. Iris *Güldenstaedtii*. Addatur:

Obs. Iridis species haec nunc ab exc. *M. a Bieberst. Fl. taur. cauc. Suppl.* exponitur sequentibus:

„Iris *Güldenstaedtiana;* imberbis; foliis primigenis ensiformibus, caeteris linearibus; spathis acutis, pruinoso-scabris; petalorum deflexorum laminis ovalibus, unguibus stigma aequantibus; germinibus hexagonis. *Fl. taur. cauc. Suppl.* p. 42. α. I. (*livescens*) foliis latiusculis, corollis pallide caeruleis vel sordide ochroleucis, petalorum deflexorum laminis rotundioribus, foetens. Iris *spuria Flor. taur. cauc. n.* 85. (excl. syn.) I. *desertorum Güldenst. it.* 1. *p.* 189. (ex loco natali.) I. *spuria* c *desertorum Bot. Mag.* 1514

et nota ad 1131. β. foliis latiusculis, corollis ochroleucis, petalorum deflexorum laminis magis oblongis. I. *Güldenstaedtiana Lepech. Act. petrop.* 1781. I. p. 292. (quoad descriptionem.) *Willd Enum. H. berol.* p. 65. *Hornem.* Hafn. 1813. p. 56. I. *ochroleuca M. a. Bieb. taur. cauc.* n. 86 (excl. synon. praeter *Lepechin.*) I. *desertorum Güld. it.* I. p. 80 et 107 (ex loco natali.) I. *spuria* δ. *halophila* minor, corollâ ochroleucâ. *Bot. Mag.* 1131. γ. foliis angustis, corollis sulphureis, petalorum deflexorum laminis oblongis. I. *diluta M. a Bieb. Cent. pl. ross.* 2. t. 81. δ. humilior, foliis latiusculis, corollis ochroleucis, stigmatibus emarginatis: lobis obtusis. I. *halophila Pall. it.* 2. p. 733. app. n. 99 et 3. p. 713. n. 63 t. B. f. 2. I. *salsa Pall. it.* 2. p. 461. et 465. I. *stenogyna Redout.* 310. I. *spuria*, β *stenogyna Bot. Mag.* 1515. I. *Güldenstaedtiana Lepech. Act. petrop.* l. c. (quoad iconem t. 8.)

Harum varietatum limites nullos invenio. α, *spuriae* proxima, petalis subaequantibus: erectis, oblongo-ovatis, levissime emarginatis, tubum versus margine lutescentibus; deflexis ungue sub lamina valde constricto, ipsâ laminâ subintegrâ, disco lutescente, striis violaceis; stigmatibus concoloribus, bifidis, lobis acutiusculis, obsolete crenulatis; tantum in pratis depressioribus fluv. Terek., ubi et *Lepechin*, cujus vero descriptio potissimum ad β concinnata, multo frequentiore in depressis ad Wolgam, Haoljam, Tanaim, et Tyram et per Ucraniam. Hae omnes, etiam γ, foliorum angustiâ aberrans et floribus minoribus, circa munimentum Constantinomontanum Caucasi in fossis aquosis, gaudent stigmatis lobis plus minus acutis et obsolete crenulatis; contra in δ ex Iberia, (quam *Lepechin* icone exhibuisse videtur, si florum habitum et stigmatum formam respicis) stigmata leviter tantum emarginato biloba, lobis obtusis integerrimis. Nec de vero nostrae ab I *ochroleuca* discrimine mihi constat. Hujus enim specimina culta, quales *Curtis Bot. Mag.* t. 61. „(quae IRIS *Güldenstaedt Willd. Enum* fide *Link*, cui I. *aurea* in *Enum. alt.* p. 59 et forte *ochroleucae* varietas)“ et *Redouté Lil.* t. 350 plantam ex culturâ vegetiorem grandifloram et latipetalam tantum sistere dicebat. A *spuria* omnes nostrae varietates differunt spathis acutioribus, colore florum pallidiore, petalorum deflexorum laminis minus rotundatis, stigmatibus longioribus, quae in I. *spuria* basin laminae petalorum deflexorum vix attingunt.“ *M. a B. l. c.*

Pag. 470. n. 44. IRIS *halophila*. Deleatur, cum partim ad I. *Güldenstaedtianae* δ. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc.*, partim ad sequentem I. *notham* spectet.

n. 44 a. IRIS *notha M. a Bieb.*; imberbis; foliis primigenis ensiformibus, caeteris linearibus; spathis acuminatissimis, laeviusculis; petalorum deflexorum laminis ovatis, amplis; unguibus stigma aequantibus; germinibus hexagonis. *Marsch. a Bieb. Cent. pl. ross.* 2. t. 77. *Fl. taur. cauc. Suppl.* p. 45 et hoc teste: I. *halophila Bot. Mag.* 875. *Ait. Hew. ed.* 2. t. 1. p. 72 (non *Pallasii*,

licet e seminibus Pallasianis.) I. *spuria α major Bot. Mag.* in nota ad 1131. *Ait. Kew. l. c. p.* 115.

Affinis *spuriae*, *ochroleucae*, *Güldenstaedtianae*, imprimis quoad folia, inflorescentiam, fructum: differt spathis majoribus, apice valde elongato, patentioribus, ultra corollae tubum porrectis, prainâ scabriâ destitutis; floribus speciosioribus amoene caeruleis, petalis latioribus: extimis horizontaliter porrectis, et basi lineari tubi corollae fructusque cuspide longioribus. *M. a. B.* *In collibus herbidis prom. Caucas. septentr. circa thermas Constantinomont.*, *Stauropolin.* 4.

n. 45. Iris *ramosissima*. Addatur synonymon:
Iris *ramosa Syst. Veg. ed. nostr. p.* 479. *n.* 77.

Pag. 471. n. 47. Iris *scorpioides*. Addatur synonymon:
Iris *verna Syn. H. R. Panorni.* (fide *Bivona Bernardi* l. c.)

Obs. I. *transtagana*, foliis conduplicato-ensiformibus distichis; laciniis petaloideis interioribus minimis, patenti-reflexis; stigmatibus acutiusculis, bifidis, irregulariter-serratis, laciniâ quâvis corollae exterioris brevioribus. *Brotero Fl. lusit. p.* 52, etiam num clo *Brotero* diversa videtur ab I. *alatâ Poiret;* addit enim *Brotero* in *observatione* l. c.: „Media inter Iridem *alatam Poiret Enc.* et Irid. *persicam Linn.*; sed differt ab *alata* foliis duplo latioribus; corollae coloribus; laciniis petaloideis externis medio lobatis, semper longioribus quam stigmata irregulariter dentata sive serrata; ab Iride *persica* vero foliis conduplicato-ensiformibus, carinatis, recurvis, valde longioribus: stigmatum lobulis acutis nec obtusis aut semiorbicularibus. Unde patet D. *Lamarckium* synonyma *Joh. Bauhini* et *Clusii*, quae nostrae solum conveniunt, suae Ir. *alatae* adjunxisse. — Radix bulboso-grumosa, infra nodum bulbi grumis quinque filiformibus crassis, insuper bulbulis adnatis ovato-acutis. Bulbus summe tunicatus. *Prope Elvàs* et *Eboram in argillosis.*“ Specimen in Hispania lectum debemus clo *Agardh.* Iridem *micropteram* (*scorpioidem Desf.*) non differre ab *alata*, ut cls. *Gawler* proposuit *bot. Mag. t.* 986., monet serius ibidem No. 1161.; sedurtum fuisse se ait a figura *Desfontainiana*, in qua laciniae tres angustiores corollae erectae pinguntur, nec horizontaliter patentes, ut in planta viva. Nomen *alatae Lam.* retinere suadet. Conf. Obs. ad I. *caucasicam.*

Pag. 471. n. 49. Iris *Xiphium*. Addatur synonymon:
Iris *hispanica Hortul.*

Pag. 472. n. 50. Iris *Xiphioides*. Addatur synonymon:
Iris *anglica Hortul.*

n. 51. Iris *Sisyrinchium*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 60. I. vix barbata, foliis linearibus, canaliculatis, reflexis; bulbis superimpositis. *Riv. Bern. Sic. Pl. Cent.* 2. *p.* 33. Moraea *sisyrinchium Gawl.*; fol. radicalibus subbinis, ligulato-involutis, bifariam divergentibus, tereti-caudatis, extus striatulis, depr-

sum fistuloso - vaginantibus; caule culmaceo, simplici vel uni - bi - ramoso, foliolo uno, rarius et altero; spathâ pluriflorâ, plurivalvi, lanceolato - convolutâ: valvis externis herbaceo - striatis, aristatim cuspidatis; germine pedunculoideo-elongato, prismatico attenuato, spatham subaequante, pedicellum aliquoties excedente, superne longius casso; corollâ hexapetalo - partitâ ex anguste turbinatâ, limbo biformi - patente; laminis exterioribus ovatis, rotato - patentibus, ungues aequantibus; interioribus spathulato - lanceolatis, duplo - angustioribus, parum brevioribus, stigmata aequantibus, erecto - divergentibus; stigmatum labii interni segmentis anguste semilanceolatis, cuspidatis, divergenter collateralibus, extimi minuti bifidi appressi parabolice rotundatis; capsulâ tenuissime membranaceâ, prismatico - columnari, seminibus numerosis subovatis, puncticulatim pruinatis, translucentibus nodulata, superne casso - caudata. *Gawl. Bot. Mag. t.* 1407.

In synonymia a nobis adductâ dele β post synonymon Clusii; et adde *Brotero Fl. lusit.* 1. 52. *Parkins. Par.* 170. t. 169. f. 6. Cls *Gawler* l. c. describi. „Bulbo-tuber magnitudine Castaneae minoris, extus integumentis fuscis reticulato-fibrosis; folia 6-7 poll., angusta; flores 1 1/2 poll., 3-5 successive florentes; semina numerosa parva rubro fusca. Variare corollâ purpureâ, caeruleâ, albâ, flavâ. Cor. non esse tubulosam, sed germen apicem versus sterile.“ Tuber edule. Cor. tubus brevissimus, pallide caeruleus; laciniae reflexae maculâ flavâ. *Link* I. *Sisyrinchium Thunb. Fl. cap.* fors distincta species ab I. *Sisyrinchio* europaea.

Pag. 472. n. 52. IRIS *juncea*. Addatur:

Obs. I. *juncea* foliis canaliculato-subulatis; caule subunifloro, spathis acutis *Brotero Fl. lusit. p.* 51. omnino hujus loci videtur; addit nempe: „flos luteus.“ Sed monet varietatem videri I. *Xiphii*, cui „flos violaceus aut nimis versicolor.“ *In collibus de Alcantara circa Olisiponem, etiam in Beira.* 4.)

Pag. 473. n. 53. IRIS *lusitanica*. Adde synonyma:
IRIS *sordida Solander* Herb. Banks. I. bulbosa IV. s. lutea *Clus. Hist.* 212. *f.* 5. *Bauh. Hist.* 2. 705. *Hyacinthus* poëtarum luteus. *Lob. ic.* 95.

Differt ab I. *Xiphio* germine incluso, laminis exterioribus turbinate recurvis, nec rotatis, et longioribus; unguibus exterioribus, quam stigmata latioribus. Involucrum subunifloorum. Flores lutei, unguibus violaceis. Laciniae interiores lineari-lanceolatae, erectae, incurvo-subconniventes, planiusculae, reflexae, undulatae, emarginatae; exteriores parum longiores, subturbinato-patentes, laminis revoluto-deflexis. Germen subinclusum. *Hab. ad Lisboam, in sylvis ad Cordubam et Antequeram.* 4.

Pag. 473 n. 55. IRIS *angusta*. Addatur synonymon:

Moraea *angusta;* folio radicali deorsum fistuloso-vaginante, inde anguste lineari-involuto, cuspidato, quem caulis subsimplex distanter subbiarticulatus longiore; spathâ plurivali, subsolitariâ, terminali, pauci (2-4) flora: valvis externis binis herbaceis, fusiformi-convolutis, obtusulis cum acumine, infimâ duplo breviore; pedicellis inclusis; germine gracilius subclavato-prismatico, excluso; corollâ e brevius cucullatim coarctatâ sursum divaricante, inde recurvatâ; laciniis isometris; internis lineari-lingulatis subquadruplo-angustioribus, obtusis; externarum laminâ oblongo-ovatâ cum acumine unguem subaequante; filamento? an uibus subduplo breviore; interni stigmatum labii segmentis lineari-acuminatis, arrecto-reflexis. *Gawl. bot. Mag. t.* 1276. *Annal. Bot.* I. *p.* 240. *Ic. pict. pl. cap. Cod. Banks* e *Spec. spont.* in *Herb.*

Affinis M. *tripetalae;* bulbo-tuber ovatus, integumentis reticulatis, obscure fuscis, fibris crassis, lignosis; fol. caulinum spathaceum, circiter pollicare; spatha 2 circiter poll., valvis exterioribus sphacelatis, apice rubris; cor. fere 2 poll., flava, extus venis purpureis. An imberbis?

Pag. 473. n. 57. Iris *persica.* Addatur synonymon:
Xiphium *persicum Mill.*

Obs. Mirum quod narrat cls. *Sims Enumeration* p. 20 aliis hanc plantam esse odoratissimam, alios vero simul eidem adstantes nec levissimum inde sentire odorem.

Pag. 474. n. 58. Iris *curtopetala.* Addatur synonymon:
Iris *spuria* var. *Ker.*

Pag. 474. n. 59. Iris *verna.* Addatur synonymon:
Iris *verna* (nana) *Pers. Syn.* I. *p.* 53. *n.* 43.

Obs. Iris *verna Nuttall Gen.* 22. „Radice tuberosâ, rufescente; foliis radicalibus lineari-ensiformibus, rigide coriaceis, acutissimis, marginatis, atro-viridibus, basi leviter spiraliter tortis, 6 fere pollicum; scapis vaginatis etipulis lineari-lanceolatis, carneis, unifloris, subradicalibus; *corollae tubo triangulari fere 2 poll.; germine attenuato triquetro;* laciniis limbi interioribus et exterioribus subaequalibus, oblongo ovatis, pallide caeruleis: exterioribus 3 striâ oblongâ aurantiacâ maculatâ, lineâ in medio elevatâ subvillosâ; stigmatibus lineari-oblongis profunde bifidis certe ab Iride *vernâ Pursh*, distincta, cum illa *Michaux* magis conveniens praeter radicem generis tuberosam, nec simpliciter fibrosam. Affinis *cristatae*, sed flores minores, imberbes, subodori, elegantes variegati. Radix, ut in *cristata*, acris, urens. *Nuttall* l. c. Confer *Obsere*, ad *cristatam.*

n. 59 a. Iris *minima Herb. Johann.;* glabra; scapo unifloro foliis linearibus striatis gramineis breviore; corollâ tubo brevissimo, campanulato; petalis exterioribus imberbibus oblongo-lanceolatis stigmata subaequantibus, inte-

rioribus brevioribus angustatis; spathis subfoliaceis acuminatis germen includentibus. *De Vest. in litt.*

Hoc nomine sine patria et auctoritate servatur in *Herb. Johann. Nor.* Radix videtur nodosa. Folia firmula, vix spithamaea. Scapus e folii fissura emergens hoc dimidio brevior. Valvulae spathae pollice longiores, foliaceae, acuminatae, ad medium usque floris porrectae. Color petalorum? Petala exteriora oblonga, interiora breviora, subcuneiformia. Stigmata magna, apice bifida. Ad *vernam* proxime accedere videtur, sed petala alterna maxime inaequalia. *De Vest. in litt.*

59 b. Iris *lacustris Nuttall;* floribus imberbibus; foliis brevibus, ensiformibus, scapo unifloro multo longioribus; petalis subaequalibus basi attenuatis; capsulâ turbinatâ, triquetrâ, marginatâ; seminibus subrotundis glabris; radicibus tuberosis. *Nuttall's Gen.* I. *p.* 23.

Radices utrinque ad latera protensae, unde cespites ampli densique; folia raro 6 poll. excedunt, scapi raro non uniflori; flores pallide caerulei. Affinis *cristatae.* Denuo examinanda. *Ad littora lapidosa insularum calcarearum lacus Huron prope Michilimakinak.* 4.

Pag. 475. n. 61. I. *sibiriae.* Adde synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 475. *Sturm Deutschl. Fl.* 40.
Iris *stricta Pohl* et *Mönch.* Iris *bicolor Mönch.*
δ. foliis primo sanguineo-rubentibus, demum viridibus; corollâ majore, caeruleâ, puniceo-suffusâ. *Bot. Mag. t.* 1604. et, fide *Gawler*, I. *sanguinea Donn. H. Cant. ed* 6. 17. I. *orientalis Thunb. Linn. trans.* 2. *p.* 328? *Willd. Spec.* I. *p.* 237? *Vahl Enum.* 2. 127. („ubi" monente G., male collocatur in sectione barbatarum, et pro synonymo I. *sibiricae* e *Flor. japon.*, aliud habet *germanicae*, quod non extat in dicto opere)? I. *sibirica Thunb. jap.* 33?

Differt ab α et β praeter characteres datos floribus celerrime evanidis, per horam vix unam alteramve persistentibus, pedunculoque breviore striato. Descriptio data a *Thunberg* in *Linn. Trans.* l. c. quadrat. *E Sibiria dicitur allata, sed dubia tamen patria. Gawl.* l. c.

Obs. Link l. c., qui folia non erecta, sed longa laxe decumbentia petit, hujus varietatem *albam* habet, corollis albis, venis lutescentibus, *Bot. Mag* t. 624, quae illi Iris *flexuosa Murr.* (S. V. ed. nostr. n. 14.)

n. 61 a. Iris *triflora Willd.;* foliis linearibus, acutis, longitudine scapi subtriflori; spathis submarcidis, longe acutatis, longitudine tubi corollae. *Link Enum. alt.* I. *p.* 60. *Willd. Enum. Suppl.* 4.

Valde similis I. *acutae*, a qua spathis praecipue differt. Flores terminales terni, conferti. *Link* l. c. *In Italia.* 4.

61 b. Iris *haematophylla Fisch.*; foliis linearibus, laxis, scapo multo longioribus; spathis duabus oppositis, acutis; floribus pedicellatis; germine trigono. *Link Enum. alt.* I. *p.* 60. Iris *biglumis Willd. Enum. p.* 4.

Spathae virides. Germen sulcatum. Cor. laciniae reflexae albo caeruleoque striatae, erectae, obscurae, violaceae, ut et stigmata bifida lacinulata. Tubus vix ullus. *Link* l. c. *In Sibiria.* 2.

Pag. 475. n. 63. Iris *martinicensis.* Addatur synonymon: *Trattinn. Ausw. Gartenfl.* 9. *H.* Vieusseuxia *martinicensis Link Enum. alt.* I. *p.* 55.

Obs. Specimen nostrum in *Herb. Martinic. Sieberian* unifloram, nimisque male conservatum, quam ut certi de specie esse possimus.

Pag. 476. n. 64. Iris *prismatica.* Addatur synonymon:
I. foliis subtrinis radicalibus, angusto lineari-ensatis, nervoso-striatis, uno caulem simplicem teretem glabrum aphyllum enodem subsuperante; spathâ subtrivalvi: valvis externis herbaceis, navicularibus, conduplicantibus, infimo nunc longissimo in folium procrescente; pedunculo triquetro germine prismatico pluries longiori duplo brevioribus; capsulâ oblongo-prismaticâ utrinque angustatâ, angulis subalatim extenuatis. *Gawl. bot. Mag. t.* 1504.

Fol. 6-8 poll., vix 2 lin. lata; scapus purpurâ maculatus; flos omnino *virginicae*, minor tamen ac pallidior. *Gawl.* l. c. cui varietas fors esse videtur *virginicae*, quae variat pedunculis longitudine hujus, et scapo subinde simplici foliis breviore.

Pag. 476. n. 66. Iris *graminea.* Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 472. *Sturm Deutschl. Fl.* 40. *H.* Iris *compressa Mönch.*

Obs. Iridem *Adamsii* ab *Adams* in *Herb. Willd.* ab hac non differre *Link Jahrb.* 3. p. 72.

Pag. 476. n. 67. Iris *humilis.* Addatur synonymon:
I. etc. stigmatibus bifidis. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 46. I. humilis orientalis flore dilute janthino etc. *Tournef. Cor. p.* 25.

Obs. Synonymon *Gmel.* in *Fl. taur cauc.* n. 89 excludendum esse, utpote ad I. *ruthenicam* spectans, monuit exc. auctor. II. cc. Specimen nostrum a clo *Sieber* in Creta lectum omnino convenit cum diagnosi et descriptione exc. *M. a. B.*

n. 67 a. Iris *cespitosa Pall.*; imberbis; foliis linearibus, scapo unifloro multo longioribus; spathis subscariosis, acutis, tubo corollae longioribus; rhizomate longe repente. *Link Jahrb.* 3. *p.* 71.

Differt ab *humili* tubo corollae multo breviore, laciniis corollae erectis non emarginatis. Scapus brevissimus. *Link* l. c. *Habitat — Pallas* in *Herb. Willd.*

Pag. 4-6. n. 68. IRIS *ruthenica*. Addatur synonymon:

I. fasciculis sterilibus plurifoliis, foliis anguste gramineis, nervosis, deorsum equitantibus; caule bis breviore extrafoliaceo foliolis subbinis caulinis brevibus; spathâ bivalvi, herbaceâ, lanceolatâ; germine ovato rotundato-trigono quam pedicellus 3-4 plo breviore; corollâ infundibuliformi superne reflexo-patente; tubo quam limbus aliquoties breviore, quam germen bis terve longiore, rotundato trigono; limbi laciniis extimis triplo latioribus, unguibus turbinato-conflexis ligulato-concavis, laminâ ellipticâ, obtusâ, recurvâ, parum latiore duplo longioribus; intimis anguste spathulatis paulo brevioribus, unguibus lineari-canaliculatis erectis, laminâ ligulato-ovali acutiore sublatiore revolutâ; stigmatibus latitudine unguium exteriorum ad mediam laminam usque productis; interioris labii segmentis parabolice rotundatis, reflexis, imbricato-collateralibus, eroso-denticulatis; labio exteriore minuto, convoluto, mucronato, apice retuso, reflexo. *Gawl. bot. Mag. t.* 1393. (excl. *α.* quae I. *humilis.*) *β.* pedicellis spatham aequantibus, tubo corollae exserto; floribus violaceis, albo variegatis. *Gawl. bot. Mag. t.* 1393. IRIS *verna Hortul.*

Rhizoma horizontale, ramentis sphacelatis hirsutum. *In Russia, Sibiria, Dauria.* 4. Cls *Stendel* huc cum? ducit IRIDEM *spuriam*, quae minime hujus videtur loci.

Pag. 479. n. 77. I. *ramosa*. Deleatur: est *ramosissima*.

Pag. 480. n. 80. IRIS *crispa*. Addatur synonymon:

MORAEA *crispa*; foliis rigidiusculis, imis angustius loratoacuminatis, convoluto-canaliculatis, glaucinis (totum, partim, vel omnino non crispatis), reliquis brevi spathaceis; caule altiore, remote pauci-articulato stricto, glabro, simplici vel patenti paniculatim ramoso (modo paniculae ramis 2. 4 in eodem genu fasciculatim positis); spathis herbaceis plurivalvibus, subbifloris, convoluto-fasciculatis, brevilanceolatis, terminalibus, imum versus obsoletius in nodulum constrictis; pedicellis inclusis; germine brevi, subovato, rotundato-trigono; corollae laciniis subspathulatoovatis; unguibus turbinatim collectis; laminis explanatis, rotatis reflexisve ovatis: intimis subduplo angustioribus; stigmatum labii interni segmentis dimidiato-lanceolatis, erectis. *Gawl. bot. Mag. t.* 1284. *Annals of Bot.* 1. *p.* 240. *α.* foliis explicatis, caule simplici. *β.* foliis subundulatocrispis, caule subramoso. *γ.* foliis totis undulato-crispis, caule subramoso (flor. flavicantibus.) t. 1284.

Obs. Gawlari planta quam omnino eandem esse cum IRIDE *crispa Linn.* asserit, nomine, se MORAEA, alio designanda, cum jam sit MORAEA *crispa* antiquior.

Pag. 480. n. 81. Iris *tuberosa*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 60. *Bivon. Bernard. Sic. Plant. Cent.* 2. *p.* 34. *Seb.* et *Maur. Prodr. Fl. Rom. p.* 20.

Cor. laciniae reflexae, ungue virescente; lamina purpureo-violacea. *Link* l. c. Flores albo-subvirides, laciniis exterioribus erectiusculis, ultra medium reflexis, lamina supra atrâ, velutinâ. *Seb.* et *Maur.*

n. 82 Iris *reticulata*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 60. (qui post *xiphioiuem* posuit.)

n. 83. Iris *tripetala*. Deleatur: est enim eadem cum *tridentata*.

Pag. 480. n. 85. Iris *caucasica*. Addatur:

Obs. „Nimis affinem esse *scorpioidi*, adeoque justum discrimen inter utramque ulterius investigandum.“ *M. a. Bieb. Suppl. taur. cauc.* p. 45. Cls. *Link Enum. alt.* I. p. 60. *xiphioidem* ad *bulbosas* posuit, notans: „Folia canaliculata, reflexa. Cor. tubo longissimo, laciniis exterioribus patulis, basi canaliculatis, barbâ cristatâ, laciniis interioribus parvis, reflexis. Valde similis *scorpioidi*, at folia longiora, reflexa, spathae laxae, corollae majores caeruleae. Folia in utraque striato-scabra.“

Pag. 581. n. 86. Iridi *ibericae* subjungatur:
n. 86 a. Iris *paradoxa Stev.*; barbata; caule unifloro, foliis conduplicatis, linearibus, recurvato-falcatis altiore; corollae laciniis interioribus exteriores multoties excedentibus. *Stev. Mem. Soc. mosqu.* V. *p.* 355. *M. a Bieb. Suppl. taur. cauc. p.* 41.

Simillima *ibericae* praeter florem; corolla magnitudine *xiphioidis*. Tubus germine duplo longior, spathâ inclusus. Petala exteriora patentia, stigmatibus parum majora, convexa, sature violacea, margine albo-variegata, barbâ late expansa, brevissimâ, villosâ; interiora quadruplo ampliora, erecta. violacea, ut in sicca videtur immaculata. Stigmata pallidiora, apice bifida. *Stev. l. c.* *In Iberiae collibus apricis.*

n. 87. Iris *virescens*. Addatur synonymon:
Iris *lutescens Aiton.*

Pag. 481. n. 90. Iris *acuta*; addatur definitio:
I. foliis linearibus, acutis; scapo subtrifloro brevioribus, erectis; corollae tubo brevi. *Link Enum. alt.* I. *p.* 60.

Flores longius, quam in *sibirica*, pedicellati. Cor. colore eodem, tubo quoque brevi. *Link l. c.* qui *sibiricam* inter et *trifloram* posuit.

Obs. Occurrere in hortis saepe nomine Iridis *sibiricae*, quacum floribus omnino convenit, foliis differt.

Pag. 481. n. 91. Iris *sordida*. Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 57. (*germanicam* inter et *sambucinam*.)

Folia ensiformia, caule breviora. Spathae vegetae. Flores sessiles. Cor. laciniae deflexae, ochroleucae, striis fuscescentibus, lituris sparsis violaceis; erectae ochroleucae, pallidae. Varietas major I. *flavescenti Red.* simillima, corollae colore eodem; at tubus duplo fere germine longior. A varietate minore non differt nisi magnitudine, floribusque inferioribus pedicellatis, quod aetatae accidit. *Link l. c.* In *Herb. Willd.* nullum prostare specimen *sordidae. Link Jahrb.* 3. *p.* 71.

Pag. 432. n. 92. Iris *spathulata*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 59. I. *desertorum Güldenst. Bot. Mag.* 1514. Iris *spuria Redout. Lil. t.* 349. *Willd. Enum. Suppl.* 4.

Corollae laciniae reflexae, lineâ mediâ et marginalibus flavis; laminâ ovatâ, acutâ; erectae caeruleae, stigmatibus caeruleis longiores. Cls. *Link* hanc speciem I. *Güldenstaedtii* inter et *capream* posuit.

n. 93. Iris *setosa Pall.*; imberbis; foliis scapo longioribus, linearibus, longe acutatis; petalis exterioribus subrotundo-spathulatis, longe unguiculatis: interioribus ungue exteriorum brevioribus, truncatis, setâ terminali. *Link Jahrb.* 3. *p.* 71. ex *Herb. Willd.*

In Sibiria. Pall. 4.

n. 94. Iris *uniflora Pall.*; imberbis; foliis linearibus, longe acutis, apice subfalcatis, paullo longioribus scapo unifloro; spathis subscariosis, subaequalibus, obtusis, tubo corollae longioribus. *Link Jahrb.* 3. *p.* 71. ex *Herb. Willd.*

Scapus brevissimus. *Habitat? Pallas.*

n. 95. Iris *caricifolia Pall.*; imberbis; foliis linearibus, scapo bifloro paullo longioribus; spathis vegetis longe acutatis, tubo corollae subaequalibus; rhizomate comato. *Link Jahrb.* 3. *p.* 72. ex *Herb. Willd.*

Scapus brevissimus. *Habitat? Pallas.*

Quid Iris *maritima Mill;* corollis imberbibus, caule foliis breviore trifloro; foliis linear-ensiformibus *Mill. Dict.* n. 11. I. angustifolia maritima major. *C. B. P. p.* 33.

Iris *picta Mill.*; corollis imberbibus; caule longitudine foliorum multifloro; foliis ensiformibus. *Mill. Dict. n.* 16. I. humilis minor flore picto. *Tournef. Inst. R. H.* 361. *Obs.* Alia videtur illa Iris *picta, Spreng.* apud *Dietr. Gart. Lex.* V. p. 113. petalis albis venis caeruleis reticulatis, barbâ azureâ flavâque, quae nobis ignota.

Iris *sativa Mill.*; corollis imberbibus; spathâ bifoliâ; caule folioso longitudine foliorum, pedunculis longioribus *Mill. Dict. n.* 15. I. *sativa lutea C. B. P.*

Quid IRIS *constantinopolitana* h. krzemieniec. Habui et Cracoviae, sed non floruit.
— nigra in *h. Carlsruh. Cat.*
— species e Dauuria. *Hrzem.*

n. 135. DILATRIS.

Pag. 483. n. 1. DILATRIS *umbellata*. Addatur synonymon:
IXIA *umbellata Burm.*

Pag. 483. n. 3. DILATRIS *Heritiera*. Addatur synonymon:
DILATRIS *carolina Lam.* *Nuttall's Gen. p.* 24.
LACHNANTHES *tinctoria Elliott Bot. of Carol. et Georg. p.* 197.

Obs. DILATRIS *Heritiera* vix proprium constituere genus valet, licet stamina magis, quam in speciebus capensibus, aequalia, minime tamen perfecte aequalia, et stylus declinatus. Flores fere iidem In specimine capensis speciei a cl. de *Jussieu* examinato capsula hirsuta, 3-locularis, 3-valvis, 3-sperma, valvulis intus nudis, sine placenta, receptaculo centrali trigono, semiuibus planis peltatis. In D. *Heritiera* 6-7 semina in loculo singulo globoso-compressa, receptaculo succulento nullo, capsula globosa obsolete trigona. Folia in DILATRI *Heritiera* iridea, vaginantia, caulina sessilia; flores paniculato-corymbosi, externe pubescentes, interne colorati, petaloidei, profunde 6-partiti, laciniis subaequalibus, stylo inclinato (quo ad WACHENDORFIAM accedit). Stigma obsolete trifidum. *Nuttall l. c.* Character genericus apud cl. *Elliot l. c.* est: *Cor.* 6-partita. *Stam.* 3 aequalia. *Cal.* 3-locularis, loculis polyspermis.

136. HAEMODORUM.

Pag. 484. n. 3. HAEMODORO *planifolio* adde synonymon:
Bot. Mag. t. 1610.

Folia collaterali-disticha, (g)laucescentia), lineari-ensata, firmula, aequato-nervosa, radicalia 4-6?, caulina alternatim distantia, erecta, decrescentia; caule plurimum altiori, erecto (2-ped.) compresso-tereti flexuoso, ramoso; floribus erectis corymboso-paniculatis; pedunculis in ramulo supernis fasciculatis, uniflоris, singulo bracteolis subbinis remotis; cor. (1/2 poll., virente), turbinatim continuâ, imbricato-connivente, oblongâ, subaequali; laciniis rectiusculis oblongatis, parum attenuatis, lineolatis, obtusis, tribus extimis fere 1/3 brevioribus; staminibus intimarum et germinis junctioni insertis, inclusis; filamentis (carmesinis) tereti-subulatis, striotis, apice incurvulis; antheris sagittato-oblongis; germine semi-supero, depresso, orbiculato, obsolete trilobo, tristriato; stylo trisulco-setaceo, filamentis duplo graciliori, stigmatibus brevibus replicatis, antheras subsuperantibus; receptaculo seminum singulo in fructu adolescenti loculum replente, bilaterali, fungoso, carnoso, purpureo, succoso, utrinque semen lenticulare in foveola ferente. *Gawler*, qui cor. semiinferam dicit stylosque 1-3.

n. 138. WACHENDORFIA.

Pag. 485. n. 1. WACHENDORFIA *thyrsiflora*. Addatur synonymon:

Link Enum. alt. I. *p.* 55. (Cor. flava.)

Pag. 486. n. 4. WACHENDORFIA *brevifolia*. Addatur descriptio:

Caulis crassior magisque teres minusque flexuosus quam in planta *Breynii* (W. *brevifolia Soland.* et *Römer* n. 6, nunc *Breyniana* dicenda) rami numerosiores magisque conferti, horizontaliter patentes, purpurascentes, divisi, 3-4 flori, basi bracteis ovato-lanceolatis, sordide flavo-fuscis, pedicello brevioribus, fere pollicaribus; corollae laciniae superiores laterales latiores, apice magis rotundatae, marginibus lateralium inferiorum ulterius incumbentes quam in W. *hirsuta*; corolla non villosa, 1 1/2 poll., sordide cuprea; laciniae 2 superiores basi maculâ communi, trilobâ, flavâ, purpureo-marginatâ. Filamenta, antherae stylusque flavi. Folia 5-6 poll., 2 poll. lata, acuminata. *Gawl.*

n. 6. WACHENDORFIA *brevifolia Soland.* Dicatur WACHENDORFIA *Breyniana Ker.*

n 8. W. *orinocensis Humb.* et *Bonpl.*; caule simplici, hirto; foliis ensiformibus, striatis, glabris; paniculâ terminali, patulâ. *Kunth* in *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* 1. *p.* 315.

Caules recti, 1 1/2 ped; folia acuminata, radicalia disticha fere pedalia, caulina 5 poll. superiora breviora, dorso ciliata; panicula 6 poll., bracteis lanceolatis, acuminatis, striatis, pedicellis hirtis glandulosis. Cor. inferior flavo-rubra, glandulosa, hirta, laciniis linearibus, acutis; exterioribus parum latioribus. Stam. 5, duo sterilia, antherarum altera reliquis duplo major. Stylus rectus longitudine staminis majoris; stigma integrum, fere capitatum. Capsula rotundata, glabra, trigona, trivalvis, trisperma. *In humidis riparum Orinoco prope Sinaruco* et *Pararume.*

n. 140. XIPHIDIUM.

Pag. 487. XIPHIDIO *floribundo* addatur:

Link Enum. alt. I. *p.* 487.

Flores albi, 4 6 lin. *Link.*

Obs. In *Herb Willd.* occurrere XIPHIDIUM *laevigatum Humb.* et *Bonpl.* a *floribundo* non diversum. *Link Jahrb.* 3. *p.* 72, qui XIPHIDIUM *angustifolium Humb.* et *Bonpl.* lectum ad Orinocco differre foliis duplo angustioribus monet.

n. 141. HETERANTHERA.

Pag. 487. n. 1. HETERANTHERAE *reniformi* addatur synonymon:

LEPTANTHUS *reniformis Nutt. Gen. p.* 29 (quae HETERANTH. *reniformis* Beauv., et quae clo *Nuttall* eadem videtur cum *reniformi Flor. peruv.* quae etiam *reniformis Vahl.*)

Obs. „Gemmae foliaceae hujus speciei magnae, involutae, ingentem foliorum copiam obvolventes, in fluido gelatinoso, instar *Braceniae*. In Pensylvania tantum circa Philadelphiam, nec inventa ab *Elliott* in meridionalibus. *Nutt.*" Hinc vix *reniformis Peruviae*.

Differre *reniformem* ab *acuta* foliis basi profundius incisis.

Pag. 488. n. 4. HETERANTHERA *limosa*. Addatur synonymon: LEPTANTHUS *ovalis Nuttall Gen. p.* 29. (qui spatham 2-3 floram? in vivis vidit.) HETERANTHERA *limosa P. de Beauv.*

Pag. 488. n. 6. HETERANTHERA *graminea*. Addatur synonymon:

LEPTANTHUS *gramineus Nuttall Gen. p.* 29. (cui, ob capsulam unilocularem, genus proprium videtur.) An SCHOLLERA *Schreberi Raeusch.?*

n. 7. HETERANTHERA *alismoides Humb.* et *Bonpl.*; foliis subcordato-oblongis, acutis, repandis; spathis oblongis, acuminatis. *Link Jahrb.* 3. *p.* 73.

Species eximia, in *Nov. gen.* desiderata. Folia 10 lin., 4 lin. Tubus corollae incurvus, 8 lin., e spathis lineis aliquot prominens, neque tamen eâdem longior. *Link.* *In Caracas.*

Obs. Post HETERANTHERAM cls. *Link* BLYXAM *Aub. du Petit Thouars* posuit, quam ELODEAM *Mich.* (*canadensem*, *guianensem* et *granadensem*) sequi jussit.

n. 142. VIEUSSEUXIA.

Pag. 489. n. 2. VIEUSSEUXIA *pavonia*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 56. MORAEA *pavonia*; foliis anguste convoluto-loratis, cuspidatis, extrorsum striato-villosis, imo longiori; scapo simplici; involucro herbaceo, solitario, subbifloro; corollâ inaequalissimâ; laciniarum exteriorum unguibus lato-turbinatim convergentibus, laminis ovato-orbiculatis, explanato-patentibus; laciniis interioribus pluries angustioribus, lineari-lanceolatis, erecto-patulis; stigmatibus cuneato-oblongis, bifidis, lacinulis minimis, stylo longioribus, stamina vix aequantibus, contractius turbinatim conniventibus. *Gawl. bot. Mag. t.* 1247. *Ann. of Bot.* I. *p.* 240.

Confunditur cum *tricaspide*, (*glaucopide*) a qua, characteribus datis, satis distincta.

Pag. 489. n. 3. VIEUSSEUXIA *fugax*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* I. *p.* 56. (qui corollam flavescentem notat.) IRIS *imberbis Hazen Cat. Arb.* et *Pl. p.* 67. cum tab. (perperam exclusus in *Bot. Mag. t.* 613, monente clo *Gawler ibidem t.* 1238.)

Obs. Etiam cls. *Link Enum. l. c.* nomine VIEUSSEUXIAE *edulis* MORAEAM *edulem Willd. Enum. Suppl.* 4, IRIDEM *edulem Linn.*

Suppl. et *Willd. Spec.* specie sejungit a VIEUSSEUXIA *fugaci*, petitque in *eduli* „spathas imbricatas, virides; germen compressum; cor. laciniis reflexae, caeruleas, maculâ flavâ albo-cinctâ, erectas, caeruleas, stigmatibus angustiores; stigmata caerulea bifida."

Pag. 490. n. 4. VIEUSSEUXIA *spiralis*. Huc referendam esse MORAEAM *unguiculatam Curt. Magaz. t.* 593, (seu VIEUSSEUXIA *unguicularis*, quae ergo delenda p. 491. n. 8.): *Poiret suadet Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 491.

n. 5. V. *aristata*. Huc cum? ducit *Poiret* l. s. c. MORAEAM *miniatam Andr. repos. t.* 404, ab aliis ad SISYRINCHIUM *collinum* ductam. Delendum vero V. *aristatae* β, quae varietas nunc species propria: V. *tenuis*.

Obs. Anne huc potius IRIS *tricuspidata Linn. Suppl. p.* 97, quam ad V. *Glaucopidem?*

Pag. 491. n. 7. VIEUSSEUXIA *tennis*. Addatur synonymon:

5 a. VIEUSSEUXIA *tenuis Link Enum. alt.* I. *p.* 56. MORAEA *tenuis;* folio glabro, subunico; caule culmaceo, tenui, simplici vel ramoso; corollae laminis extimis integerrimis, recurvatim deflexis, suis unguibus triplo longioribus; his unguibus intimis duplo brevioribus, basi scrobiculatim melliferis; laminis intimis parvulis, tridentatim partitis, dente medio spiraliter involuto; filamentis unguibus longioribus, aequalibus, deorsum connatis, sursum columnariter conniventibus. *Gawl.* in *bot. Mag.* 1047. IRIS *tricuspis* var. minor. *Jacq.* sc. rar. v. 2. t. 222.

Folium subradicale, angustum, lineari-loratum, convoluto-concavum, caule brevius, cuspidato-caudatum. Caulis 2 ped., et ultra, erectus, teres, geniculatus, ad articulos plerumque duos folio solitario spathaceo brevi vaginatus, sursum filiformis. Fasciculus florum 3 poll. anguste lanceolatus, teres, viridis, glaber, valvâ superiore fere duplo breviore. Pedicelli inclusi: flores 2-3, non fugaces, super 6-8 dies durantes. Ungues exteriores glanduloso-barbati, laminae exteriores multo majores, obovatae, oblongae, refracto-recurvae, patentes, basi angustatae et papilloso-exasperatae (sordide lutescentes, basi maculis difformibus, violaceis, albo-ocellatis; interiores aurantiae). Antherae lineari-oblongae, horizontaliter reflexae, stigmatibus adpressae. Stigmata petaloidea, lorato-linearia, radiato-patentia, horizontalia: labium interius bipartitum, majus: laciniis oblongo-acutis reclinatis erectis; exterius minutum, bidentato-divisum, laciniis deflexis. Differt a V. *aristata* inprimis caule foliisque glabris, staturâque minore *In Prom. b. Spei.* 4. *Gawl. Link* in corolla suae (an mutila?) notat lacinias exteriores ochroleucas maculis fuscis basi hirsutas, erectas, trilobas, lobo medio longiore involuto; stigmata longiora laciniis erectis, tota ochroleuca.

Obs. Cls. *Gawler* in *Synopsi* sua MORAEARUM IRIDEM *villosam*, de qua in nota ad V. *aristatam*, speciem esse propriam jubet: MORAEAM *villosam*.

n. 8. VIEUSSEUXIA *unguicularis.* Deleatur: est enim eadem cum *spirali.*

n. 143. SISYRINCHIUM.

Pag. 492. n. 2. SISYRINCHIUM *collinum.* Addatur synonymon: MORAEA *collina;* multiflora; cor. uniformis imberbis; foliis linearibus, convoluto-concavis, nudis; corollae laciniis subaequalibus, sursum recurvo-patentibus, deorsum turbinatim conniventibus, elliptico-oblongis, subacutis, extimis basi scrobiculo mellifero notatis; stigmatibus imminuto-petaliformibus, filamento cylindraceo, columnari, pubescente. *Gawl. Hort. Kew. ed.* 2. I. p. 110. SISYRINCHIUM *collinum Redouté t.* 250. SISYRINCH. *elegans Redouté Lil. t.* 171 (nec aliorum, cui inflorescentia spicata.) *α. miniata minor:* fasciculo 2-4-floro; corollâ bipartitâ, uniformi, imberbi; filamentis in unum connatis; stigmatibus imminuto-petaliformibus; folio imo convoluto, lorato, striatulo, caulem bi-? articulatum superante; ramis simplicibus, solitariis vel supremis paucis (2-4?) aggregatis; spathâ generali, fusiformi, elongatâ, aristato-cuspidatâ; germine pedicellato, exserto, lineari-prismatico; corollâ late turbinato-rotatâ, supra recurvâ, laciniis isometris, exterioribus duplo latioribus, obovato-oblongis cum acumine, foveolâ in basi; interioribus spathulato-ligulatis; filamento tubuloso, villoso, antheris sessilibus subaequali; stigmatibus vix altioribus, corollâ duplo brevioribus, subcuneatis, laxius strictiusve conniventibus, labiis subaequalibus, exteriore retuso, truncato, revoluto, intus hirsuto, interioris segmentis divergentibus, acuminatis; capsulâ pergameâ, prismatico-columnari. *G. bot. Mag. t.* 1612. *β.* flore sub miniato majore. *Bot. Mag. t.* 1103. *γ.* flore lutescente. *Jacq. Ic. rar.* 2. *t.* 220. *Fr.* 14. *n.* 51. *Bot. Mag. t.* 1033.

Tuber bulboso-globosum, tunicis fibrosis; folia caulina 2-3 in planta fertili (unicum in sterili radicali) attenuata, caudato-cuspidata, glabra, altero scapo longiore; scapus simplex aut paniculato-fasciculatus, fasciculis 2-3 convoluto lanceolatis, subulato-acuminatis. Cor. ephemera laciniis inferioribus angustioribus, unguiculis latis longitudine fere laciniarum; filamenta longitudine unguium; antherae lineari-oblongae, sessiles, erectae; stigmata vix unguibus longiora, labio interiore bifido, laciniis subulatis, exteriore obtuso truncato, fimbriato-ciliato; capsula membranacea. columnaris, attenuata, obtuse trigona, fere pollicaris. *Gawler.* l. c.

Pag. 492. n. 2a. SISYRINCHIUM *spicatum;* folio infimo e fistuloso-vaginante convoluto-lorato, tereti-cuspidato, caulem exsuperante; caule pluri articulato, flexuoso, spathaceo foliose, subuniramoso; spathis unifloris, herbaceis, cucullato-

convolutis, ad singula genua sessilibus, proximos articulos involventibus, terminali externâ valvâ in cuspidem ultra florem prominentem excurrente; floribus remote appresso-spicatis; germine triquetro pedunculoideo incluso; corollâ hypocrateriformi; laciniis subspathulato-oblongis; unguibus in cyathum clausis; laminis istos subaequantibus, obovato-oblongis, rotatim explanatis; filamentis cylindraceo-connatis?, stigmatibus anguste cuneatis, antheras aequantibus, unques parum excedentibus, erecto-divergentibus, labio interiore bidentato. MORAEA *spicata Gawler bot. Mag. t.* 1283

Affinis *virgatae* et *eleganti*. Differt a *collino*, praeter characteres datos, spathâ univalvi, ad quemvis articulum spicae remote floridae; cum in *collino* inflorescentia terminalis spathâ plurivalvi, pluriflorâ, valvulis alterâ intra alteram in receptaculo brevi in fasciculum convoluto equitantibus dispositis, 2. recëptaculo in rhachim pluri-articulatam cum spatha uniflora? ad quemvis articulum elongato; 3. spathâ supernâ in cuspidem florem superantem productâ. *Gawl.* bulbus atrofuscus, depressus. Folium radicale 1 1/2-ped., 1/3 poll. latum. Laciniae corollae exteriores luteae, striâ longitudinali albidâ; interiores luteae disco aurantiaco, basi maculâ puniceâ, atro-purpureâ, lineatâ. Antherae pallidae testaceae. Stigmata albida. *Ex icone.* *In Promont. b. Spei. Masson. 4.*

Pag. 492. n. 5. SISYRINCHIUM *Bermudiana*. Addantur synonyma:

BERMUDIANA *graminea Gaertn.* MARICA *Bermudiana Ker.*

Pag. 493. n. 6. SISYRINCHIUM *anceps*. Addatur synonymon: MARICA *anceps Gawl.*

n. 8. SISYRINCHIUM *palmifolium* deleatur, est MORAEA *alata*.

n. 9. SISYRINCHIUM *convolutum*. Addatur synonymon: MARICA *convoluta Ker.*

n. 20. SISYRINCHIUM *tenuifolium*. Addatur synonymon: MARICA *tenuifolia*.

n. 11. SISYRINCHIUM *striatum*. Addatur synonymon: BERMUDIANA *striata Mönch.*

n. 16. SISYRINCHIUM *iridifolium*.

Addatur patriae: *ad sepes Chili*; fide speciminis ab amicissimo *Weinmann* benigne communicato.

Quid SISYRINCHIUM *luteum Fisch.?*

Pag. 495 post SISYRINCHIUM inseratur:

143a. RENEALMIA.*)

1. R. *paniculata R. Brown.*; caule paniculato; foliis (10 - 18 unc.) nervosis, margine saepius scabris; perianthii foliolis exterioribus lineari-lanceolatis, interioribus vix duplo majoribus, obovato-oblongis; filamentis ad medium connatis. *R. Brown prodr.* ADDENDA. SISYRINCHIUM *paniculatum R. Brown prodr. p.* 304.

In Port-Jackson.

Obs. Species altera (R. *grandiflora*) ab ill. *Banks* in nova Zeelandia lecta, huic affinis pariterque monadelpha differt perianthii foliolis interioribus 4 - 6ies majoribus. *R. Brown l. c.*

2. R. *pulchella R. Brown;* caule subsimplici; foliis (3 - 4 unc.) margine laevibus; perianthii foliolis exterioribus ovali-oblongis, interioribus obovatis subunguiculatis; filamentis distinctis. *R. Brown addenda.* SISYRINCHIUM *pulchellum R. Brown prodr. p.* 304.

Circa Port-Jackson.

n. 146. GALAXIA.

Pag. 496. n. 1. GALAXIA *ovata.* Addantur varietates sequentes:

α. major lutea; *Gawl. bot. Mag. t.* 1208. G. *grandiflora Bot. Repos. t.* 164. G. *ciliata Pers. Syn. I. p.* 41.

β. minor lutea. G. *ovata Thunb. nov. gen.* 2. 51. *Cavan. diss.* 6. *t.* 189. *f.* 2. *Jacq. rar. t.* 291. *Bot. Repos. t.* 94. *Redouté Lil. t.* 2,6.

γ. minor purpurea. *Jacq. Ic. t. cit. Bot. Mag. t.* 1516.

n. 2. GALAXIA *ciliata.* Deleatur, utpote nunc *ovatae α.*

Pag. 497. n. 5. GALAXIA *ixiaeflora.* Addatur synonymon: IXIA *variegata Banks.*

2. G. *multiflora Spreng.*; capitulo multifloro; spathâ univalvi; foliis oblongis, glabris, margine cartilagineis. *Spreng. N. Entd. I. p.* 251.

Proxima *ovata* differt scapo unifloro, foliis margine ciliatis, villosiusculis. Haec simillima pollicaris. Bulbus magnitudine fabae, bruneus, sulcatus, transversim reticulatus, apice pi-

---

*) RENEALMIAE *Brown* herbae sylvicolae glabrae. Rad. fibrosa, nunc e rhizomate. Folia graminea laxa nervosa. Caulis teretiusculus quandoque divisus. Fasciculi alterni umbellati spathis persistentibus. Perianthium album patulum cito deciduum, foliolis exterioribus extus saepe virentibus, interioribus saepe unguiculatis. Caps. membranacea. Semina biseriata, atra.

lis rigidis copiosis, unde scapus e centro pollicaris, teres, glaber, crassitie fili lintei mediocris. Capitulum terminale, foliis binis nervosis 1/2 poll. involucratum. Flores 6-8, foliis similibus distincti: adstant confertim folia alia linearisubulata. Spathae glabrae, pallidae, univalves, concavae. Corolla infundibuliformis, tubo longissimo, fugacissima. Stam. basi coalita. Pistillum elavatum, *Spreng.* l. c. *In Prom. b. Spei.*

Pag. 497. n. 6. GALAXIA *ramosa*. Adde descriptionem:

„Bulbus rotundus, compressus, fibris tunicae parallelis nerviformibus, superne contractis. Folia 3-4 angusta, nervosa, caule breviora. Caulis striatus, ramulis 1-2 brevibus. Spatha scariosa, membranacea, denticulata. Tubus filiformis, strictus, laciniis vix longior; laciniae lineares, subattenuatae, usque ad os tubi non plane discretae. Stamina semicylindrica, basi connata, longitudine pistilli: antherae subulatooblongae, filamentis longiores. Stigmata subrecurva. Corolla extus purpureo-albida, tubo virescente, intus saturate carnea, maculâ baseos communi rotundâ atropurpureâ coccineâ cincta, iridescenti-variegata. Flores odore gravi mane horâ octavâ usque nonam aperti.“ *Gawl.* An IXIA *monadelpha Delaroche?*

Quid GALAXIA *aurea Noisette?*

146a. JOHNSONIA.

J. *lupulina Rob. Brown Prodr. p.* 287.

Herba perennis. Radix fibrosa. Folia disticha, aversa, linearia, basibus semivaginantibus dilatatis. Scapus simplicissimus, juxta apicem monostachyus. Spica lupulina oblonga. Bracteae undique imbricatae, coloratae, infimae nanae, steriles, reliquae uniflorae persistentes. Flores parvi, sessiles, bracteolâ interiore laterali stipati. *In novae Hollandiae littore meridionali.*

148. FICUS.

Pag. 499. n. 4. FICUS *nymphaeifolia*. Addatur:

Obs. FICUS *nymphaeifolia*, foliis profunde cordatis, obtusissimis aut mucronatis, integerrimis, subpeltatis, glabris, subtus albidis; receptaculis axillaribus, geminis, sessilibus, globosis, molliter pubescentibus. *Humb. et Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 40. *Higuerote* incolarum, ipsis auctoribus dubia videtur, et nonnisi cum? citant F. *nymphaeifoliam Linn.*, monentes; „vix ullum dubium superesse, quin planta eorum eadem sit cum F. *nymphaeifolia Bredemeyeri* in prov. Caracasana lecta inque horto Schönbrunnensi cultâ; an haec tamen vera F. *nymphaeifolia Linn.*, cujus patriam Indiam orientalem dicunt? Arbor procerrima, lactescens; ramis teretibus, rugosis. Folia sparsa, petiolata, 8-9 poll. Petioli longitudine foliorum, subcompressi. Receptacula diametro pollicari, purpurea, squamis duabus tribus aut quatuor suffulta. Plantam haud vidi; ait *Kunth*; descriptio ex sche-

dis Bonplandii. *Crescit in arcta et opacata convalle Tacaguae prope urbem Caracasanorum*, altit. 40 hex. ♄.

n. 5. Ficus *cordata*. Addatur synonymon:
Ficus *glaucophylla Desf.* et *Syst. Veg. ed. nostr. p.* 509. *n.* 60.

Pag. 499. n. 7. Ficus *rubiginosa*. Addatur synonymon:
Ficus *ferruginea Hortul.*

Pag. 500. n. 13bis. F. *coronata de Spin*; foliis oblongis, acuminatis, basi inaequalibus, obiter serratis, scaberrimis; fructibus pedunculatis, calyculatis, apice coronatis. *De Spin Catal. H. St. Sebast.* 1818. *p.* 29.

Occurrit in hortis passim nomine *scabrae*, *punctatae* et *glandulosae*, a quibus ut et a reliquis distincta Cortex trunci ramorumque scaber; folia alterna integra, praesertim supra asperrima, subtus nervis crassis, medio parum e centro remoto. Petioli brevissimi. Fructus magnitudine nucis minoris, solitarii, sphaerici, pilis sericeis cinis squamisque rufescentibus. Pedunculi longi, sericei, medio bractea unâ alterâve parvâ. *Dn. de Spin* l. c. *Habitat?*

Pag. 500. n. 16. Ficus *scandens*. Addatur synonymon:
Jussiaea *repens Hortul.*

Pag. 503. n. 27. Ficus *septica*. Addatur synonymon:
Ficus *anthelminthica Raeusch.*

Pag. 503. n. 31. Ficus *benjamina*. Addatur synonymon:
Ficus *arbutifolia H. Par.* (secund. *Desfont.*)

n. 31 a. F. *padifolia Humb.* et *Bonpl.*; foliis ellipticis; acuminatis, basi rotundatis, integerrimis, subcoriaceis, (utrinque) glabris, nitidis; receptaculis axillaribus, solitariis geminis aut ternis, breviter pedunculatis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 38.

Arbor ramulis alternis, teretibus, rugosis, glabris, albido-cinerascentibus. Folia alterna, petiolata, reticulato-venosa, 2 1/2, vix 3 poll. longa, 16 aut 17 lin. lata. Petiolus 8 lin. longus, interne sulcatus, glaber. Stipulae acuminatae, glabrae. Receptacula non vidi. Ex *Bonpl. benjaminae* simillima, distributione nervorum tamen et fortasse receptaculis diversa. *Crescit juxta litus Oceani Pacifici, in calidis, exustis prope Acapulco Mexicanorum.* b.

n. 31 b. F. *complicata Humb.* et *Bonpl.*; foliis oblongis, acuminatis, complicatis, integerrimis, membranaceis, glabris; receptaculis geminis, breviter pedunculatis, globosis, glabris. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 39. Samatito aut Amesquite Mexicanorum.

Arbor ramulis alternis, subangulatis, rugosis, glabris, fuscescenti albidis; junioribus subtrigonis, virescentibus. Folia alterna, petiolata, basi subacuta, reticulato-venosa, apice

subreflexa, 4 fere poll., 17 aut 18 lin. lata. Petiolus subpollicaris, canaliculatus, glaber. Stipulae acuminato-subulatae, glabrae, virescentes. Receptacula axillaria, magnitudine fructus *Pruni spinosae*, matura purpurascentia, dulcia, edulia, basi squamis duabus? ovatis, obtusis, concavis, glabris. Pedunculus 1-1 1/2 lin., glaber. F *benjaminae Linn.* et praesertim F. *rostratae Lam.* valde affinis; differt tantum foliis acuminatis, complicatis et receptaculis pedunculatis. *Crescit in declivitate jugorum Mexicanorum soli occidenti obversorum, juxta Guasintlan et Puente de Istla*, alt. 500 hex. b.

Pag. 503. n. 32. Ficus *Radula*. Addantur synonyma:

F. foliis suboblongis, breviter acuminatis, integerrimis, subcoriaceis, rigidis, supra glabris, nitidis, subtus scabris; receptaculis globosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Kunth* II. *p.* 47. Fic. *anthelminthica Rich. MS.* in *Decand. Ess. s. l. propriétés médical. d. plantes. p.* 267.

Arbor 100-ped., ramulis teretibus, laevibus, fuscis, glabris. Folia basi paullo angustata, reticulato-venosa, nervo medio venisque primariis prominentibus, 4-5 poll., 2 poll. lata. Petiolus 1/2-1 poll., subcanaliculatus, rugosus, fuscus, glaber. Receptacula magnitudine Cerasi. Semina fusca, calyce persistente cincta. *Kunth* l. c.

n. 32 a. F. *glabrata Humb.* et *Bonpl.*; foliis oblongis, apice basique acutis, integerrimis, subcoriaceis, (utrinque) glabris. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 38. *Higueron incolarum.*

Arbor lactescens; ramis cylindraceis, glabris. Folia alterna, petiolata, reticulato-venosa, venis primariis approximatis, parallelis, nervoque medio valde prominentibus, 7- aut 8-poll. 2 1/2 poll. lata. Petiolus 1 1/2 poll., teres, interius canaliculatus, glaber. Fructus desideratur. *Arboricidae* proxima, differt tamen praesertim foliis glaberrimis. *Crescit ad flumen Magdalenae prope Bojorque, Teneriffe cael. frequentissime.* b.

Pag. 504. n. 36. Ficus *parasitica*. Addatur synonymon:
Roth nov. pl. spec. p. 389.

Obs. Folium politorium Rumph Amb. IV. *t.* 63., quod *Loureiro* ad suam F. *politoriam* laudat, omnino respondere Ficui suae *parasiticae Roth l. c.*

Pag. 505. n. 39. Ficus *coloneaefolia*. Addatur synonymon:
Ficus *citrifolia Willd. Spec. Pl.* IV. *p.* 1137. n. 20. (quoad synonymon *Rheed.*)

Pag. 506. n. 48. Ficus *trigona*.

Addatur patriae: et Portoricco, ubi legit cls. *Bertero.*

Pag. 506. n. 49. Ficus *nitida*. Addatur synonymon:
Ficus *lucida Hortul.*

Pag. 507. n. 50. Ficus *striata*. Addatur synonymon:
Roth nov. pl. Spec. p. 387. (et, hoc teste, Ficus *nitida Herb. Heyn.*)

Rami tenues, cinereo-albidi, angulosi, flexuosi. Folia alterna, subrotundo-elliptica, acumine semunciali, fere lanceolato lineari, obtuso, plano, 3-4 poll., in junioribus basi vix parum ad petiolum attenuata, parum nitentia, laete viridia, margine subcartilagineo, venis utrinque elevatis, capillaribus, patulis, ad marginem venâ longitudinali conjunctis. Petioli fere pollicares, semiteretes, supra sulcati. Receptacula ad ramorum summitatem axillaria, solitaria, sessilia; globosa, glabra. *Roth l. c.*

Pag. 507. n. 51. Ficus *rubra*. Addatur *notae* ad hanc speciem.

Obs. Cls *Roth* etiamnum in *Nov. pl. Spec. p.* 391. Ficum *rubram Lam.* et *Vahl* nonnisi cum? ad Ficum *rubram* suam adducit, quam nomine F. *indicae* tulit a d. *Heyne*; α ad β. *rubrae*, *acuminatam*, cum? laudat *aggregatam Lam.*, monens, Rheedii *rubrae* figuram apud *Rumph* III. t. 85 optime respondere suae *rubrae*, nisi quod fructus nonnulli pedunculati delineati sint, cum in suo specimine omnes exacte sessiles. Ficum *aggregatam Lam.* absque dubio pro β suo haberet cls. *Roth*, „nisi puncta in foliorum pagina superiore alba diceret ills. *Lamarck*, quae in sua planta concoloria cum folio“ In descriptione uberiore F. *rubrae* cli *Roth* notantur ab illo: „caulis angulosus, tuberculatus, rugosus, cinereo-fuscus; rami alterni, erecto-patuli, glabri; juniores sulcato-angulosi; folia coriacea, utrinque concoloria, flavescentia, acumine brevi, obtuso, enervia, subciliata, ad lentem supra punctis minutissimis, 3 poll., 2 poll. lata; petioli crassi, supra plani, subtus sulcati, glabri, 3 lin.; receptacula miniata, magnitudine pisi, glabra, calyci insidentia. Cal. 3-4-phyllus, fuscus, extus pubescens: foliola ovata, obtusa, inaequalia. Foliorum figurâ et structurâ proxime accedit ad F. *striatam*: differt ramis robustioribus, strictis, cinereo-fuscis; foliis crassioribus, supra parum punctatis; acumine brevi terminali, basi attenuatis, venis remotioribus, robustioribus; nec epunctatis, nitidioribus, acumine fere lineari, 1½ poll., basi obtusis, venis tenuioribus, copiosioribus, approximatis, striatis; petiolis brevioribus et crassioribus; receptaculis subaggregatis, sparsis, pisiformibus, miniatis, nec axillaribus, solitariis, cerasiformibus, albidis.“ *Roth l. c.*

Pag. 508. n. 55. Ficus *mysorensis*. Addatur synonymon:
Roth nov. pl. Spec. p. 390.

Rami crassitie pennae cygneae, cinerei, cortice (an per exsiccationem?) plicato; juniores ferrugineo-tomentosi, sericei. Folia alterna; coriacea, reticulato-venosa, supra punctis farinaceis, juniora subtus ferrugineo tomentosa, costâ dorsali venisque flavescentibus, subtus valde elevatis, venis primariis apice bifidis. Petioli pollicares, ferrugineo-tomentosi, semiteretes. Receptacula solitaria, utrinque obtusa, magnitudine Pruni *insititiae*, cinerea. Cal. setis nitidis, ferrugineis, intus glaber, nitidus, laciniis ovatis, obtusis, integerrimis. Ne

confundatur cum F. *tomentosa*, simillima, cui rami toti tomento ferrugineo densissimo tecti; folia supra epunctata, costâ venisque tomento densiore ferrugineo; costae venaeque minus elevatae, tomento quasi submersae; receptacula 3-4 saepe aggregata, magnitudine pisi, globosi, tomento densissimo flavicante; cal. cinereo-tomentosus. *Roth l c.*

Pag. 509. n. 59. Ficus *populnea*, (quae *populifolia Desf.*) addatur:

Obs. Huc potius quam ad *religiosam* (apud nos p. 498. n. 1.) spectare *Rumph. Amb.* III. f. 91. 92., cujus figura minime mala, cum addisset *Rumphius l. c. p.* 144.: „*Arealu* descriptio in *H. Malabarico Rheedi* exhibita non multum a nostra differt, excepto, quod *Arealu* folia in longum et angustum desinant apicem, qui in nostrae arboris foliis non observatur," *Marquis de Spin Cat. H. St. Sebast.* 1818. *p.* 29. Specimina nostra lecta in Portorico a clo *Bertero* exactissime quadrant cum diagnosi et descriptione *populneae*. Tulimus quoque nomine F. *martinicensis* e S. Domingo, a qua sane diversa.

Pag. 509. n. 60. Ficus *glaucophylla*. Deleatur; eadem, monente nunc ipso clo *Desfontaines* in *Tableau* 1815 cum F. *cordata*.

Pag. 509. n. 61. Ficus *velutina*. Addatur synonymon:

F. foliis ovato-oblongis, brevissime acuminatis, integerrimis, coriaceis, subtus ferrugineo-tomentosis; receptaculis geminis, axillaribus, sessilibus, globosis, tenuiter ferrugineo-tomentosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. gen. red. Hunth* II. *p.* 46.

Arbor excelsa, ramulis subangulatis, ferrugineo-tomentosis. Folia alterna, basi rotundata, subcordata, acumine obtuso, subundulata, reticulato venosa, nervo medio et venis primariis subtus prominentibus, supra glabra, viridia, venis tantum pubescentibus, 7-8 poll.; nervus medius supra basin maculâ nigrâ glandulosâ. Petiolus pollicaris, teretiusculus, ferrugineo-tomentosus, uti stipulae. Receptacula magnitudine Cerasi basi squamis 3, subrotundis, pubescentibus. *Kunth. In temperatis Andium Novogranat. prope Rio Xayo et Sambingo.* ♄.

n. 61 a. F. *elliptica Humb.* et *Bonpl.*; foliis ellipticis, leviter cordatis, apice rotundatis, integerrimis; rigidis, supra scabris, subtus piloso-hispidis; receptaculis solitariis?, sessilibus, globosis, molliter hirtis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 37. *Caoʻutchone incolarum.*

Arbor ramis alternis, teretibus, glabriusculis; ramulis piloso-hispidis. Folia alterna, petiolata, apice basique rotundata, reticulato-venosa, nervo medio venisque primariis subtus prominentibus, submembranacea, punctulis callosis creberrimis albidis obsita, subtus praesertim in nervo medio et venis piloso-hispida punctulisque glandulosis dense conspersa, 2-2 1/2 poll., 16 aut 17 lin. Petiolus subsemiteres, tomentoso-hispidus, fuscescens 4 lin. Stipulae hispido-pilosae. Receptacula axillaria? magnitudine pisi minoris, basi squamis tribus subrotun-

dis pubescentibus cincta, apice dentibus obtusis clausa, semina subglobosa, laevia, magnitudine semini papaveris. *Crescit in calidis regni Novogranatensis prope Melgar et Epinal*, alt. 200 hex. ♄.

n. 61 b. F. *arboricida*; foliis obovatis, apice basique rotundatis, integerrimis, subcoriaceo-rigidis, utrinque scabris; receptaculis axillaribus, solitariis aut geminis, sessilibus, globosis, glabriusculis. F. *dendrocida Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 38. Suan aut Matapalo *incolarum*.

Arbor excelsa, altitudine 100 pedum, lactescens; ramis superioribus erectis, inferioribus pendentibus, trunco inaequali; cortice cinereo, lactescente; ramulis alternis, teretibus, glabris, junioribus hirto-pubescentibus, subsulcatis. Planta junior in arbores excelsas adscendit, quas totas obtegens suffocat et necat: planta adulta proceritate trunci insignis. Folia alterna, petiolata, reticulato-venosa, nervo medio venisque primariis subtus prominentibus, supra viridia punctulisque callosis dense conspersa, subtus pallidiora minus scabra, glandulisque punctiformibus obsita, 2-2 1/2 poll. 15 aut 17 lineas lata. Petiolus 1/2 fere poll., subcanaliculatus, pubescenti-hirtus, fuscescens. Stipulae dorso pubescentes, acuminatae, in cornu terminale convolutae. Receptacula viridia, magnitudine pisi majoris, basi squamis tribus subrotundis puberulis cincta, apice dentibus obtusis imbricatis clausa. Semina subglobosa, leviter trigona, laevia, magnitudine seminis papaveris. *Crescit regione calidissima prope Mompox ad ripam Magdalenae.* ♄.

Pag. 512. n. 75. Ficus *prinoides*. Addatur synonymon:

F. foliis oblongis, acutis, integerrimis, subcoriaceis, glabris, supra calloso-punctulatis; receptaculis axillaribus, geminis, pedunculatis, pendulis, globosis, glabris. *Hamth.* et *Bonpl. nov. gen. red. Hamth* II. *p.* 48. Caoutchouc de Guaduas, Honda et St. Fé de Bogota.

Ficui *complicatae* affinis, foliis magnitudine fructuum distincta. Arbor ramulis subsulcatis, teretiusculis, fuscis, glabris Folia basi rotundata, reticulato-venosa, 3 poll, poll. lata. Petiolus 4-6 lin., canaliculatus, glaber. Stipulae acuminato-subulatae, glabrae. Receptacula magnitudine pisi, extrorsum maculis nigro-purpureis, basi squamis 2 subrotundis concavis, glabris. Pedunculi petiolo duplo breviores, teretes, glabri. *Hanth* l. c.

75 a. F. *gigantea Humb.* et *Bonpl.*; foliis oblongis, breviter acuminatis, basi rotundatis, integerrimis, subcoriaceis, glaberrimis; receptaculis axillaribus, geminis?, pedunculatis, globosis, pulverulento-canescentibus. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 39. Higuerote incolarum.

Arbor 100 ped.; ramulis rugosis, glabriusculis. Folia alterna,

petiolata, reticulato-venosa, 4 1/2 poll. 22 lin. lata. Petiolus 8 aut 9 lin. canaliculatus, subpulverulentus. Stipulae acuminatae, convolutae glabrae. Receptaculá magnitudine fructus *Pruni spinosae*, basi squamis cincta, apice dentibus imbricatis obtusis clausa. Semina subrotundo ovata, magnitudine grani milii, laevia, albida, nitida. *Crescit in sylvis novae Andalusiae et Provinciae Caracasanae prope Buena-Vista. Antimano, hacienda de Don Fernando Hey*, alt. 450 600 hex. ♄.

75 b. F. *cotinifolia Humb.* et *Bonpl.*; foliis obovato-elli ticis, apice basique rotundatis, integerrimis, coriaceis, glabris; receptaculis axillaribus, solitariis aut geminis, sessilibus?, globosis, glabris. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 39.

Arbor ramis alternis, teretibus, laevibus, albidis; ramulis junioribus subpubescentibus. Folia alterna, petiolata, reticulato-venosa, nervo medio venisque subtus prominentibus, 2 1/2 poll. 21 lin. lata. Petiolus 10 lin. semiteres, superne sulcatus, glaber. Stipulae acutae, argenteo-sericeae. Receptacula magnitudine pisi majoris, basi squamis 3 aut 4 ovatis, obtusis, pubescentibus, interne sericeis cinctae, apice dentibus obtusis clausa. Semina subglobosa, laevia, albida, nitida, magnitudine seminis papaveris. *Crescit in exustis jugorum Mexicanorum, in via Acapulcensi, juxta La Venta del Egido* alt. 300 hex. ♄.

75 c. F. *obtusifolia Humb.* et *Bonpl.*; foliis obovato-oblongis, apice rotundatis, basi cuneatis, integerrimis, subcoriaceis, glaberrimis; receptaculis axillaribus, solitariis, sessilibus, globosis, glabris. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 40.

Arbor ramulis teretibus, glabris, albidis. Folia alterna, petiolata, reticulato-venosa, nervo medio venisque primariis subtus prominentibus, subtus pallidiora, 6 aut 6 1/2 poll., 26 aut 27 lin lata. Petiolus 1/2 fere poll., canaliculatus, glaber. Stipulae ovatae, acuminatae, glabrae. Receptacula magnitudine cerasi minoris, basi squamis 2 oppositis subrotundis concavis exterius puberulis cincta. *Crescit regione calidissima, in littore Maris Pacifici prope Acapulco Mexicanorum.* ♄.

75 d. F. *petiolaris Humb.* et *Bonpl.*; foliis longissime petiolatis, ovato-subrotundis, acuminatis, profunde cordatis, integerrimis, coriaceis, glaberrimis, basi pilis sericeis barbatis; receptaculis extraaxillaribus, solitariis, pedunculatis, globosis. *Humb.* et *Bonpl. nov. Gen. et Spec.* II. *p.* 40.

Arbor ramulis teretibus glabris. Folia alterna, reticulato-venosa, venis primariis nervoque medio subtus prominentibus, subtrinervia, nervis tamen subtus ad confluentiam supra petiolum pilis crebris sericeis albidis barbatis, 3 fere poll.,

2 1/2 poll. lata. Petiolus 24 aut 27 lin. teres, glaber. Stipulae ovatae, valde acuminatae, glabrae, in cornu terminale convolutae. Receptucula a me haud visa diametro 3/4 poll. (ex Boopl.) *Crescit in jugis Mexicanis, occidenti soli oppositis, prope Masatlan et Acaguisotla*, alt. 550. hex. ħ.

Pag. 512. n. 78. Ficus *pubescens*. Addatur synonymon: *Roth nov. pl. Spec. p. 387.*

Folia coriacea, crassa, digitalia et palmaria, obtusissima, vel brevi obtusoque acumine, reticulato-venosa, supra flavescenti-viridia. Petioli unciales et paulo longiores, crassitie culmi secalini, pubescentes. Receptacula globosa, sessilia, miniata, sericeo-pubescentia. Cal. obsolete 5-partitus, viridi-pubescens. *Roth l. c.*

n. 79 Ficus *nervosa*. Addatur synonymon: *Roth nov. pl. Spec. p. 388.*

Caulis fuscus, cinerascens, striato-sulcatus. Rami alterni, crassitie pennae columbinae, annulati. Folia basi magis angustata, tamen non desinentia in petiolum, coriacea, utrinque nitida, glaberrima, palmaria et longiora, subtrinervia, nervis subtus valde elevatis, lateralibus crassitie venarum primariarum. Petioli pollicares, glabri, supra obsolete bisulcati. *Roth l. c.*

n. 80. Ficus *castaneaefolia*. Addatur synonymon: *Roth nov. pl. Spec. p. 389.*

Rami subangulosi, striati, cinerei, crassitie pennae columbinae. Folia alterna, oblonga, 2 poll. lata, supra glauco-viridia, coriacea, venis primariis erecto-patulis, ad marginem usque productis, flavescentibus, glabris, apice tantum pubescentibus, supra planis, subtus elevatis, costâ dorsali subtus minus elevatâ, flavescente, glabrâ, lineato-sulcatâ. Petioli fere pollicares, crassi, pubescentes, supra plani, sulcati, subtus subangulosi. Pedunculus communis axillaris, petiolo duplo brevior et tenuior, pubescens. Proxime accedere videtur ad F. *clethraefoliam Willd.* (*S. V. n.* 64.) at folia non obovato-oblonga, sed oblonga, apice lanceolata, et subtus cinereo-tomentosa, nec tenui tantum pube obducta. Receptacula non obovata, et albo-punctata. *Roth l. c.*

n. 81. Ficus *terminalis*. Addatur synonymon: *Roth nov. pl. Spec. p. 392.*

Caulis rugosus, verrucosus, atropurpureus, glaber. Rami glabri, angulosi. Folia alterna, supra nitida, subtus punctis minutis albidis, acumine 2-3 lin., ad petioli originem obtusa, nec in illum desinentia, venis primariis utrinque elevatis, 2-4 poll. Petioli pollicares et paulo longiores, glabri, semiteretes, supra sulcati. Receptacula rugosa. *Roth* l. c.

Pag. 514. n. 87. Ficus *capensis*. Addatur:

Obs. Ficus *capensis*. Sub hoc nomine occurrere in hortis Ficum a *capensi Willd.* omnino alienam, et ab omnibus aliis distinctam, ac-

cedere tamen notis quibusdam ad *glaucam Dum. Cours. Marquis de Spin Catal. H. S. Sebastien* 1818. p. 28.

Pag. 516. n. 93. Ficus *Daemonum*. Addatur synonymon: *Roth nov. pl. Spec. p.* 386.

Rami fuscescentes. Folia petiolata, oblongo-ovata, ad petiolum contracta, hinc quasi subcordata, apice mucrone brevi, obtuso, obtuse serrata, trinervia, reticulato-venosa, supra nitida, rugulosa. Petioli lin. 2, crassiusculi, tomentosi. Receptacula magnitudine Cerasi majoris, gemina, sericea. Pedunculi breves et aequales, crassi, villosi. *Roth l. c.*

Quid Ficus *citrifolia Mill.*; foliis oblongo-cordatis acuminatis, petiolis longissimis. *Mill. Dict. p.* 207. *n.* 10. Ficus citrifolia, fructu parvo purpureo. *Catesb. Hist. Carol.* 3. *p.* 18?

Quid Ficus *elastica Hortul.?* *)
— *ficifolia Nois.?*
— *glandulosa H. Cels.?*
— *pendula Zeyh.?*
— *phytolaccaefolia Desf. tabl.?*
— *speciosa Fisch.?*
— *undulata Desf.?*
— *vestita Desf.?*

n. 151. ORTEGIA.

Pag. 522. n. 1. Ortehia *hispanica*. Addatur synonymon: *Link Enum. alt.* 1. *p.* 64.

Flores fasciculato-corymbosi. Glandula nigra utrinque ad basin foliorum. *Link l. c.*

Obs. Ortegia *hispanica*; caule ramoso, pedunculis dichotomo-multifloris, floribus congestis, foliis lineari-lanceolatis *Brotero Fl. lusit.* p. 53. *circa Moimenta et alibi in Beira boreali et Transmontana* in descriptione differre videtur a planta *Loeflingi*. Ait enim *Brotero*: „caulis 1/2 ped., aut parum altior, scabriusculus, ut tota planta, angulatus, striatus. Rami oppositi uti folia, quae glabra atque eorum axillae; stipulae minimae albae subulatae membranaceae. Bracteae oppositae calyce minores; flos in dichotomiis sessilis.“ Media quasi *hispanicam* inter et *dichotomam*. ☉.

n. 152. POLYCNEMUM.

Pag. 523. n. 1. Polycnemum *arvense*. Addatur synonymon: *Mauri Rom. Plant. Cent.* 13. *p.* 4.

---

*) Vidimus hoc nomine in Caldariis plerisque arborem elegantissimam, saepe 20 ped., et ultra, cortice laevi, glabro, fusco, foliis 1-2 ped., 5-6 poll. latis, integerrimis, ovato-oblongis, acumine brevi, margine vix undulatis, glabris, costatis, crassis, structurâ fere foliorum Musae, sed multoties minoribus, magisque coriaceis. Flores fructusve nusquam vidimus.

n. 1 a. POLYCNEMUM *americanum*; perenne; caulibus cespitosis; foliis oppositis, connatis, confertis, subulato-triquetris, fere pungentibus; floribus triandris?, terminalibus. *Nuttall Gen. p.* 30.

Multum simile *arvensi*, sed 2. *Nutt. In collibus aridis Missouri.* 2.

n. 1 b. POLYCNEMUM *bonariense Herb. Willd.*; foliis alternis, linearibus, mucronatis; floribus aggregatis, axillaribus. *Link Jahrb.* 3. *H. p.* 68.

Simile *arvensi*, sed flores majores, foliaque apice aculeata. *Link*, qui se non intelligere, quibus characteribus POLYCNEMA, praeter *arvense* et *bonariense*, a SALSOLIS differant, et novam adhuc speciem in *Herb. Willd.*, POLYCNEMUM *sclaranthoides*, asservari monet l. c. Confer *S. V.* ed. nostr. VI. p. 225.

n. 152 a. THRELKELDIA.

n. 1. TH. *diffusa R. Brown Prodr.* I. *p.* 409.

Suffrutex littoreus, diffusus, glaber. Folia alterna, semiteretia. Flores axillares, solitarii, sessiles, ebracteati. *In littore meridionali Novae Hollandiae.*

n. 153. LOEFFLINGIA.

Pag. 527. n. 1. LOEFFLINGIA *hispanica.* Addatur synonymon:
L. fol. subulatis, mucronatis; floribus axillaribus, sessilibus, (albis). *Lapeyr. Suppl. Abr. Pyr. p.* 9. LOEFFL. *prostrata Mönch.*

Obs. LOEFFLINGIA *caspica* tota laevis, *Gmel. Syst.* 1. p. 105. *Gmel it.* 3. p. 310. t. 35. f. 1. omnino dubia videtur species.

n. 1 a. LOEFFLINGIA *ramosissima Weinm.*; caule diffuso, ramosissimo; foliis oppositis, teretibus, glabris, pungentibus; floribus axillaribus, binis, ternisve. *Weinmann Bot. Zeit. p.* 608.

Caules plures 5-6 poll., subpubescentes. Stipulae in axillis foliorum 4, lanceolatae, longe acuminatae, diaphanae, (argenteae, foliis 3-4 lin. tertiâ parte breviores.) Calycis foliola ut in L. *hispanica*, spinulâ flavescenti terminata, sed non ad latera. *Weinm.* l. c. *In apricis siccis Chili.* 2.

n. 2 a. LOEFFLINGIA *indica*, apud nos PHARNACEUM *depressum* S. V. *T.* VI. *p.* 691. *n.* 18.

Fructus et semen, monente *Link Jahrb.* 3. *H. p.* 68. omnino LOEFFLINGIAE. Stamina 5, ut in LOEFFLINGIA *pentandra*; capsula unilocularis trivalvis, placenta centralis ad apicem usque excurrens; embryo erectus nec peripherieus.

n. 155. CALLISIA.

n. 1. CALLISIA *repens.* Dele *ro*? post foliis ovato-lan-

ceolatis; sunt enim omnino folia ovato-lanceolata, fide speciminis a clo *Bertero* lecti.

n. 2. CALLISIA *umbellulata*. Addatur patriae: *Martinica* (fide specim. *Sieberiani*.)

n. 155. COMMELINA.

Pag. 523. n. 2. COMMELINA *truncata* deleatur, utpote eadem cum *angustifolia Mich.*

n. 3. COMMELINA *dianthifolia* clo *Ker* eadem videtur cum C. *lanceolata R. Brown*, S. *V. ed. nostr. n.* 61.

n. 6. COMMELINA *hirtella*. Addatur synonymon:
COMMELINA *virginica β. Pers. Syn. I. p. 55. n.* 8.

Pag. 530. n. 9. COMMELINA *africana*. Addatur synonymon:
C. caudice tereti gracili stolonizanter ramoso, articulato, internodiis petiolo membranaceo fistulose convoluto, in fissura ciliato, vaginatis; foliorum laminis alternis distantibus, ovato-lanceolatis, crassiusculis, glabris, nunc pilis in disco utrinque paucissimis, basi ciliatis, subtus striatulis; caulicu-lis alternis e vaginae petiolaris latere laminae folii opposito introrsum villosis, internodio isometris; involucro cordato-acuminato, conduplicato-explicante, racemum pauciflorum breviorem reclinatum in canale fovente; pedicellis secundis, erectis, uniarticulatis, ad geniculum bracteolâ stipatis (articulo superno fructifero retroverso) inferiori longiori; calyce subherbaceo, segmentis 2 orbiculatis, tertio ovato duplo angustiori; corollâ maxime inaequali (quae cauli proximior resupinata?) laciniis duabus triplo grandioribus anguste unguiculatis, laminâ subreniformi-rotundatâ, lobo altero submajore, tertiâ spathulato-obovatâ, laminâ concavâ; staminibus 3 integrioribus reclinato-assurgentibus, totidem brevioribus, gracilioribus, difformiter antheriferis, oppositis, omnibus corollâ brevioribus; stylo superne retorto; stigma e depresso-aperto, orbiculato; capsulâ ovatâ, valvâ supernâ biloculari, seminibus 2-4 macris, cassis, infernâ uniloculari, semini obeso solo (soli?) fertili tota adnata. *Gawl. bot. Mag. t.* 1431.

Obs. Gawler huc adducit *Meerburgh ic. 4. Gaertn. Sem.* I. 50. *t.* 15. *f.* 1. praeter, synonyma allata, monetque C. *africanam Redouté Lil. t.* 207. CERTE aliam esse speciem fide *Dryandri Ms. in Herb. Banks.* (An C. *africana Schrank Denkschr. d. Münchn. Akad.* 1813. p. 65 genuina africana, videant autoptae.) Raro ultra tripedalis. Flores pallide flavi.

Pag. 530. n. 12. COMMELINA *subulata*. Addatur synonymon: *Roth nov. pl. Spec. p.* 23.

Caules filiformes, ad genicula radicantes, articulis 1 1/2-2 poll. Folia in sicco specimine convoluta, glabra, 1-1 1/2 poll.

Vaginae laxissimae, 2-3 lin., apice scariosae, glabrae Involucra ex omnibus axillis solitaria, semilunaria, 5 lin. longa lataque, praeter marginem glaberrima, subsessilia, flores fructusque includentia Flores minuti, caerulei, vix unquam plane exserti. Pedunculus communis plerumque 3 florus, vix lineam superans (nec 1/2 poll. ut in *attenuata Koenig*) pedicelli vix 1/2 lin. *Roth l. c.*

Pag. 531. n. 13. COMMELINA *attenuata*. Addatur synonymon: COMMELINA *repens Herb. Heyn* (fide *Roth* in *Fl. nov. Spec. p.* 24.) et conferatur cum hac *attenuata*, monente div. *Roxburgh*.

n. 13 a. COMMELINA *moluccana Roxb.*; annua, repens; foliis sessilibus, oblongis, sub-5 nervibus; floribus terminalibus, solitariis, subsessilibus; petalis aequalibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Hall.* I. *p.* 176. *n.* 3.

In Molluccis.

13 b. COMMELINA *salicifolia Roxb.*; polygama, repens: foliis anguste lanceolatis; petalis 3 aequalibus; spathis 4-6-floris; antheris dissimilibus; capsulis acutis, trilocularibus, hexaspermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Hall.* I. *p.* 176. *n.* 4.

Caules late repentes, ramosi, teretes, glabri, articulati, succulenti. Folia alterna, ad vaginas cylindricas sessilia, supra et ad marginem retro laspidula, 4-6 poll., vix poll. lata: vaginae cylindricae, striatae, fauce ciliatae. Spathae oppositifoliae, longe pedunculatae, semicordatae, longe acuminatae. Flores hermaphroditi et masculi, magni, elegantissime azurei, ut in *moluccana* dispositi, sed pauciores in pedunculo communi brevior, saepe 2 in longiore. Cal ut in illa „(ubi non descriptus!)" Petala aequalia, infimum tamen subsessile Nectaria, stamina, pistillum, ut in *moluccana* „(ubi non describuntur)" Capsulae oblongae acutae. *Roxb. l. c.* *In humidis prope Calcutta et in littore Coromandeliano.*

Pag. 532. n. 20. COMMELINA *communis*. Addatur synonymon:

C. polygama, repens, foliis ovato-lanceolatis, (utrinque) glabris; spathis multifloris: petalis inaequalibus; antheris dissimilibus; capsulis tricocci. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Hall.* I. *p.* 175., et, hoc teste, Ephemerum dipetalum *Kaempf. Amoen. p.* 883. *t.* 889. (*Roth Nov. Fl. Spec. p.* 24. COMMEL. *vulgaris Redouté.*)

Rad. fibrosa. Rami numerosi, repentes, dichotomi, articulati, teretes, longitudine varii. Folia alterna, in vaginis tubularibus sessilia, acuta, margine undulata, subtus venis tenuibus parallelis longitudinalibus. 2-4 poll; vaginae ore ciliatae. Spathae terminales subfasciculatae, semicordatae. *Roxb. l. c.* *Communis in demissis humidis Indiae.*

Obs. „Quae sub hoc nomine a d. *Heyne* ex Ind. orient accepi specimina, primo intuitu similima sunt C. *polygamae* meae; differunt tamen: cau-

libus tenuioribus, non radicantibus; foliis angustioribus, ad lentem praesertim margine subpubescentibus; involucris ex cordato magis lanceolatis; pedunculis hirsutioribus; staminibus 3 perfectis. Huc spectare videtur *Ephemer. afric. ann. bipetalo flore varietas in Zeylon et Malabar* observata *a Herm. Lugd. Bat. p.* 231. Omnes fere sub nomine C. *communis* in hortis nostris botanicis hucusque cultae plantae mera C. *polygama* nostra, et plane fere synonyma a posterioribus Linnaei operum editoribus ad *communem* L. relata, absque ullo dubio ad C. *polygamam* spectant, *e. g. Kaempf. Amoen. Fasc.* V. p. 888. t. 189. *Thunb. jap. p.* 35." *Roth. l. c. Kaempfer* tamen a divo *Roxburgh* ad *communem* laudatur.

Pag 532. n. 22. COMMELINA *caroliniana.* Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 61.

Willdenowi planta certe differt a C. *communi* foliis multo angustioribus, 3 poll., 4 lin. longis, pubescentibus, spathis magis truncatis, radice perenni. Praecedenti magis affinis; at differt: spathis multo brevius pedunculatis, vaginis foliorum pubescentibus, foliis paullo longioribus, longius acutatis. *Link l. c.*

Pag. 533. n. 25. COMMELINA *coelestis.* Addatur synonymon:
Link. Enum. alt. I. *p.* 62.

Folia ultra 5 poll. longa, ultra pollicem lata, glabra. Pedunculi dense pubescentes.

n. 26. COMMELINA *pallida.* Addatur synonymon:
Link Enum. alt. I. *p.* 62.

Affinis *coelesti.*

Pag. 534. n. 30. COMMELINA *erecta.* Addatur synonymon:
COMMELINA *communis Walth. Car.* 68 (fide *Pursh Fl. sept. Amer.* I. *p.* 32.)

Pag. 534. n. 31. COMMELINA *mollis.* Huic subjungatur:
n. 31 a. COMMELINA *pariflora*; caule vaginis foliisque molli pubescentibus; foliis subsessilibus, lanceolatis, longe acutatis, spathis glabrioribus. *Link Enum. alt.* I. *p.* 61.

Caulis decumbens basi. Folia 3 poll., 1/2 poll. lata et ultra; vaginae rubrae, pollicares. Pedunculus 4 lin. Cor. subaequalis, parva. caerulea. *Hab.?* 4. *in Tep.* (Si haec C. *parviflora Zea*, America patria videtur.)

Pag. 535. n. 33. COMMELINA *canescens.* Addatur synonymon:
C. villosa - canescens; corollis aequalibus; foliis petiolatis; involucris cucullatis, turbinatis; caule repente. *Roth nov. Spec. p.* 21.

Setae ad marginem vaginarum et petiolorum validae, rufae, articulatae. Cor. parva, caerulea, aequalis. Proxime cognata *bengalensi* s. *cucullatae Linn*, nullo tamen modo hujus varietas, ut suspicatur div. *Vahl*, characteribus datis satis superque distincta. *Roth l. c.*

Pag. 535. n. 34. COMMELINA *bengalensis*. Addatur synonymon:

C. polygama, repens: foliis cordatis; spathis trifl ris; petalis inaequalibus; antheris dissimil bus; capsu is trilo ularibus hexaspermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car* et *Wall* I. *p.* 17?., et, hoc teste, *Ephemerum benghalense Plnk.* t. 27. *f.* 3. (*Roth nov. Plant. Spec. p.* 21. *Link Enum. alt.* I. *p.* 62.)

Caules dichotomi, articulati. Folia alterna, nervosa, subpilosa, pollicaria, 3/4 poll. lata, petiolis v. gin ntibus, pilosis, ciliatis. Spathae terminales et axillares, formâ mediâ conum inte inversum fal emque, superne tantum apertae, singulâ pedunculo communi floribus 2 ☿, et longe pedunculato ♂. Flores parvi, splendide caerulei. Cal. *communis*. Petala 2 majora, longius unguiculata, ut in *communi*, tertio parvo, sessili, colorato. Nectar. Stam. Pistill. ut in *communi*, stylus eleganter spiralis. *Roxb l. c.* Cum *communi*.

Obs. „Quod sub nomine COMM. *cucullatae* specimen ab opt. *Sehrebero* e Tranquebar possideo, est C. *caeiscens Vahl*, quae certissime corollis aequalibus gaudet. Quod si immort. *Linnaeus* hanc sub C. *cucullata* intellexisset, canitiem totius plantae sane non praetervidisset.“ *Roth l. c.*

Pag. 536. n. 39. COMMELINA *nudiflora*. Addatur synonymon:

C. frequenter repens: foliis linearibus, se silibus, vaginantibus; floribus terminalibus racemosis, diandris; petalis aequalibus; capsulis triloc ularibus; loculis dispermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 17?. et, ho teste, *Tali pulli Rheed. mal.* IX. *t.* 63. TRADESCANTIA *malabarica Linn. Spec.* 412.

Caules nulli, sed rami plures breves, repentes, articulati. Folia alterna, glabra, praeter pilos aliquot ad faucem. Racemi longe pedunculati, corymbosi, superne floribus pluribus caeruleis successivis. Bracteae solitariae, unifloraе, caducae, concavae. Cal. foliolis 3 aequalibus. Petala obovata, aequalia. Nectaria pilis caeruleis moniliformibus, corpusculis 2 clavatis. Filamenta 3, 2 longiora, crassiora, magis pilosa, antheris caeruleis, tertium sterile. Stylus brevis. Semina scabra. *Roxb.* l. c. *In humidis Indiae calidioris.*

39 a. COMMELINA *cespitosa Roxb.*; polygama, repens: foliis lanceolatis: spathis cordatis pedunculatis, p ucifloris; petalis subaequalibus; capsulis tr locularibus, loculo singulo 1-2-spermo. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 173. *n.* 7.

Caules ramique numerosi, graciles, glabri, articulati, plurium pedum, ad articulos radicantes. Folia alterna, ad vaginas cylindricas glabras sessilia, ovato lanceolata, superiora angustiora, longiora, omnia integerrima utrinque glabra. Vagina, praeter foliiferam, altera interior, annularis, e qua pe-

dunculi solitarii oppositifolii, pollicares, teretes, glabri. Spatha potius semicordata plicata, singula amplexans pedunculos communes 2, quorum superior floribus 2 4 pedicellatis masculis, inferior totidem hermaphroditis. Cal. foliolis 3 aequalibus, obovatis, concavis, pallide caeruleis, pellucidis. Petala 2 superiora reniformia, pedicellata, inferius cordatum, subsessile, omnia eleganter laete caerulea. Nectaria 3 erecta, staminibus opposita adscendentibus Antherae media major, sagittata. Germen ovatum, stylo adscendente longitudine staminum, stigmate incurvo, simplici. Caps. oblonga. *Roxb.* l. c. *In Chittagong.*

39 b. COMMELINA *scapiflora Roxb.*; radice perenni; racemis radicalibus, erectis; spathis alternis, multifloris; petalis aequalibus; foliis cespitosis, ensiformibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 178. *n.* 8.

Rad. tuberibus pluribus glabris, elongatis, radiculis paucis filiformibus. Caules nulli, nisi bases foliorum vaginantes, mense uno alterove post anthesin prodeuntes. Folia undulata, acuta, glabra, venis pluribus rectis, 4 8 poll., poll. lata. Racemi recti, glabri, ad articulum singulum, (horum 2 3ve remoti) vaginâ parvâ solitariâ, singulâ amplexante ramuli insertionem floriferi. Cal. foliola late lanceolata, corollâ breviora; petala aequalia, rotunda, concava. Nectaria cum staminibus alternantia, pilosa. Filamenta petalis alternantia, nectariis longiora, medio pilosa. Antherae caeruleae Pistillum declinatum. Stigma minute tridentatum. *Roxb.* l. c. *In Hindustan.* Cent. *Hardwicke.*

39 c. COMMELINA *herbacea Roxb*; herbacea: ramis articulatis, adcendentibus; foliis lanceolatis; paniculis terminálibus; petalis aequalibus; capsulis trilocularibus, polyspermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 179. *n.* 9.

Rad. e fibris longis, crassis, carnosis. Caules plures, teretes, glabri, ad articula valde incrassati, 2 3 ped., fere toti vaginâ tecti. Folia alterna, ad vaginas sessilia, glabra, nervis 5 parallelis obsoletis, integerrima, undulata, submembranacea, colorata Vaginae articulis breviores, striatae, glabrae praeter pilos albos ad faucem. Panicululae minores etiam ex axillis superioribus, subglobosae; primariae rami alterni, primum divaricati, dein recurvi. Flores numerosi, parvi, breviter pedicellati. Bracteae triangulares, acutae. Calycis foliola aequalia, oblonga, concava, patentia, carnosa, extus furcata. Petala aequalia, ovata, calyce multo majora, concava, integerrima, patentia, pellucide e caerulescente alba Nectaria staminibus longioribus alternantia, basi barbata pilis caerulescentibus (uti stamina), glandulis trilobis flavis magnis. Germen subtrigonum Stylus obliquus, longitudine filamentorum, stigmate parvo, fasciculo pilorum. Semina 4 7 angulata in loculo singulo. *Roxb. l. c.* *In Sumatra* Dr. C. *Campbell.* 4.

Pag. 536. n. 40. COMMELINAE *spiratae* subjungatur:

40 a. COMMELINA *nana Roxb.*; repens; foliis cordato-lanceolatis (?), an plexicaulibus; floribus terminalibus, subpaniculatis; petalis aequalibus; capsulis trilocularibus, polyspermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 176.

„Si stylus longior aut spiralis esset, CÓMMELINAM *spiratam Mant.* 2. *p.* 176 credidissem. C. *diffusa Burm. ind* t. 7. f. 2. nimis mala, quam ut conferi possit: forte eadem. Caules ramique repentes, vaginis foliorum inclusi, 3 6 poll. Folia linearia, cordata, subciliata, undulata, vaginis subpubescentibus. Flores parvi, laete caerulei. Cal. aequalis, persistens. Cor petalis 3 rotundis. Filamenta nectarifera ut in aliis indicis, sed nuda. Filamenta a basi ad medium usque pilosa, supra stigma convergentia. Antherae caeruleae. Stylus staminibus brevior, rectus, attenuatus. Semina 3 6 in loculo singulo. *Roxb.* l. c. *In humidis Indiae.* ⊙.

Pag. 538. n. 4ª. COMMELINA *tenuis*. Addatur synonymon: *Roth nov. pl. Spec. p.* 22.

Rad. fibrosa, descendens. Caulis adscendens, erectiusculus, setâ porcinâ paulo crassior, infra medium ramo uno alterove, articulatus, teres, hinc lineâ decurrente villosus, caeterum glaber, digiti intermedii longitudine, forsan etiam longior. Folia alterna, internodiis longiora, subacuminata, brevissime mucronata, apice ad lentem tenuissime serrulata, basi pilis sparsis ciliata, 6-nervia cum costâ intermediâ paulo crassiore, elegantissime striata et punctata, glabra, basi attenuata, a infima minora, reliqua tria unciâ paulo longiora, supremum ad paniculae exortum e latiori basi lanceolatum. Vaginae 1 1/2 lin. fere longae, albidae, striis viridibus, margine ciliatae, lineâ pilosâ ad caulem decurrentes. Pedunculus terminalis, 1/2 poll., striatus, apice bifidus, ad divisuram foliolo ovato-lanceolato, 1 1/2 lin.; rami pedunculo communi paulo breviores, 2-3-flori; pedicelli breves. Bractea sub quovis flore solitaria, alba, cordato-ovata, obtusa, florem basi arcte amplectens, illoque brevior. Cor subnutans, magnitudine circiter LITHOSPERMI *arvensis*. Petala 3 exteriora calyciformia, viridia, oblonga, obtusa; interiora 3 caerulea, subrotunda, venosa, aequalia. Filamenta 3 longiora fertilia, capillaria, glabra, divergentia, albida. Antherae oblongae, dorso affixae. Stylus capillaris longitudine staminum. Caps. obovata, subacuminata, obtusa, glabra. *Roth l. c.*

Pag. 538. n. 49. COMMELINA *paniculata*. Huic subjungatur:

n. 49 a. C. *benniensis P. de Beauv*; foliis ovato oblongis, marginibus scabriusculis, serrulatis; floribus parvis, paniculatis; paniculâ terminali. *Fl. Oware et Benin* II. *p.* 49. *t.* 87.

Affinis *paniculatae*, sed tota glabra, paniculâ ramosissimâ. *In pratis prope Benin.* 4.

Pag. 541. n. 61. COMMELINA *lanceolata* clo *Ker* eadem vi-

detur cum *dianthifolia Decand. S. V. ed. nostr. p.* 523. *n.* 3.

Pag. 542. n. 66. COMMELINA *acuminata Poiret* deleatur; est enim COMMELINA *tenuis.*

Pag. 542. n. 72 COMMELINIS addantur:

73. COMMEL. *glabra Meyer:* foliis lanceolatis petiolatis cauleque erecto glabris; involucris axillaribus, pedunculatis, cordato-ovatis. *Meyer Essequebo p.* 22.

„Glaberrima. Caulis erectus, pedalis et ultra, crassitie pennae gallinae, teres, striatus. Folia patentia, vel divergentia, acuminata, basi rotundata, 3-3 1/2 poll., 1/2 poll. lata, margine scabra, utrinque punctis albidis. Petioli brevissimi, compressi. Vaginae 1/2 poll., laxae, petiolum versus ciliatae, virides. Involucrum acuminatum, complicatum, obtecto venosum, tenuissime punctatum. Pedunculi 2-3, superior plerumque exsertus. Cor. parva caerulea. Antherae luteae." *Meyer l. c.* *In graminosis.*

74. COMMELINA *debilis Ledeb.*; corollis inaequalibus; involucris suborbiculato-cordatis, acutis; foliis oblongo-lanceolatis, petiolatis, su glabris; vaginis hinc pubescentibus; caule erecto debili. *Ledeb. in litt.*

Caules teretes, glabri vel tenuissime sub lente pubescentes, flexuosi, versus apicem ramosi, ramis axillaribus alternis. Folia alterna, petiolo ciliato, acuminata, basin versus attenuata, subundulata, supra glabra, subtus pube tenui, discolora, 7 9-nervia, nervis subtus prominentibus. Vagina striata, glabra, latere folio opposito pubescens, ad oras in auricula foliacea 2 expansa. Pedunculi axillares, solitarii, erecti, 3-4 lin., glabri. Involucrum subinde in cucullum connatum 7-9-nerve, extus pilosum, intus glaberrimum, e quo pedicelli 2 quorum exterior nonnunquam sterilis, interior quadriflorus. Cor. *angustifoliâ* duplo minor, colore intensiore, petalis 2, majoribus. Reliqua generis. *Ledeb.* *Habitat? — in Caldario.* 4.

n. 75. COMMELINA *bahiensis Hoffmannsegg*; foliis lanceolatis, pubescentibus; vaginis ciliatis; spathis cordatis, conduplicatis, extus pilosis; corollis inaequalibus. *Link Jahrb.* 3. *p.* 73.

E Brasilia. Com. ab *Hoffmannsegg.* Huic proxime affinis, sed magis hirsuta, lecta a *Humb.* et *Bonpl.* in regno Quitensi COMMELINA *hirsuta.*

n. 76. COMMELINA *sulcata Hoffmannsegg*; caule repente, sulcato, glabro; vaginis ventricosis, ciliatis; foliis lanceolatis, acutis, involucrisque conduplicatis, ovatis, glabris; corollis inaequalibus. *Link Jahrb.* 3. *p.* 74.

In Brasilia. Com. ab *Hoffmannsegg, in Herb. Willd.*

n. 77. COMMELINA *pedunculosa Link*; caule prostrato, repente, striato, glabro; vaginis ciliatis; foliis subpetiola-

tis, lanceolatis, involucrisque cordate lanceolatis glabris; pedunculo intra involucrum elongato, pubescente; corollis inaequalibus. *Link Jahrb.* 3. *p.* 74. *Herb. Willd.*

Missa a D *Klein* nomine C. *virginicae;* determinata a divo *Willdenow* nomine *diffasae*, at non quadrat *Burmanni* icon.

Quid COMMELINA (ANEILEMA) *ovato-oblonga Pal. de Beauv.?*

— *persicoriaefolia Redout.?*

— *stricta Desfont.?*

n. 157. SYENA.

Pag. 542. n. 1. SYENAE *fluviatili* addatur diagnosis:
S. foliis subtrinervibus, pedicellis bibracteatis. *Aublet* l. c.

n. 2. SYENA *Nuttalliana;* foliis uninervibus, pedicellis ebracteatis, spathaceis. SYENA *Nuttall Gen. p.* 28.

„Herbula parva, subaquatica, repens, musciformis; folia alterna, conferta, lineari-subulata; flores solitarii, axillares, remoti pedunculis post anthesin deflexis. In SYENA *Statuam unitoram* caulis bifistulosus, natans, ut in CALLITRICHE; pedunculi spathâ univalvi, scariosâ; filamentum et anthera unitum; bacca obovata, bilocularis, emittens apice pollen poris 2 terminalibus obliquis; stylus simplex stigma integrum, persistens; capsula oblongo-ovata, 1-locularis, 3-valvis; semina 9. (ternis valvulae singulae affixis) sphaerica, alterâ extremitate acuta, longitudinaliter transversa lineis elevatis, scabris, dura, fragilia, atrofusca. Distincta videtur ab *Aubletî* planta, cum *in Virginia.*

Obs. In *Herb. Willd.* prostare plantam brasiliensem SYENAE *fluviatili* maxime affinem, communicatam a clo *Desfontaines* attamen diversam, *Link Jahrb.* 3. *p.* 73.

MACROLOBIUM.

M. *hymenaeoidi* addatur;
M. foliolis sessilibus; bracteis elevato-uninervibus; calycis laciniis patentibus; staminibus corollam vix superantibus; leguminibus hinc alato-marginatis. *Meyer Essequebo p.* 17.

Obs. MACROLOBIUM *pendulum Hoffmannsegg* in *Herb. willd.* sibi vix videri differre ab *hymenaeoide*, cujus racemi pariter duorsum curvati *Link Jahrb.* 3. *p.* 69.

1a. MACROLOBIUM *stamineum Meyer;* foliolis sessilibus; calycis laciniis reflexis; staminibus corollâ triplo longioribus; leguminibus hinc obsolete marginatis. *Meyer Essequeb. p.* 18.

Arbor cortice cinereo, subnitido. Rami teretes; ramuli fusco-sanguinei, glabri. Folia alterna, geminata; foliola firma, 4-5 poll., 1 1/4-1 1/3 poll lata, adverso subfalcata, lanceolato-oblonga, obtusiuscula, latere interiore angustiore, integer-

rima, utrinque glabra, nitida. Petioli 1/2 poll., basi et apice subincrassati, glabri. Racemi versus apicem ramulorum intrafoliacei, plerumque gemini, alter pedunculo brevi, nunc axillares, solitarii, sessiles, omnes curvati, apice adscendentes, 2 poll., angulati. Flores alterni, brevissime pedicellati. Bracteae 2, sub anthesi patenti-divergentes, obovatae, acutiusculae, concavae, interne glabrae et fuscae, externe una cum pedunculo et pedicellis tomento denso, flavo-ferrugineo. Cal. brevis, inferne tubulosus, e viridi rufescens, basi hinc gibbus, fauce subcoarctatus, limbi laciniis ovatis, acutiusculis, concavis, reflexis. Petalorum 4 calyce inclusa, minuta, acuta, subciliata, quintum maximum, patenti-recurvatum, oblongum, basi concavum, superne in laminam undulato-plicatam album dilatatum, subpubescens. Stam purpurea, filamenta petalo maximo triplo longiora, adscendentia, inferne pilis raris. Antherae puberulae. Germen pedicellatum. Legumen magnum, ovato-rhomboideum, compresso-planum, obsolete marginatum. Semen orbiculare. M. *hymenaeoides* differt: bracteis nervo crassiusculo elevato, calycis laciniis patentibus, petalo maximo violaceo, staminibus petalum maximum paulo tantum superantibus, palidioribus, leguminibus evidentius alato-marginatis, florescendi tempore." *Meyer. In sylvis littoralibus insulae Arowabisch.* ħ.

Pag. 543. MACROLOBIUS addatur:

n. 3. MACROLOBIUM *bijugum Colebrooke;* floribus triandris; filamentis sex sterilibus, foliis bijugis. *Colebrooke Trans. Linn. Soc.* XII.

In India orientali, loco incerto.

n. 160. HIPPOCRATEA.

Pag. 544. n 3. HIPPOCRATEA *laevigata.* Huic subjungatur:

n. 3a. HIPPOCRATEA *discolor Meyer;* foliis ovalibus, breviter acuminatis, (obsolete) crenato-serratis, glabris, subtus discoloribus; capsulis ovatis. *Meyer Essequebo p.* 19.

„Rami subtetragoni glabri, ramuli tenuissime ferrugineo-tomentosi. Folia opposita, petiolata, 3, ut plurimum, poll., paulo ultra 1 1/2 poll. lata, eleganter venulosa, glabra, subnitida, subtus rufescentia. Petioli 1/2 poll., glabri, stipulis geminis subulatis deciduis. Paniculae terminales et laterales, foliis brevieres, dichotomi. Rami patenti divergentes ramulique ferrugineo tomentosi, ramulus singulus 2-3-florus, in dichotomia paniculae. Bracteae ad basin ramorum singulae, ovatae. Cal planus. Cor. flava, petala oblonga, squamae petalis superne insidentes, concavae, acumine parvo terminatae. Filamenta reflexa e margine crassiusculo. Stylus staminibus brevior. H. *laevigata Vahl* affinis; sed haec ex auctoritate cli *Richard* a *Vahl* huc delata, et silente *Poiret*, qui omnes *Richardi* plantas diligenter enumerat, dubia videtur." *Meyer* l. c. *In sylvis litoris Arowabisch.* ħ.

Pag. 544. n. 5. HIPPOCRATEAE *dispermae* sub jungatur:

n. 5 a. HIPPOCRATEA *indica*; frutico a, cirrhis scandens; foliis oblongi, ventricosis, serratis: corymbis axillaribus; capsulis oblongis, dispermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 69. *Coromand. t.* 150.

Cirrhi simplices lignosi. Folia opposita, breviter petiolata, ovata, acuta, serrata, glabra, 2 fere poll. Paniculae s. umbellae „(supra corymbi)" oppositae, pedunculatae, longitudine fere foliorum, dichotomae, expansae. Flores numerosi, parvi, ferrugineo flavi. Bracteae minutae. Petala linearioblonga. Germen 3 lobum, 3-loculare. Stylus staminibus brevior. Caps. 1-3, oblonga, 1-locularis, 1-valvis. Semina 2, late alata *Roxb.* l. c. *In sylvis, incultis, variis Indiae regionibus.*

5 b. HIPPOCRATEA *obtusifolia Roxb.*; fruticosa, scandens ramulis cirrhosis; foliis elliptico-oblongis, integerrimis, obtusis; corymbis terminalibus axillaribusque; capsulis obovatis, tetraspermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 170. *n.* 2.

Caules lignosi, cortice fisso spongioso cinereo, alte scandentes ramulis teretibus, glabris, divergentibus, oppositis, semel vel bis spiralibus. Folia opposita, breviter petiolata, luxuriantia, subinde serrulata, firma, nitida, 3-4 poll. Stipulae quaternae, minutae, subulatae, in ramulis majores. Corymbi saepius repetito dichotomi, foliis breviores. Bracteae minutae, ovatae. Flores parvi, pallide viridi-flavi. Cal. 5-phyllus. Petala ovato-lanceolata. Nectarium receptaculum magnum, carnosum. basin germinis sustinens; margine tenui diviso in lacinias 5, attenuatas, antheriferas, primum erectas, demum revolutas, filamentorum loco. Antherae lobi 2 rotundi, uniloculares. Germen trilobum, nectario immersum, triloculare, loculis polyspermis. Stylus longitudine filamentorum, stigmate tridentato Capsulae obovatae, tenues, glabrae, obsolete venosae, 2 fere poll., 1 1/2 latae. Semina plerumque 4 in capsula singula, 2 utrinque, anguste oblonga, alâ magna oblongâ, membranaceâ, a basi ortâ. Integumenta 2; exterius membrana glabra tenuis; interius crassum, spongiosum. Perisperma o. *Roxb. l. c.* *Ad littus Coromandelianum.*

5 c. HIPPOCRATEA *arborea Roxb.*; subarborea, ramis scandentibus; foliis oppositis oblongis serrulatis cuspidatis; corymbis axillaribus; capsulis lineari-oblongis, dispermis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 171.

Licet div. *Roxburgh* ad HIPP. *obtusifoliam* dicat: „hanc et *arboream*, praeter capsulas dispermas in *arborea*, omni aliâ ratione exacte sibi similes esse," differentiae tamen aliae in ejusdem descriptione *arboreae*, haud ita laeves, occurrunt, et quidem sequentes: „ truncus sat rectus, sed brevis, crassitie fere cruris, cortice glabro, atro-fusco cinereo; rami juniores nitidissimi; folia pendula, attenuato-acuminata, 6-7

poll., 3 fere lata; stipulae nullae, sed gemmae 2-3 parvae, atro-fuscae, squamosae in axilla singula. Corymbi dichotomi, flore pedunculato in dichotomia; bracteae oppositae, parvae, permanentes. Cal. 4 saepe 5-6-partitus, laciniis rotundatis, corollâ dimidio brevioribus. Petala 4-5-6 (6 ut plurimum, ut fere numerus naturalis!) seric duplici, aequalia, ovato-oblonga. Nectarium trigonum, carnosum, urceoli ad instar staminum insertionem germenque cingens. Filamenta 3 membranacea, corollâ breviora. Antherae quadrilobae. Germen ovatum, stylo brevi, stigmate simplici. Capsulae cuneiformes, striatae, 3 poll. 1 1/2 poll. latae, valvulis exacte naviculariformibus. Semina 2 ovata, compressa, alâ oblongâ molli tenui spongiosa. Integumentum simplex ochraceum." *Roxb.* l. c. *In interioribus Indiae.* ♄.

n. 6. HIPPOCRATEA *paniculata*. Addatur:

Obs. In specimen nostrum lectum a clo *Bertero* in S. Domingo quadrant omnino characteres dati in diagnosi et in descriptione; attamen foliis utrinque acuminatis quaedam apice obtusissima intermixta.

Pag. 545. n. 9. HIPPOCRATEAE *malpighiaefoliae Rudge* addatur synonymon:

TONSELLA *malpighiaefolia Meyer*; foliis ovali-oblongis, breviter acuminatis, integerrimis, laevibus nitidisque; paniculis dichotomo-corymbosis. *Meyer Essequebo. p.* 21.

„Arbor scandens, nec volubilis, cortice dirupto, cinereo-fusco. Rami oppositi, teretes, ramosi, tuberculati. Folia opposita, petiolata, subcoriacea, maxima 6-7-poll., 2 1/2 poll. lata, ramulorum duplo minora, venis arcuatis, flavo-viridia. Petioli vix 1/2 poll. Stipulae ovato lanceolatae, acuminatae, deciduae. Paniculae terminales et laterales, longitudine foliorum. Rami et ramuli patentes, parum compressi, basi bracteis singulis, ramorum inferiorum lineari-lanceolatis, superiorum ovatis, omnibus subulato-acuminatis. Cal. 5 partitus, albescenti-viridis, laciniis patentissimis, 3 cordato-subrotundis, denticulato-ciliatis, 2 minoribus ovato-subrotundis. Cor. calyce duplo major, petalis subrotundo-ovatis subconcavis obsolete denticulato ciliatis, punctatis, albis. Antherae utrinque emarginatae. Stigma 3-fidum. Descriptionem cli *Radge* non in omnibus justam et naturae congruentem, fructum adhuc ignotum essse, ideo ob affinitatem cum TONSELLA *scabra* et *decussata* huc retulisse *Meyer* l. c. *In sylvis ambrosis plantationis Königsberg.* ♄.

Obs. HIPPOCRATEAM *acuminatam Hoffmannsegg* e Brasilia in *Willd. Herb.* omnino hujus esse loci, ibique novas quasdam species *Humboldtianas* asservari: *Link Jahrb. 3. H. p.* 68. Post HIPPOCRATEAM inseratur:

160 a. JOHNIA.

J. *salicioides Roxb.*; foliis oppositis, late lanceolatis, integerrimis, firmis, nitidis; calyce 5-phyllo; petalis sessi-

libus; antheris nectarii divisionibus tribus insidentibus. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 173.

Frutex magnus, ramosus; ramis patentibus, saepe pendulis, cortice fuscescente scabriusculo, in junioribus laevi. Folia breviter petiolata, recurva, obtusa cum acumine, 4 poll, 2 lata. Stipulae minutae, caducae. Pedunculi axillares, plures, petiolo longiores, uniflori. Flores parvi, profunde virenti-aurantiaci. Calycis foliola rotunda, margine villosa, parva. Petala rotunda, margine recurva. Filamenta brevia s. segmenta triangularia nectarii carnosi, urceolati, antheris magnis didymis. Germen conicum. Stylus vix ullus, stigma acutum. Bacca magnitudine pomi sylvestris, rotunda, glabra, obscure rubra: pulpâ copiosâ, albâ, molli, tenaci, gelatinosâ, incolis eduli. Semina 2-3 pulpâ separata, transverse oblonga, extus convexa, integumento simplici fusco spongioso, perispermate o. *Roxb.* l. c. *In Tipperah, Chittagong aliisque Bengaliae finibus orientalibus.* ♄.

2 J. *coromandeliana Roxb.*; foliis oppositis, serrulatis, nitidis; calyce 5-dentato; petalis unguiculatis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 173.

Arbor humilis divaricata s. frutex scandens. Folia breviter petiolata, ovata, glabra, lucida, 3 poll., 1½ lata. Pedunculi axillares, plures, arcuati, uniflori. Cal. 5 fidus. Petala rotundato-ovata, patentia. Filamenta patentia, petalis breviora. Antherae parvae, geminae. Germen nectario semi-immersum. Stylus brevissimus, stigmate simplici. Bacca globosa supra nectarium persistens, magnitudine et coloris cerasi rubri. *Roxb.* l. c. *In sylvis et montibus Coromandel.* ♄.

160b. RADDISIA.

R. *arborea Schrank Denkschr. Münch. Akad.* VII. *p.* 244. *Leander de Sacramento ibid.*

Arbor fere 12 ped., trunco cylindrico, nudo, ramosissimo, 5 fere poll. crasso. Folia opposita, elliptica, acuta, glabra, serrata. Petioli breves. Flores axillares solitarii, aggregative, pedunculis brevibus, nudis. Calycis foliola 5 exteriora minora, interiora subacuta, integerrima, nuda, corollâ multoties majora. Cor. 5-partita, tubo subnullo; laciniis subrotundis, integerrimis, aequalibus, colore purpurascente. Stam. corollâ breviore. Filamenta linearia. Antherae parvae, 2-loculares, truncatae. Pistillum staminibus longius. Germen subtrigonum. Stylus brevis. Stigma simplex. Placenta centralis. Semina subglobosa. Flores saepissime abortiunt. *Sacrament.* *Ad ripas insularum Rio-Janeiro.* ♄. Anne ANTHODUS?

n. 161. TONSELLA.

Pag. 545. n. 1. TONSELLAE *scabrae* subjungatur:

n. 1a. TONSELLA *laevigata Hoffmannsegg*; foliis pe-

tiolatis, oblongis, acutis, subundulatis, integerrimis, glabris, subtus subasperis; paniculis multifidis, axillaribus; petalis ciliatis. *Link Jahrb. 3. H. p. 68.* ex *Herb. Willd.*

Affinis *scabrae*, sed rami etiam glabri. Melius fors *glabrata* diceretur. *Link.*

Pag. 547 post TONSELLAM inseratur:

n. 161 a. ANTHODUS.

1. A. *decussatus Ruiz* et *Pav.* — TONSELLA *decussata Vahl* et *Syst. Veg. ed. nostr.* I. *p.* 546.

2. A. *paniculatus Martius;* foliis ovatis, obtusiusculis, obsolete et subundulato-crenatis; floribus paniculatis; petalis ovalibus remote et inaequaliter denticulatis. *Mart. in litt.*

Ad Rio de Janeiro.

3. A *undulatus Mart.;* foliis ovatis, acutis, utrinque attenuatis, obtuse subundulato serratis; floribus binis ternisve axillaribus breviter pedicellatis; petalis obovato subrotundis, fimbriato dentatis. *Mart. in litt.*

Ad Rio de Janeiro.

4. A. *ellipticus Mart.;* foliis crassis, ellipticis, utrinque rotundatis, margine incrassato-integerrimis; floribus axillaribus lateralibusque breviter pedunculatis, fasciculatis; petalis obovato-orbicularibus, serrulatis. *Mart. in litt.*

Ad Rio de Janeiro.

5. A. *grandifolius Mart.;* foliis crassis, oblongis, obtusis, integerrimis; floribus axillaribus lateralibusque aggregatis, brevissime pedunculatis; petalis ovato-suborbiculatis, denticulatis. *Mart. in litt.*

Ad Rio de Janeiro.

6. A. *oblongifolius Mart.;* foliis crassis, oblongis, obtusiusculis, antice remote et subundulato-crenatis; floribus axillaribus lateralibusque aggregatis, pedunculatis; petalis obovato oblongis, denticulatis. *Mart. in litt.*

In sylvis deserti ad fluv. S. Francisci Prov. Bahiae.

7. A. *glomeratus Mart.;* foliis crassis, oblongo-lanceolatis, obtusiusculis; floribus glomeratis axillaribus lateralibusque sessilibus; petalis orbicularibus vix denticulatis. *Mart. in litt.*

Cum oblongifolio.

8. A. *micranthus Mart.;* foliis crassis, lineari-oblongis, obtusis, integerrimis; paniculis axillaribus terminali-

busque pauciflоris; petalis obovatis, vix denticulatis. *Mart. in litt.*

In sylvis Catingas dictis Prov. Bahiensis.

9. A. *crassifolius Mart.*: foliis crassis, submarginatis, lineari-ellipticis; floribus glomeratis, sessilibus, axillaribus lateralibusque; petalis obovato-orbicularibus integerrimis.

In altis campis deserti versus Vaô la Paraxa Prov. Goyazanae.

n. 162. OLAX.

Pag. 547. n. 2. OLAX *scandens*. Addatur synonymon:

O. fruticosus, scandens; foliis ovato-oblongis; petalis nectariisque bifidis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* 1. *p.* 168.

Truncus saepius crassitie femoris. Rami numerosi, scandentes aut cernui. Spinae cornu rhinocerotis similes, validissimae, sparsae. Folia alterna, disticha, petiolata, ovata, integerrima, glabra, 2 poll., poll. lata. Racemi axillares, solitarii, pauciflori, foliis dimidio breviores. Flores parvi, albi. Calyx urceolatus, integer, persistens, cum fructu marcescens. Corolla campanulata: petala 1-2 vel omnia 3 usque ad dimidium bifida; laciniis linearibus patentibus. Nectarium bifidum, filiforme, luteum, intus e basi cujusve laciniae petalorum. Filamenta brevia, inter nectaria petalis infra fissuram inserta: antherae oblongae. Germen ovatum. Stylus longitudine corollae; stigma simplex. Bacca globosa, ad 2/3 calyce grande facto tecta, flava, pulposa. Semina solitaria, subglobosa. *Roxb. Corom.*

2 a. OLAX *imbricata Roxb.*; fruticosa, scandens; foliis bifariis, ovato-lanceolatis oblongique, integerrimis, nitentibus; racemi axillaribus, ante anthesin bifariam imbricatis (ut in Briz.); drupis ovatis. *Roxb. Fl. ind. p.* 169.

In Chittagong.

Pag. 574 et 584. n. 4. OLACI *Phyllantho* addatur synonymon:

SPERMAXYRUM *Phyllanthi Poiret Enc. meth. Suppl.* V. *p.* 196.

SPERMAXYRO in floribus masculis filamenta 9, tria fertilia in axi centrali breviora; cal monophyllus, petala 5 vix colorata; feminis stylus crassiusculus, stigmate trifido; caps. unilocularis elastice apice dissiliens in valvulas duas, calyce libero tectas, monosperma. Frutex orgyalis.

Observ. In *Herb. Willd.* asservari adhuc OLACEM *Pseudoleum* et *Pseudoleiodem Aub. Pet. Thouars* (PHYLLANTHOS *Brown*) *Link Jahrb.* 3. *p.* 69.

n. 163. COMOCLADIA.

Pag. 548 n. 2. COMOCLADIA *dentata*. Addatur:
β. glabra; foliis utrinque petiolisque glabris. *Carasco Hispan.*

β. *In Portoricco legit* cls *Bertero.*

COMOCLADIIS addatur:

n. 5. COMOCLADIA *lomentosa Humb.* et *Bonpl.* in *Herb. Willd* fide *Link Jahrb.* 3. *p.* 69.

Obs. COMOCLADIAM inter et MACROLOBIUM genus novum posuit cls. *Link l. c.*: TRICHASTEROPHYLLUM, cujus species nova, lecta a *Humboldt* et *Bonpl.*, et TRICHASTEROPHYLLUM *hyssopifolium* dicta, asservatur in *Herb. Willd.*

n. 166. OXYBAPHUS.

Pag. 549. n. 2. OXYBAPHO *glabrifolio* addatur synonymon:
Humb. et *Bonpl. nov. gen. red Hunth* II. *p.* 213.

Pag. 550. n. 6. OXYBAPHUS *aggregatus.* Addatur:

Obs. OXYBAPHUM *aggregatum* forte ALLIONIAM esse ob involucrum uniflorum. *Humb.* et *Bonpl. Nov. gen. red. Kunth* II. p. 214. Et sic, vice versa, cls *Nuttall* ALLIONIAS jubet esse CALYMENIAS *Pers.*

n. 167. XYRIS.

Pag. 550. n. 1. XYRIS *indica.* Addatur synonymon:
X. foliis ensiformibus; capitulis globosis; squamis rotundis. *Roxb. Fl. ind. ed. Car.* et *Wall.* I. *p.* 185.

Rad. fibrosa. Folia radicalia, bifaria, recta, altero margine in vaginam excisa pro scapo, acuta, glabra, 6-12 poll. Scapus nudus, „teres"! striatus, erectus. Flores eleganter flavi. Bracteae s. squamae uniflorae, orbiculares, concavae, durae, glabrae. Calycis foliola 3 squamâ abscondita, membranacea. Petala unguiculata, limbo ovato, crenato, supra squamam expanso. Nectarium filamenta 3 alternatim cum petalis ad basin germinis inserta, apice bifida, laciniâ singulâ basi penicillo pilorum flavorum terminatâ, margini petalorum firmiter adhaerente. Antherae geminae, erectae. Germen triloculare. Stylus longitudine unguium petalorum. Stigmata lateralia. Semina plura. *Roxb.* l. c. *In argillosis demissis Coromandeliae et Bengaliae.* ☉.

n. 1 a. XYRIS *pubescens Poir.*; scapo striato, subcylindrico, vaginâ pubescente involuto. *Poir. Enc. meth.* VIII. *p.* 819.

Affinis *indicae.* Radices longae, crassitie digiti, fibris mollibus, subcarnosis, subsimplicibus. Folia radicalia numerosa, laxa, alterna, subimbricata, glaberrima, 1 1 1/2 ped. 1/2 poll. lata, integerrima, acuta Scapi erecti, graciles, subcylindrici, basi torti, vaginâ 2-3 poll., folio brevi acuto terminatâ. Capitulum ovatum, obtusum, magnitudine pisi, squamis inaequali-

bus, pallidis, imbricatis, exterioribus subacutis, ovatis, planis, interioribus angustioribus, obtusis. *Poir.* *In Antillis. Herb. Desfont.*

Pag. 551. n. 6. Xyris *caroliniana.* Addatur synonymon: *Nutt. Gen. p.* 30. Xyris *Jupicai Bolt. Floral. Bost. p.* 13. Xyris *flexuosa Mühlenb. Cat.* (fide *Nutt.*)

Rad. bulbosa; folia graminea, scapo breviora; scapus erectus, tortus, apice parum dilatatus. Capitula subrotunda, acutiuscula. flosculis pluribus parvis flavicantibus, intus pilosis, petalis 3, ovatis, crenatis. *Bolt.*

Pag. 552. n. 10. Xyridi *filiformi* addatur:

10a. Xyris *ciliata Holm;* scapo striato, laevi; capitulo oblongo; foliis linearibus, obtusis, brevioribus: vaginis ciliatis. *Plant. Brasil. Dec.* III. *praes.* C. P. *Thunberg* C. O. *Holm. p.* 27.

Rad. fibrosa. Folia radicalia plurima connata, striata, margine piloso scabriuscula, erecta, inaequalia, scapis duplo breviora, vix spithamaea. Scapi plures, filiformes, striati, glabri, erecti, inaequales pedales et ultra. Capitulum oblongum obtusum glabrum magnitudine pisi. Squamae imbricatae ovatae glabrae bruneae. *Holm* l. c. *In Brasilia.* ⊙.

Pag. 553. n. 14. X. *elongata Lamb.*; scapo ancipiti, longissimo; capitulo oblongo; bracteis inferioribus acute carinatis. *Lamb. Trans. Linn. Soc.* X. *p.* 289. *t.* 15. *f.* 1.

Rad. fibrosa; folia inferiora vaginata, angusta, subulata, scapo duplo breviora, squamis multis vaginantibus; scapi plures bipedales subtorsi, argute striati, solidi, flavicantes, foliis 2 vaginantibus; spica terminalis elongata, densa, obtusa, pollicaris; bracteis ovatis, concavis, margine membranaceis; bracteae 2 sub flore singulo; cor. flava, petalis 3 latis, cuneiformibus; filamenta 3 brevissima, basi corollae inserta; antherae profunde emarginatae. *In porta Jackson.*

n. 16. Xyris *fimbriata Elliott;* capitulis laxe imbricatis; calyce bracteis multo longiore, fimbriato; foliis ensiformibus. *Elliott Bot. of S. Carolin. et Georg. p.* 52.

n. 17. Xyris *Baldwiniana;* capitulo ovali; bracteis subrotundis, calycem aequantibus; scapo tereti, basi vaginato; foliis teretibus, fistulosis, acutis. Xyris *juncea Baldw.* apud *Elliott l. c. p.* 53.

Nomen mutandum erat, cum jam sit *juncea* R. *Brown.*

n. 18 Xyris *brasiliensis Spreng.*; foliis radicalibus linearibus, glaucescentibus, glaberrimis, scapo angulato-sulcato quadruplo brevioribus; capituli ovati squamis acutis, glabris. *Spreng. Nov. prov. p.* 48.

Radices fibrosae superne in bulbum cocuntes. Scapi dodrantales, filiformes, glabri, quadrangulares, penitus nudi. Folia e bulbo

radicis, 2 poll.; angustissima, enervia. Capitulum terminale, acutum, stramineum, magnitudine pisi. Squamae ovatae, nervo viridi per dorsum excurrente. Glumae trivalves, cartilagineae. Stigma trifidum. *Spreng.* *In Brasilia. Otto.*

Obs. Monente clo *Steudel* ABILDGAARDIA *monostachya.*

Obs. XYRIS *gracilis*, et missa ab ill. *Smith*, XYRIS *bracteolata, communicata* data ab *Aub. du Petit Thouars* indescriptae in *Herb. Willd. Link Jahrb.* 1. *p.* 74. — *Num bracteolata* fors *bracteata? Num gracilis Smith*, ut videtur, *gracilis H. Brown?*

n. 168. ABOLBODA.

Pag. 554. n. 2. ABOLBODAE *imberbi* addatur:

Obs. Species haec (quae A. *inermis* aphalmate legitur apud clm. *Link Jahrb.* 3. *p.* 74.) a divo *Willdenow*, teste *Link l. c.* genus proprium, CHLOERUM. dicebatur, quod ABOLBODAE jungitur rectius, et MORAEAE magis affine quam RESTIONI.

Addenda
ad Mantissam Classis III.

Pag. 72 post WACHENDORFIAM **inseratur:**

n. 138 a. HAGENBACHIA. *Perianthium* 6-partitum, laciniis 3 interioribus margine antherigeris. *Antherae* sessiles. *Capsula* 3-locularis, dehiscentiâ septicidâ, loculis dispermis, seminibus axipendulis. *Nees* et *Mart. N. Act. Ac. N. Cur.* XI. *MS. Familia* HAEMODORACEARUM.

HAGENBACHIA *brasiliensis Nees* et *Mart. N. Act. Ac. N. Cur.* XI. *MS.*

Folia 1 1/2 ped., iridea, flaccida. Scapus foliis brevior, nudus, paniculatus. Flores fasciculati, parvi, nutantes, lutei, spathâ aridâ membranaceâ suffulti. *In Brasilia.* 4. *Ser. Princ. Max. Neovid.*

Index

Generum, Specierum, Synonymorum.*)

pag.

Abildgaardia.
monostachya. . 352*

Abolboda.
inermis. . . 352

Acaena.
laevigata. . . . 219
laxiflora. . . . 219
magellanica. . . 219
ovalifolia. . . . 219
ovalis. . . . 219*
polerioides. . . . 219
sericea. . . . 219
splendens. . . . 219

Acosmos. . . . 66*

Acroglochin. . . . 69
chenopodioides. . 227

Adhatoda.
pubescens. . . 141*

Agardhia. . . . 3

Agriophyllum.
arenarium. . . 64

Aldina. . . . 135*

Alga.
marina. . . 60*

Allionia. . . . 350*

Alpinia.
Allughas. . . 18. 40
bracteata. . . 18. 23
calcarata. . . 21. 22
Cardamomum. . 23*
— — medium. 24*
cernua. . . . 21
diffusa. . . . 23
exaltata. . . . 20

pag.

Alpinia.
Galanga. . . . 17
latifolia. . . 10*
linguiformis. . . 24
malaccensis. . . . 18
mutica. . . . 20
nutans. . . . 19. 20
penicillata. . . . 23
punicea. . . 24*
Roscoeana. . . . 23
serrulata. . . . 22
spicata. . . 22. 23*
striata. . . . 22

Amomum.
aculeatum. . . . 37
angustifolium. . . 38
aquaticum. . . . 40
aromaticum. . . 39
Cardamomum. 22*. 23*. 35
Ensal. . . . 30*
dealbatum. . . 38
grana paradisi. . 20. 38
latifolium. . . 40*
maximum. . . . 38
montanum. . . 26*
nigrum. . . . 40
nutans. . . . 40
racemosum. . . 23*
repens. . . . 23*
sericeum. . . . 39
spicatum. . . 40
spirale. . . . 32*
subulatum. . . 39
Zedoaria. . . . 41. 42

Ancistrum.
decumbens. . . 219*
magellanicum. . 219*

*) Litterae *disjunctae* numerique asterisco notati (*) *synonyma* denotant

pag.

ANCISTRUM.
Sanguisorbae. . . 219*
ANEILEMA. . . . 252*
ANOMATHECA.
xanthospila. . . 299
ANTHODUS. . . . 253
crassifolius. . . 349
decussatus. . . . 348
ellipticus. . . . 348
glomeratus. . . . 348
grandifolius. . . 348
micranthus. . . . 348
oblongifolius. . . 348
paniculatus. . . . 348
undulatus. . . 348
ANTHOLYZA.
aethiopica. . 299. 299*
caryophyllacea. . . 295
cepacea. . . . 300
coccinea. . . . 300
Cunonia. . . . 299
Lucidor. . . . 300
praealta. . . . 299
speciosa. . . . 300
ANTHOXANTHUM. . . . 69
amarum. . . . 230
gracile. . . . 230
nanum. . . . 230*
odorátum β. . . 230
ovatum. . . 230*
pulcherrimum. . . 230
subramosum. . . 230*
villosum. . . . 230*
APHELANDRA.
cristata. . . . 132
pulcherrima. . . 132
ARISTEA.
cyanea. . . . 300
lugens. . . . 300*
Melaleuca. . . 300*
ARUNA.
divaricata. . . 227*
ASPICARPA.
urens. . . . 66
BABIANA.
mucronata. . . 299*
plicata. . . . 299*
BABIANA.
purpurea. . . 299*
rubrocyanea. . . 294*
tubiflora. . . 298*
villosa. . . . 299*
BANKSIA.
speciosa. . . 30*
BELEMCANDA.
aristata. . . . 285*
bulbifera. . . 285*
fenestrata. . . 286*
punctata. . . 303*
tripedalis. . . 306*
villosa. . . . 299*
BERMUDIANA.
graminea. . . 324*
striata. . . . 324*
BIGNONIA. . . . 68*
BLEPHILIA.
ciliata. . . . 181*
BLITUM.
chenopodioides. 65*. 66*
maritimum. . . 66
Nutallianum. . . 65
petiolare. . . 65
BLYXA. . . . 321
BOERHAAVIA.
arborea. . . . 74
adscendens. . . 73
caribaea. . . 73*
chaerophylloides. . . 74
decumbens. . . 73
diandra. . . . 71*
dichotoma. . . 74
diffusa. 71*. 73. 73*. 74*
discolor. . . . 72
erecta. . . 71*. 72*
Helenae. . . . 73
hirsuta. . . 73*. 73
littoralis. . . 74
microphylla. . . 75
mutabilis. . . . 73
paniculata. . . 73
plumbaginea. . . 74
polymorpha. 73*. 74*
procumbens. . . 71*
pubescens. . . . 73
repanda. . . 71*.
repens. . . 73*. 74 4

pag.

BOERHAAVIA.
rhomboidea. . . 75
sarmentosa. . . . 74
scandens. . . . 74
tetrandra. . . . 73
virgata. . . . 72
viscosa. . . . 74
vulvariaefolia. . . 74

BONNAYA. . . . 68
brachiata. . . . 155

BURMANNIA.
biflora. . . . 271*

CADAMBA.
jasminiflora. . . 86*

CALATHEA. . . . 1
Casupito. . . . 7
discolor. . . . 7
juncea. . . . 8
lutea. . . . 8

CALCEOLARIA.
amplexicaulis. . . 159
argentea. . . 163. 165
bicolor. . . . 158
bicrenata. . . . 159
bifida. . . . 163
brachiata. . . 160*
candicans. . . 166*
canescens. . . . 165
chelidonoides. 162. 162*
chimborazensis. . . 161
concinna. . . 162. 162*
deflexa. . . . 156
denticulata. . . 157
divaricata. . . . 160
ericoides. . . . 165
fasciculata. . . 157
flexuosa. . . . 160
floribunda. . . 160. 164
gnidifolia. . . 164*
gracilis. 157*. 157. 163
graminifolia. 163. 164. 165
helianthemoides. 165*
helianthoides. . . 165
heterophylla. 158*. 163*
hyssopifolia. . . 164
lamifolia. . . . 158
lanata. . . . 159
lancifolia. . . 158*
lavendulifolia. . . 164

pag.

CALCEOLARIA.
linifolia. . . . 164*
monanthos. . . . 158
nivalis. . . . 156
ovata. . . . 157
padifolia. . . . 156
panicea. . . 156*
paniculata. . . . 160
perfoliata. . . 162
pinnata. . . . 162
pulverulenta. . . 156
punicea. . . . 156
rosmarinifolia. . . 163
rotundifolia. . . 161
saxatilis. . . . 161
scabiosaefolia. 158*. 163*
scabra. . . . 156
serrata. . . . 158
sibthorpioides. . . 161
stricta. . . . 157
uniflora. . . . 158

CALLISIA.
repens. . . . 335
umbellata. . . . 336

CALLISTACHYA.
sibirica. . . 94*
virginica. . . 93*

CALLITRICHE.
aestivalis. . . . 65
androgyna. . . . 65
angustifolia. . . 65*
aquatica. . . . 64*
autumnalis. . . 64*
cespitosa. . . 65*
confervoides. . . 65*
decussata. . . 65*
glomerata. . . 65*
graminea. . . 65*
intermedia. . 64 65
heterophylla. . . 65
latifolia. . . . 65*
minima. . . . 65*
pallens. . . . 64*
stellata. . . . 65*
terrestris. . . . 65*
verna. . . . 64
virens. . . . 64*

CALYMENIA. . . 350*

CALYPSO. . . . 253

pag.

CAMPYLANTHUS. . . 64
salsoloides. . 67. 157

CANNA.
angustifolia. . . 5
brasiliensis. . . 5
chinensis. . . . 6
coccinea. . . . 4. 5
crocea. . . . 5*
flaccida. . . 4
flava. . . . 7*
gigantea. . . 6. 66a
glauca. . . 4. 7. 66a
indica. . . 4. 5. 6*
iridiflora. . 4. 6*. 6
juncea. . . . 4
Lamberti. . 4. 6. 66a
latifolia. . . . 4*. 7
lutea. 4. 6
neglecta. . . . 6
paniculata. . . . 4
patens. . . . 4. 6
platyphylla . . . 66a
polymorpha. . . 7
punctata. . . 6*
reflexa. . . . 66a
rubra. 4. 5
rubricaulis. . . 6
sanguinea. . . . 7
speciosa. . . . 7
variabilis. . . 4*

CANNACORUS. . . 4*
ovatus. . . . 5*

CANSCORA. . . . 2
pusilla. . . . 51

CELASTRUS.
uncinatus. . . 75*

CENTRANTHUS.
latifolius- 50*
orbiculatus. . 51
ruber. . . 50

CENTROLEPIS.
pulvinata. . . . 60

CERATANTHERA. . . 2. 46
amomoides. . 46*. 47*

CHAESOCHILUS.
lateriflorus. . . 117

CHIONANTHUS.
dicholoma. . . 79

CHIONANTHUS.
fragrans. . . . 78
guianensis. . . 218*
longifolia. . . . 78
pubescens. . . 78
ramiflora. . . . 79
smilacifolia. . . 79
virginica. . . . 78
Zeylonica. . 80. 218*

CHLOERUM. . . . 352

CIRCAEA.
alpina. . . . 219
intermedia. . . 219*
lutetiana. . . 219
pubescens. . . 219*
vulgaris. . . 219*

CLADIUM.
acutum. . . . 229
effusum. . . . 229
germanicum. . . 228
occidentale. . . 229
palustre. . . . 229
schoenoides. . . 229

CLEYERIA.
divaricata. . . 227*

CLINOPODIUM.
incanum. . . 180*

CODARIUM.
nitidum. . . . 71

COLEANTHUS.
subtilis. . . 70. 231

COLLINSONIA.
anisata. . . . 217
canadensis. . . 217
decussata. . . 217*
punctata. . . . 217
serotina. . . 217*
tuberosa. . . 217*
verticillata. . . 217

COLUMELLIA. . . . 68
obovata. . . . 219
sericea. . . . 219

COMMELINA. . . 252
acuminata. . . 342*
africana. . . 336
attenuata. . . 337
angustifolia. . . 336
bahiensis. . . 342

pag.

COMMELINA.
bengalensis. 339
beniniensis. 341
canescens. 338
caroliniana. 338
cespitosa. 339
coelestis. 338
communis. 337. 338. 338*
cucullata. 339*
debilis. 342
dianthifolia. 336. 342
diffusa. 341. 343
erecta. 338
glabra. 342
herbacea. 340
hirsuta. 342
hirtella. 336
lanceolata. 336. 342
mollis. 338
moluccana. 337
nana. 341
nudiflora. 339
ovato-oblonga. 343
pallida. 338
paniculata. 341
parviflora. 338
pedunculosa. 342
persicariaefolia. 343
polygama. 337. 338
repens. 337*
salicifolia. 337
scapiflora. 340
spirata. 340. 341
stricta. 343
subulata. 336
sulcata. 342
tenuis. 341. 342
truncata. 336*
virginica. 343
vulgaris. 337*

COMOCLADIA.
dentata. 350
tomentosa. 350

CONCHOCARPUS.
macrophyllus. 66*

CONOBEA.
borealis. 125*

CORISPERMUM.
apetalum. 64
canescens. 62. 63

pag.

CORISPERMUM.
glomeratum. 64
hyssopifolium. 61. 62*. 63
intermedium. 62
Marschalli. 63
nitidum. 62
patens. 63
pentandrum. 61
pungens. 63
Redowski. 62
salsoloides. 64*
spicatum. 62. 63*
squarrosum. 62*. 63*. 63
tenue. 62

CORYNOCARPUS.
arundinaceus. 231

COSTUS.
Anachiri. 32
appendiculatus. 32
arabicus. 31
ciliatus. 32
niveus. 31
speciosus. 26*. 30
spicatus. 31
spiralis. 32

CROCUS.
annulatus. 276
autumnalis. 275. 276*
biflorus. 273
fimbriatus. 277*
lineatus. 273
longiflorus. 276*
luteus. 274. 275*
maesiacus. 274*
minimus. 273
multifidus. 277*
neapolitanus. 272* 276*
nudiflorus. 277
obovatus. 272*
odorus. 276*
Pallasii. 275*
praecox. 274*
pusillus. 272
reticulatus. 274. 275*
sativus. 272*. 276. 275*. 276
serotinus. 276
speciosus. 277
striatus. 272. 273*
sulfureus. 274
susianus. 274
variegatus. 275

pag.

CROCUS.
vernus. 271. 272*. 273*. 274*
versicolor. . . . 273

CRYPTA. . . . 70
minima. . . . 232

CUCULLARIA. . . 2
citrifolia. . . . 52
emarginata. . . 52
excelsa. . . 51. 51*
lutea. . . . 52
tetraphylla. . . 51
tomentosa. . . 51

CUNILA.
mariana. . 68*. 177*

CURANIA.
amara. . . . 125

CURCUMA.
aeruginosa. . . . 43
Amada. . . . 44
angustifolia. . . 43
aromatica. . . 41*. 42
caesia. . . . 42
comosa. . . . 43
elata. . . . 42
ferruginea. . . . 43
leucorrhiza. . . 43
longa. . . . 41. 44
montana. . . . 45
petiolata. . . . 46
reclinata. . . 45
rotunda. . . . 34
rubescens. . . 43
rubricaulis. . . . 42
speciosa. . . . 41
xanthorrhiza. . . 42
Zedoaria. 32. 40. 41. 42
Zerumbet. . . 42. 43
viridiflora. . . . 44

CYMBIRUS.
urticifolius. . 173*

CYPSELEA.
humifusa. . . 227

CYRTANDRA.
glabra. . . . 126

DEBRAEA.

DERRAEA.
floribunda. . . . 50

DEVAUXIA.
pulvinata. . . 60*

DIALIUM.
divaricatum. . 227

DIANTHERA.
bifida. . . . 130*
japonica. . . 145*

DIARRHENA. . . . 70
americana. . 229. 231

DICLIPTERA.
bivalvis. . . . 147
brasiliensis. . 148. 248c
chinensis. . . . 146
ciliaris. . . 135*
congesta. . . 147. 248c
multiflora. . . . 147
pectinata. . . 137*
peruviana. . . . 148
pilosa. . . . 147
portoricensis. . . 149
procumbens. . . 149
pubescens. . . . 149
repens. 148. 248b. 248c
resupinata. . . 146
scorpioides. 149. 248c
speciosa. . . . 248c
tetrandra. . . 248b
umbellata. . . . 148
verticillaris. 129*. 148*
xipotensis. . . 248c

DILATRIS.
caroliniana. . 319*
Heritiera. . . 319
umbellata. . . 319

DIPLARRHENA. . . 150
Moraea. . . . 303

DIPLOPHYLLUM.
veroniciforme. 114*

DITMARIA. . . . 50*

DYSPHANIA. . . 69
littoralis. . . . 227

ELETTARIA.
Cardamomum. . . 23
— — medium. 24

pag.

ELETTARIA.
linguiformis. . . . 25
punicea. 24

ELODEA. 69*
canadensis. . . . 321
granadensis. . . . 321
guianensis. . . . 321

ELYTRARIA.
caulescens. . . . 128
crenata. . . . 126
fasciculata. . . . 127
frondosa. . . . 127
imbricata. . . . 127
ramosa. . . . 128
scorpioides. . . . 128
tridentata. . . . 127

ERANTHEMUM.
acanthophorum. . . . 154
ambiguum. . . . 154
angustatum. . . . 154
barlerioides. . . . 152
bicolor. . . 141. 153
capense. . . . 144
cristatum. . . . 153
detruncatum. 248c. 248d
diantherum. . . . 151
emarginatum. . . 154
lycioides. 154
modestum. . . . 248c
montanum. . . . 150
nervosum. . . . 151
parvillorum. . 135*. 154
parvifolium. . . . 154
pubescens. . . . 154
pulchellum. . . . 151
racemosum. . . . 152
salsoloides. 67*. 154*
semperflorens. 153. 154
serpyllifolium. . . 145*
sinuatum. . . . 153
spinosum. . . 153. 154
strictum. . . . 152
suffruticosum. . . 151
verbenaceum. . . 248d
vincoides. . . . 153

FEDIA.
carinata. . . . 266
chaerophylloides. 74*
conica. . . . 269
Cornucopiae. . . 265

FEDIA.
coronata. . . . 267
costata. . . . 266
dasycarpa. . . . 268
dentata. . . 267. 269*
discoidea. . . . 267
echinata. . . . 265
eriocarpa. . . . 268
exscapa. . . . 269
hamata. . . . 267
incrassata. . . 265*
lasiocarpa. . . . 269
Morisoni. . . . 269*
muricata. 268*. 269*
olitoria. . . 266 266*
quadrangularis. . . 267
radiata. . . . 268
rugulosa. . . . 268*
striata. . . 266*. 269*
tridentata. . . . 269
turgida. . . . 266
uncinata. . . . 268

FERRARIA. . . . 251

FICUS.
aggregata. . . . 329
anthelminthica. 327*. 328*
arboricida. . . . 331
arbutifolia. . . . 327*
Benjamina. . . . 327
capensis. . . . 333
castaneaefolia. . . 333
citrifolia. . . 328. 334
complicata. . . . 327
cordata. . . 327. 330
coronata. . . . 327
cotinifolia. . . . 332
cotoneaefolia. . . 328
Daemonum. . . . 334
dendrocida. . . . 331
elastica. . . . 334
elliptica. . . . 330
ferruginea. . . 327*
ficifolia. . . . 334
gigantea. . . . 331
glabrata. . . . 328
glandulosa. . . . 334
glaucophylla. 327*. 330*
indica. . . . 329*
lucida. . . . 328*
martinicensis. 330
mysorensis. . . . 329

pag.

FICUS.
nervosa. 333
nitida. 328. 329*
nymphaeifolia. 326
obtusifolia. 332
padifolia. 327
parasitica. 328
pendula. 334
petiolaris. 332
phytolaccaefolia. 334
politoria. 328
populifolia. 330*
populnea. 330
prinoides. 331
pubescens. 333
Radula. 328
religiosa. 330
rubiginosa. 327
rubra. 329
scandens. 327
septica. 327
speciosa. 334
striata. 329
terminalis. 333
tomentosa. 330
trigona. 328
undulata. 334
velutina. 330
vestita. 334*

FLEMINGIA. 68*

FONTANESIA.
philyraeoides. 217

FRAXINUS.
apetala. 226*
chinensis. 226
crispa. 226*
diversifolia. 226*
erosa. 226*
excelsior. 226
floribunda. 225
heterophylla. 226*
integrifolia. 226*
mannifera. 226*
nigra. 226*
Ornus. 225
pensylvanica. 226*
pubescens. 226
rotundifolia. 226
sambucifolia. 226
subvillosa. 226

pag.

GALANGA.
indica. 8*

GALAXIA. 251
aurea. 326
ciliata. 325*
grandiflora. 325*
ixiaeflora. 325
multiflora. 325
ovata. 325
ramosa. 326

GALIPEA.
trifoliata. 117

GEISSORHIZA.
juncea. 281*
obtusata. 281*
rochensis. 279*
setacea. 279*. 283*. 284*

GLADIOLUS. 249
affinis. 291
alatus. 294
aletroides. 294
alopecuroides. 294
angustifolius. 299
angustus. 291. 294
bicolor. 296
bracteolatus. 300*
byzantinus. 291. 293
Cardinalis. 293
communis. 289*. 292*. 292
Cunonia. 299*
crispus. 286
cuspidatus. 291. 294
edulis. 299
exscapus. 290
Fabricii. 296
fissifolius. 296
flavus. 297
fragrans. 299. 299*
galeatus. 290
gracilis. 290. 291
hastatus. 291. 294
hirsutus. 299*
imbricatus. 289. 293
inclinatus. 291. 298*
indicus. 299
involutus. 291
ividifolius. 287*. 293
junceus. 285
laccatus. 295
laxus. 296

GLADIOLUS. pag.
lineatus. 297
longiflorus. 283*. 297
Ludovicae. 292
marginatus. 294
Merianus. 287*. 294
Milleri. 291
mucronatus. 299
narbonensis. 293*
neglectus. 289*. 263*
orobánche. 299
papilionaceus. 289
pectinatus. 286
plicatus. 299
punctatus. 294
purpurascens. 299*
purpureus. 299
pygmaeus. 294*
pyramidalis. 293
recurvus. 290*. 291*
refractus. 286
ringens. 291
rochensis. 298
roseus. 287. 296. 297
rubro-cyaneus. 294
scaber. 290
secundus. 291
securiger. 286. 297
segetum. 289*. 293
silenoides. 297
Sparrmanni. 285
spicatus. 289
Sprengelianus. 296*
striatus. 294*
strictiflorus. 295
subulatus. 294. 300
sulphureus. 294
tenuis. 289*. 293*
Thunbergi. 290*
trichonemifolius. 290
tristis. 290. 294
tubatus. 298*
tubiflorus. 298
venosus. 283*. 290*
villosus. 296*. 299
viperatus. 294*
viridis. 294
undulatus. 291. 294
xanthospilus. 299

GLOBBA. pag.
bulbifera. 46
Carreyana. 47
crispa. 57
cuspidata. 66b
erecta. 21*. 22*
Hura. 47
mantiformis. 48*
marantina. 2. 46. 48
orixensis. 46
pendula. 47
purpurea. 48*
racemosa. 48
radicalis. 48*
spathulata. 49
subulata. 48*. 49

GRATIOLA.
alata. 122
amara. 125*
aphylla. 124
aspera. 124
aurea. 119
Chamaedrys. 122*. 124
cuneifolia. 120
domingensis. 125
gracilis. 122*
grandiflora. 122. 125
hyssopioides. 120
integrifolia. 122
inundata. 119
involucrata. 122
juncea. 120
latifolia. 123
lobelioides. 120
lucida. 121. 124
megalocarpa. 125
minima. 124
neglecta. 125
nudicaulis. 120. 124. 125
nummularifolia. 125
officinalis. 119
oppositifolia. 120. 125
parviflora. 121
pedunculata. 123
peruviana. 119
pubescens. 125
racemosa. 122*
Roxburghiana. 122
reptans. 121
rostrata. 125
rotundifolia. 122
rugosa. 120
scabra. 119*
serrata. 121

pag.

GRATIOLA.
sphaerocarpa. . . 125
subsessilis. . . 66 b
strigosa. . . . 124
tetragona. . . 125
veronicifolia. . 123. 125
virginica. . . . 119
GUNNERA.
pilosa. . . . 229
rugosa. . . . 229
scabra. . . . 229

HAEMODORUM.
planifolium. . . 319

HAGENBACHIA.
brasiliensis. . . 353

HALOCNEMUM. . . 3
caspicum. . . . 61
strobilaceum. . . 61

HEDEOMA. . . . 68*
bracteolatum. 179*
glabrum. . . 178*
hirtum. . . 179*
hispidulum. . . 179*
pulegioides. . 178*

HEDYCHIUM.
angustifolium. . 14*. 15
coccineum. . . 14
coronarium. . . 14
flavum. . . . 16
gracile. . . . 15
luteum. . . . 17
speciosum. . . 16
spicatum. . . 17
villosum. . . . 15

HEDYCREA. . . . 252

HELICONIA.
Psittacorum. . . 6*

HESPERANTHA.
pilosa. . . . 280*

HETERANTHERA.
alismoides. . . 321
graminea. . . . 321
limosa. . . 320. 321
reniformis. . 320. 321

HIPPOCRATEA. . . 253
acuminata. . . 346
arborea. . . . 345
discolor. . . . 344

pag.

HIPPOCRATEA.
disperma. . . 345
indica. . . . 345
laevigata. . . 344
malpighiaefolia. . . 346
obtusifolia. . . 345
paniculata. . . 346

HIPPURIS.
maritima. . . 60
vulgaris. . . . 60

HOPEA. 2
dichotoma. . . 51

HORMINUM.
coccineum. . 186
coloratum. . . 210
sativum . . . 210
suaveolens. . . 187
verbenaceum. . 210
verticillatum. . 204

HORNSTEDTIA.
Leonurus. . . 49

HOUTTUYNIA.
capensis. . . 297*

HYPOËSTES.
Cephalotes. . . 129
floribunda. . . 129
rosea. . . . 129
serpens. . . . 129
umbellata. . . 148*
verticillaris. . 129. 148

JASMINUM.
angustifolium. . . 89
arborescens. 85. 88. 90
arboreum. . 90. 92*
auriculatum. . . 90
azoricum. . . 91
bracteatum. . . 87
campanulatum. . 92
capense . . . 91
chrysanthemum. . 91
coarctatum. . . 86
dispermum. . . 92
divaricatum. . . 91
elongatum. . . 89
fruticans. . . 92. 92*
gimea. . . . 85*
glabrum. . . . 90
glaucum. . . . 90

pag.

JASMINUM.
grandiflorum. 93
heterophyllum. 90. 91*. 92
hirsutum. 85. 86*
hispanicum. 93*
humile. 92
lanceolaria. 90
lanceolatum. 93
latifolium. 87
laudonianum. 93
laurifolium. 86
lineare. 91
montanum. 86
multiflorum. 86*. 89
odoratissimum. 91. 92
paniculatum. 91
pubescens. 85*
revolutum. 93
Sambac. 85
scandens. 88
simplicifolium. 88
tortuosum. 91
trichotomum. 87
trifoliatum. 91*
trinerve. 89
tubiflorum. 90
undulatum. 85*. 86
viminеum. 89*
Zambac. 85

JOHNIA. 253
coromandeliana. 347
salacioides. 346

JOHNSONIA. 352
lupulina. 326

IRIS.
acuta. 317
Adamsi. 315*
alata. 311
amoena. 305. 306
anglica. 311*
angusta. 301. 312
angustifolia. 306*
aphylla. 307*
bicolor. 314*
biflora. 305. 305*. 306
biglumis. 315*
bituminosa. 301
bohemica. 305*
Boltoniana. 308
brevicuspis. 306
caricifolia. 318

pag.

IRIS.
caucasica. 317
cespitosa. 315
chinensis. 306
ciliata. 302
compressa. 302. 315*
constantinopolitana. 319
crispa. 302. 316
cristata. 305
cuprea. 307
curtopetala. 313
desertorum. 308. 309. 310*. 318*
dichotoma. 306
diluta. 310
edulis. 321
flavescens. 304
flexuosa. 305. 314
florentina. 303. 304*
foetidissima. 307
fulva. 307*
furcata. 305
germanica. 304. 314
gracilis. 308*
graminea. 304*. 315
Güldenstaedtiana. 308. 310*
Guldenstaedtii. 309. 310*
haematophylla. 315
halophila. 308*. 310*
hispanica. 311*
humilis. 315
imberbis. 321*
juncea. 312
lacustris. 314
longiflora. 304
longifolia. 301
lurida. 304
lusitanica. 305. 312
lutescens. 306. 317*
maritima. 318
martinicensis. 315
microptera. 311*
minima. 313
minuta. 302
Monnieri. 307
moraeoides. 303
neglecta. 304
nigra. 318
notha. 308. 310
ochroleuca. 307. 308. 309
orientalis. 314
pallida. 304
papilionacea. 302

IRIS. pag.
paradoxa. 317
Pavonia. 301
persica. 313
picta. 318
plicata. 305
plumaria. 301
polystachya. 301
pomeridiana. 306
prismatica. 315
Pseud-Acorus. 307
pumila. 306
punctata. 303*
ramosa. 301.* 316*
ramosissima. 311
reticulata. 317
ruthenica. 305. 315. 316*
salsa. 309. 310*
Sambac. 304*
sambucina. 304.* 304
sanguinea. 314
sativa. 318
scariosa. 305
scorpioides. 311. 317
setacea. 301
setifolia. 301*
setosa. 318
sibirica. 314. 317
Sisyrinchium. 302. 311
sordida. 312*. 317
spathacea. 301
spathulata. 318
spuria. 308. 308*. 309*. 310*. 311. 313*. 318*
squalens. 304
stenogyna. 308*. 309*. 310*
stricta. 314
subbiflora. 305. 306
susiana. 303
Swerti. 305
transtagana. 311
tricuspidata. 322
tricuspis. 301*
tridentata. 308
triflora. 314
tripetala. 301*. 308*. 317*
tristis. 301
tuberosa. 317
uniflora. 318
variegata. 304
verna. 305. 313
versicolor. 307

IRIS. pag.
villosa. 301. 322
violacea. 304*
virescens. 317
virginica. 308
viscaria. 301
vulgaris. 304*
xiphioides. 311. 317
Xiphium. 311. 312

JUNGIA.
altissima. 186*
formosa. 193*
micrantha. 193*

JUSSIAEA.
repens. 327*

JUSTICIA.
acanthoides. 146
acaulis. 126
Adhatoda. 130. 141
alata. 138*
alba. 131
americana. 136*
androsaemifolia. 146
antirrhina. 248b
arborea. 132
aristata. 129*
Betonica. 142
bicalyculata. 130
bicolor. 153*
biflora. 144*
bivalvis. 147
brachiata. 146
brachioides. 145
brachystachys. 146
bracteolata. 133
brasiliana. 145
caerulea. 149*
canescens. 132
capensis. 143*. 144
caracasana. 141
caripensis. 134
cephalotes. 129*
chinensis. 146*
ciliaris. 135
ciliata. 136
cinerascens. 134
coccinea. 130
comata. 146
comosa. 142
crinita. 145
cristata. 132
cuneifolia. 248b

JUSTICIA.	pag.
cuspidata.	148*
decussata.	141
dentata.	130
diffusa.	137. 248 b
divaricata.	143
Ecbolium.	130
echioides.	132
eustachiana.	130. 139
flavo-virens.	248 a
foliosa.	141
formosa.	130
furcata.	141
Ga(e)ndarussa.	130. 135
genuflexa.	248 b
glabra.	144
glandulosa.	146
gonatistachya.	248 a
graminea.	136*
hirsuta.	143
humuliflora.	248 a
imbricata.	127*
inficiens.	143
interrupta.	132. 248 a
japonica.	145
javanica.	141
juncea.	136*
lamifolia.	137
lanceolaria.	139
lapathifolia.	148
latebrosa.	130
lithospermifolia.	141
longifolia.	153*
lucida.	135
lutea.	146
mauritiana.	146
melgariensis.	146
montana.	150*
multiflora.	147
mysorensis.	146
nasuta.	130. 139
natans.	146
nervosa.	151*
orchioides.	144
orixensis.	145
ovata.	148*
paniculata.	134
parviflora.	137
parvifolia.	154*
pectinata.	137
pectoralis.	130. 140
pedunculosa.	136
periplocifolia.	141
peruviana.	141
phoenicea.	143
picta.	133
plumbaginifolia.	143. 248 b
polygonoides.	140
polysperma.	132
polystachya.	248 b
procumbens.	136. 138. 248 b
Pseudo-Betonica.	142
psychotrioides.	146
pubescens.	134*
pulchella.	151*
pulcherrima.	132
pumila.	133
quadrifida.	133. 133*
quinquangularis.	136
radicans.	136. 248 b
ramosissima.	142
reflexiflora.	136
repens.	143*. 148
rotundifolia.	138*
Roxburghiana.	140
Ryani.	141
salviaeflora.	134
sanguinea.	146
scorpioides.	128*
secunda.	134
secundiflora.	248 b
serpyllifolia.	145
sessiliflora.	146
sessilis.	130
spathulata.	248 a
speciosa.	139
spicata.	248 a
squamosa.	146
straminea.	146
stricta.	151*
tetragona.	132. 248 a
thyrsiflora.	131
tinctoria.	140*
tomentosa.	143. 145*
tranquebariensis.	144
trisulca.	144
undulata.	141
Vahliana.	138. 248 b
Vahlii.	142*
verticillaris	129*
verticillata.	137
vestita.	145
vitellina.	131

JUSTICIA. pag.
vulgaris. . . . 135
IXIA.
ambigua. . . 288
amoena. . . . 287
anemonaeflora. 282. 285
angusta. . . 282. 284
antholyzaeformis. . 288
aristata. . . 285*
aulica, ... 282
bifaria. . . . 288
bulbifera . . 282. 285
bulbocodioides. 277. 280*
Bulbocodium. 277. 278*. 279*
280
Burmanni. . . 287*
caerulescens. . 299*
capillaris. . . 282. 283
cartilaginea. . 295*
chloroleuca. . . 277
coelestina. . . 288
Columnae. . . 278
contracta. . . 288
corymbosa. . . 281
crateroides. . . 283
crispa. . . . 281
crocata. . . 286
deusta. . . . 287
dubia. . . . 283
erecta. . . 283.* 283
exilis. . . . 284
falcata. . . . 284
flexuosa. . 282. 285
fucata. . . . 283
fugax. . . . 279
Gawleri. . . . 285
geminata. . . 281
gladiolaris. . . 297
grandiflora. . . 285
humilis. . . 277. 280
hyalina. . . . 287
iridifolia. . . 286. 293*
juncea. . . . 281
lacta. . . . 288
lancea. . . . 282
Larochei. . 279.* 281*
lobata. . . . 288
longiflora. 286.* 286. 297*
maculata. . . 283
marginata. . . 295*
Meriana. . . 294
minima. . . . 288

IXIA. pag.
miniata. . . 286
monadelpha. . . 326
neglecta. . . 279
nervosa. . . 285*
obtusata . . 281*
paniculata. . . 286*
patens. . . 282.* 285
pendula. . . . 283
phlogifera. . 282*
pilosa. . . . 280
pinifolia. . . 288
propinqua. . . 288
pudica. . . . 280
punicea. . . 282*
purpurascens. 278. 279
quadrangula. . . 277
radians. . . 279. 281
radiata . . 282. 284
rapunculoides. 282*
reticulata. . . 283
rochensis. . . 279*
rosea. . . . 277
scillaris. . . 282
secunda. . . . 281
setacea. . 283. 284
socialis. . . . 288
Sparrmani. . . 285
sparsa. . . . 285*
spicata. . . . 287
Sprengeliana. . . 282
squalida. . 285. 286
tardiflora. . . 288
tenuiflora. . 283. 286
tricolor. . . . 286
tumida. . . . 288
umbellata. . . 319*
undulata. . . 281*
variegata. . . 325*
venosa. . . . 282
venusta. . . . 288
versicolor. . . 288
viridiflora. . . 283
virgata. . . . 301

KAEMPFERIA.
angustifolia. . 33. 35
Galanga. . . 32. 35
latifolia. . . 32.* 35*
linearis. . . . 35
ovalifolia. . . 34. 35
ovata. . . . 34*

pag.

KAEMPFERIA.
pandurata. . . 34. 35
purpurea. . . 33
rotunda. . 32. 35. 40
rotundifolia. . 32*
Roxburghiana. . . 33
secunda. . . 35
undulata. . . 33*

LACHNANTHES.
tinctoria. . . 319

LACISTEMA.
alterum. . . 66
myricoides. . . 66
Berterianum. . . 66

LAPEYROUSIA. . . . 281
fissifolia. . . 296*

LEMNA.
gibba. . . . 228
hyalina. . . 228
minor. . . . 228
minuta. . . . 228
polyrrhiza. . . 228
thermalis. . . 228
trisulca. . . . 228
vulgaris. . . 228*

LENTIBULARIA.
vulgaris. . . 169

LENTICULA.
trisulca. . . 228*

LEPTANDRA.
virginica. . 94*

LEPTANTHUS.
gramineus. . . 321*
ovalis. . . 321*
reniformis. . . 320*

LIGANIA. . . . 252

LIGUSTRUM.
coriaceum. . . 84
lucidum. . . 83
nepalense. . . . 83
sinense. . . . 83
vulgare. . . . 83

LILAC.
minor. . . . 85*
persica. . . . 85*
vulgaris. . . 85*

pag.

LINDERNIA.
pyxidaria. . . 119

LINOCIERA. . . . 80
flavicans. . . . 218
ligustrina. . . 218
purpurea. . . 218
tetrandra. . . 218

LÖFFLINGIA.
hispanica. . . . 335
laevis. . . . 335
indica. . . . 335
prostrata. . . 335*
ramosissima. . . 335

LOPEZIA.
annua. . . . 50*
axillaris. . . 49*
cordata. . . 49
coronata. . . . 49
frutescens. . . 50
fruticosa. . . 50*
hirsuta. . . . 50
mexicana. . . 49
miniata. . . . 50*
minima. . . . 50
minuta. . . . 49*
oppositifolia. . 49
pumila. . . . 50
racemosa. . . 49*
thymifolia. . . 50

LOZANIA. . . . 3

LYCOPUS.
angustifolius. . . 177
aquaticus. . . 176*
bracteatus. . . 176
dianthera. . . 176
europaeus. . . 176
exaltatus. . . 176
pensylvanicus. . . 177
rubellus. . . 177
sinuatus. . . . 177
virginicus. . . 176
vulgaris. . . 176*. 177

MACROLOBIUM. . . 252
bijugum. . . 344
hymmaeoides. . . 345
pendulum. . . 345
stamineum. . . 345

pag.

MANGIFERA.
Amba. 53
domestica. . . 53*
dubia. 53
indica. 53
racemosa. . . . 53

MANTISIA. . . . 2
saltatoria. . . . 48
spathulata. . . 49

MARANTA. 1
Allouya. 8
Arouma. . . . 8*
arundinacea. . . 8. 66 a
capitata. 8
Cassupito. . . 7*
Cassupo. . . 7*. 9*
cristata. . . . 66 a
disticha. . . 8*
furcata. . . . 66 a
geniculata. . . 9*
gibba. 8
gracilis. 8
Jacquini. 8
indica. . . . 8. 66 a
juncea. . . . 8*
lateralis. . . . 8
lutea. . . . 8*
obliqua. . . . 8
petiolata. . . 8*
pilosa. . . . 9
semperflorens. . 8*
Tonchat. . . . 8. 10
Zebrina. . . . 9

MARICA.
anceps. . . . 324*
Bermudiana. . . 324*
convoluta. . . 324*
foliosa. . . 302*
fugax. . . . 279*
gladiata. . . 302*
Northiana. . . 302*
tenuifolia. . . 324*

MARTIA. . . . 69*

MARTIUSIA. . . 69
physaloides. . . 226

MAYTENUS.
Boaria. . . 75

MEYNA et MEYNIA. . . 67
spinosa. . . 67. 84

pag.

MICRANTHEMUM.
emarginatum. . . 117
orbiculatum. . . 117

MICROCARPEA. . . 67

MILLEGRANA. . . 227*

MILLINGTONIA. . . 68
pinnata. . . 218
simplicifolia. . . 217

MITHRIDATEA.
cymosa. . . . 60

MNIARUM.
fasciculatum. . . 65

MONARDA.
affinis. . . . 180
altissima. . . 180
ciliata. . . . 181
citriodora. . . 181
clinopodia. . . 179. 180*
dubia. . . . 181
fistulosa β. . . 180*
glabra. . . . 180
Kalmiana. . . . 180
mollis. . . . 179
oblongata. . . 180
punctata. . . 181
purpurea. . . 180
rugosa. . . . 180

MONODYNAMIS.
guianensis. . . 53

MORAEA. . . . 250
alata. . . . 302
angusta. . . 301. 313
bituminosa. . . 301
chinensis. . . 303
ciliata. . . . 302
collina. . . 301*. 324*
crispa. . . 302. 316
diandra. . . . 303
edulis. . . 301. 321
elegans. . . . 301
flexuosa. . . 301. 302
foliosa. . . . 302
gladiata. . . . 302
iridioides. . . 302. 303
iriopetala. . . 301
juncea 301
longiflora. . . 301

pag.

MORAEA.
longifolia. 302*
lurida. 303
Melaleuca. 300
miniata. 322
minuta. 302
Northiana. 302
odora. 301
papilionacea. 302
pavonia. 301. 321
plumaria. 301
polyanthes. 301
polystachya. 301
ramosa. 301
setacea. 301
Sisyrinchium. 302. 311*
spathacea. 301
spicata. 301*. 324*
tenuis. 301. 322
tricuspis. 301
tripetala. 301
tristis. 301
unguiculata. 301
vegeta. 301. 301*
villosa. 301. 322
virgata. 301
viscaria. 301

MORINA.
orientalis. 219*
persica 219
verticillata. 219*

NARON.
iridioideum. 303*

NELSONIA.
albicans. 132. 150
canescens. 132
sphaerocarpa. 125
tomentosa. 150

NORONHIA.
emarginata. 77*. 217

NOTELAEA.
longifolia. 77

NYCTANTHES.
arbor tristis. 85
grandiflora. 85*. 88*
multiflora. 86*
pubescens. 86*
triflora. 89*

pag.

OLAX.
imbricata. 349
Phyllanthus. 349
Pseudoleia. 349
Pseudoleioides. 349
scandens. 349

OLEA.
africana. 76
americana. 77
apetala. 77*
buxifolia. 77*
capensis. 77
dioica. 78
emarginata. 77
europaea. 75. 76*
exasperata. 77*
fragrans. 77
lancea 77
lancifolia. 75*
maderiensis. 78
microcarpa. 78
Oleaster. 75*
paniculata. 77*. 78
polymorpha. 75*
rigida 78*
Roxburghiana. 77
sativa. 75. 76*
verrucosa. 76

OLIGACOCE. 249*

OLIGARRHENA. 67
micrantha. 125

ORNUS.
americana. 225*
rotundifolia. 226*

ORTEGIA.
hispanica. 334

OXYBAPHUS.
aggregatus. 350
glabrifolius. 350

PAEDEROTA.
Ageria. 155
Bonarota. 101. 155
chamaedrifolia. 155
humilis. 155
nudicaulis. 155*
urticifolia. 155*
variegata. 155
Wulfenia. 155*

pag.

PAEDEROTA.
Zannichelli. . . 155

PARDANTHUS.
chinensis. . 303*

PASSERINA.
axillaris. . 223*
involucrata. 220*
longifolia. . . 223*
villosa. . . 223*

PATERSONIA.
sericea. . . . 288

PEPEROMIA.
circinata. . . 245*
elliptica. . . 245*
emarginata. . 243*
incana. . . . 233*
muscosa. . . 245*
nematostachya. 248*
pendula. . . 248*
picta. . . . 244*
Rollingo. . 247*
quadrangularis. 247*
sessilifolia. . 248*
sidaefolia. . 241*
talinifolia. . 243*

PEPLIS.
americana. 70*. 232*

PERONIA.
stricta. . . 9*. 14*

PHARNACEUM.
depressum. . . 335

PHILYDRUM.
lanuginosum. . 54

PHILYREA.
angustifolia. . . 82
buxifolia. . . 81
coriacea. . . 81
ilicifolia. . . 80
laevis. . . . 81
latifolia. . . 80
ligustrifolia. . 82
longifolia. . . 80
media. . 81*. 81. 82*
microphylla. . . 82
obliqua. . . 81
obtusata. . . 81
oleaefolia. . . 82
paniculata. . . 82

PHILYREA.
pendula. . . . 82
racemosa. . . 82
robusta. . . . 83
rosmarinifolia. 82*
spinosa. . . . 80*
virgata. . 81*. 82*

PHRYNIUM.
capitatum. . . 13
dichotomum. . . 10
imbricatum. . . 13
ovatum. . . . 66b
parviflorum. . . 13
spicatum. . . 12. 17
virgatum. . . 10. 11

PHYLLACTIS. . . . 249*
obovata. . . 265*

PHYLLODES.
Placentaria. . . 13

PIMELEA. . . . 68
angustifolia. . . 221
argentea. . . 224
axillaris. . . 223*
brevifolia. . . 221
cinerea. . . 223
clavata. . . 222
collina. . . 220
Cornucopiae. . 220*
curviflora. . . 224
decussata. . . 221
drupacea. . . 224
filamentosa. . 220*. 221
flava. . . . 222
glauca. . . . 221
Gnidia. . . . 222
gracilis. . . 224
grandiflora. . . 221
hispida. . . . 221
humilis. . . . 222
imbricata. . . 222
incana. . . . 224
involucrata. . 220*
laevigata. . . 221*
lanata. . . . 221
latifolia. . . 224
ligustrina. . . 221
linifolia. . . 220
longiflora. . . 222
longifolia. . . 223
microcephala. . 221

pag.

PIMELEA.
nivea. 224
octophylla. 222
paludosa. 221
pauciflora. 221
pilosa. 223
prinifolia. 224
prostrata. 221
punicea. 220*
rosea. 221
sericea. 223
serpyllifolia. 221
spicata. 224
sylvestris. 222
villosa. 223*
virgata. 223

PINGUICULA.
alpina. 167
brachyloba. 167
calyptrata. 166
camtschatica. 168
davurica. 168
flavescens. 167
grandiflora. 166
involuta. 166
lusitanica. 166
lutea. 168
macroceras. 168
macrophylla. 167
moranensis. 167
sibirica. 167
spathulata. 168
vulgaris. 166. 166*

PIPER.
acuminatum. 243*
aduncum. 233
aequale. 233
Afzelianum. 235
amplexifolium. 243
angulatum. 247
angustifolium. 242*
arborescens. 240
aromaticum. 247*
attenuatum. 238
Betle. 236
blandum. 246
Blattarum. 244
brachyphyllum. 243
brachystachyum. 246
Bredemeyeri. 232
bullatum. 252

pag.

PIPER.
capense. 238
caracasanum. 234
catalpaefolium. 238
Chaba. 239
chelseanum. 247
circinatum. 245
circulare. 245*
citrifolium. 243*
clusiaefolium. 244
colubrinum. 233
crebrinerve. 233
Cubeba. 238
curvatum. 232
decumanum. 238
diffusum. 239
dilatatum. 236
divaricatum. 232
distachyum. 245*
flexuosum. 234*
gemellum. 241
geniculatum. 234
glabrum. 248
glaucescens. 238
grandifolium. 235*
Haworthianum. 245
Hoffmannseggianum. 242
humile. 247*
Jacquinianum. 234
impunctatum. 242
inaequalifolium. 247
incanum. 233
incurvum. 238
laevigatum. 238
lanatum. 239
lanceolatum. 241
latifolium. 241
laurifolium. 247
lonchites. 241
longum. 239. 240
maculosum. 244
magnoliaefolium. 243. 243*
Malamiris. 236
marginatum. 238. 243*
mauritianum. 245
methysticum. 235. 240
Milleri. 247
mite. 235
murinum. 245
muscosum. 245
nematostachyum. 248
nemorosum. 243

pag.

PIPER.
nigricans. 257
nigrum. 256
nitens. 245
nodulosum. 254
nummularium. 246
obtusifolium. 245
odorum. 248
peepuloides. 240*
pellucidum. 245*
peltatum. 241
pendulum. 248
pipuloides. 240
prunifolium. 255
pubescens. 246*
quadrifolium. 247
racemosum. 247*
reflexum. 246
reniforme. 245
retrofractum. 255
retusum. 245
Rollingo. 247
rostratum. 256
Roxburghianum. 242
rubricaule. 246
rugosum. 252*
sarmentosum. 241
saxatile. 242
scandens. 245*
scutatum. 241
serpens. 245
serpyllifolium. 246
sessilifolium. 248
sidaefolium. 241
Siriboa. 258
spurium. 237
Staphyle. 247
suaveolens. 248
subrotundum. 244
sylvaticum. 240
sylvestre. 256
syringaefolium. 256
tomentosum. 247*
tricarinatum. 247
trioïcum. 257
tuberculatum. 254
tumidum. 253
umbellatum. 241, 241*
unguiculatum. 250
variegatum. 245*
velutinum. 253

PLAGIOCARYUM.
scabrum. 71

POLYCNEMUM.
americanum. 555
arvense. 554
bonariense. 555
scleranthoides. 555

PONCELETIA. 69*
arundinacea. 251*

PONTEDERIA.
ovata. 13*

POTERIUM.
humile. 219

PSAMMOPHILA. 69
arundinacea. 251

PSILURUS. 3*

PYCNANTHEMUM.
incanum. 180

QUALEA. 2
calcarata. 53
lutea. 53

RADDISIA. 253
arborea. 347

RAPUTIA. 67
aromatica. 126
conchocarpus. 67. 126

RENEALMIA. 251
angustifolia. 40*
exaltata. 20*
minor. 21*
paniculata. 325
pendula. 251
pulchella. 325
undulata. 251

ROEMERIA. 70*
Zeae. 329*

ROMULEA.
Bulbocodium. 277*
Columnae 278*

ROSCOEA.
purpurea. 17

ROSMARINUS.
officinalis. 181

ROTTLERA.
incana. 119

pag.

RUELLIA.
antipoda. . . 121*
cristata. . . 132*
SALACIA. . . . 253
SALICORNIA. . . 2
acetaria. . . . 54
Alpini 58
ambigua. . . . 55
amplexicaulis. . . 59
anceps. . . . 56
annua. . . . 54
arabica. . . . 58
brachiata. . . 56
caspica. . . 58*. 61*
equisetifolia. . 56*
europaea. 54*. 55*. 56*
foliata. . 59*. 61*
foliosa . . . 59
fruticosa. . 55*. 56. 57*
glauca. . . . 57*
herbacea. . . 54. 55*
indica. . . . 55
mucronata. . . 56
Neei. . . . 59
perennans. . . 56. 55
perfoliata. . . 59
peruviana. . . 56
procumbens. . . 55
prostrata. . . 55*
pygmaea. . . 55
radicans. . . . 55
sempervirens. . 56*
stricta 55
strobilacea. . 58*. 61*
strobilifera. . 56*
virginica. . . 58. 57*

SALVERTIA. . . . 2
convallariodora. . 52
SALVIA.
abyssinica. . . 212
Aethiopis. . . 209
africana. . . . 200
affinis. . . . 216
amarissima. . . 194
amethystina. . . 186
amoena. . . . 185*
amplexicaulis. . . 206
angustifolia. . . 183
applanata. . . 209
argentea. . 205*. 209
aspidophylla. . . 206

pag.

SALVIA.
assurgens. . . 190
aurea. . . . 181
aurita. . . . 212
austriaca. . . 207
ayavacensis. . . 195
azurea. . . . 183
Barrelieri. . . 205*
bengalensis. . . 184
Betonica. . . 188
betonicifolia. . 201*. 206
bicolor. . . 212. 216*
Bonplandiana. . 191*
Boosiana. . . . 185
brachiata. . . 184
bracteata. . . 182
brasiliensis. . . 216
bullata. . . . 204
byzantina. . . 216
caesia. . . . 186
campestris. . . 208
canariensis. . . 181
candidissima. . . 205
Cardinalis. . . 194
carnea. . . . 196
ceratophylla. . 215*. 216
ceratophylloides. . 216
chamaedryoides. . 186
clandestina. 201*. 210*. 211*. 214. 215
clandestinoides. . 214
Claytoni. . . 210. 216
clinopodioides. . 191
Clusii. . . . 211. 211*
coccinea. . . 186. 194
collina. . . . 188
colorata. . . 210*
crassifolia. . 212*. 216
cupheaefolia. . . 188
dentata. . . . 181
dianthera. . . 216
discolor. . . . 191
distans. . . 207*
elegans. . . . 202
elongata. 188*. 204*. 206
erosa. . . . 214
exasperata. . . 216*
fimbriata. . . 192*
flavescens. . . 216
fulgens. . . . 194
gigantea. . . 211
glabrata. . . 196

SALVIA.	pag.
glandulifera.	181
glechomaefolia.	203
glumacea.	195
grandiflora.	205
Habliziana.	185
haematodes.	206
Halleri.	217
hirsuta.	183
hirta.	181
hispanica.	187
Horminum.	210
Humboldtiana.	183. 202*
hybrida.	194
incarnata.	182. 202*
incurvata.	200
indica.	216*
integrifolia.	187
interrupta.	182
laciniata.	213
laevigata.	204
lamifolia.	193
lanata.	187*
lanigera.	216
lanceolata.	185. 206*
lanceifolia.	206*
lavandulaefolia.	200
lavanduloides.	185*
leonuroides.	193
leucocephala.	198
lineatifolia.	186*
Linkiana.	182
longifolia.	184*
lusitanica.	204
lutea.	207
lyrata.	212
macrostachya.	195
melissaefolia.	185*
mexicana.	186
micrantha.	193. 215
microphylla.	192
misella.	192
mollis.	205
moschata.	190
multifida.	214*. 215
nana.	202
nemorosa.	209
nepetifolia.	205
nepetoides.	196
nilotica.	208*. 212
nivea.	200
nubia.	208

SALVIA.	pag.
nutans.	206
oblongata.	201*. 210*
obovata.	216
obtusata.	213
occidentalis.	185
officinalis.	200*. 200. 205*
palaefolia.	199
paniculata.	200
parviflora.	214
patula.	209. 214
pauciflora.	198
pendula.	206
petiolaris.	208
phlomoides.	202
phoenicea.	197
pilantha.	182*
pinnata.	182
polymorpha.	201*. 204. 214. 215
polystachya.	186*. 195
praecox.	183*. 187. 209. 211*. 214*
pratensis.	205. 208*. 211*. 215*
procumbens.	187
prunelloides.	203
pseudococcinea.	185
pulchella.	194. 202*
punctata.	182. 202
pyrenaica.	206
pyrifolia.	193*
reflexa.	206
reticulata.	189*
rigida.	181
riparia.	207
rosaefolia.	182*
rosea.	186. 200*
rosmarinifolia.	200*
rubescens.	197
rufida.	189*
rufula.	189
rugosa.	204
rumicifolia.	199
runcinata.	215
sagittata.	199
saligna.	188
scabra.	215
Sclarea.	207. 209
sclaraeoides.	214
scorodoniaefolia.	212
scordioides.	188
scutellarioides.	207

pag.

SALVIA.
Sibthorpi. 211
spectabilis. 210
spicata. 202
Spielmanni. 201. 215*. 210*
Spielmanniana. 201*. 210*
spinosa. 188. 202*. 209. 212*
splendens. 185. 248*
squalens. 194
stachidea. 216
stachyoides. 184
sylvestris. 208. 209*
sypilea. 211*
taurica. 183*
Tenori. 205
tenuior. 200*
tetragona. 185*
tiliaefolia. 192. 193
tingitana. 209
tolinensis. 189
tomentosa. 205*
tortuosa. 189
triangularis. 187
triloba. 211
truncata. 200*. 210*
tubiflora. 186*. 200
valentina. 207
variegata. 205
venusta. 197
verbascifolia. 205
Verbenaca. 201. 210*
verbenacoides. 215
verticillata. 204
violacea. 185*
virgata. 206
viridis. 210
viscosa. 214
Viviani 217
vulnerariaefolia. 185

SANCHEZIA.
glabra. 117*
hirsuta. 117*
oblonga. 117
ovata. 117

SARMIENTA.
repens. 84
scandens. 84*

SCHMIDTIA. 70*
subtilis. 231*
utriculosa. 231*

SCHOENUS.
effusus. 228*
inermis. 228*
Mariscus. 228*. 229*

SCHOLLERA.
Schreberi. 321*

SCHRADERA.
hastata. 181*

SCHREBERA
Swieteniöides. 84

SCHWEIGGERIA. 2
fruticosa. 51

SCHWENKIA.
adscendens. 118
americana. 117. 118*
brasiliensis. 117*
browallioides. 118
glabrata. 117*
patens. 118

SCLAREA.
Aethiopis. 209*
argentea. 209*
ceratophylla. 216*
decidua. 214*
distans. 207*
lanata. 209*
mexicana. 186*
nemorum. 209*
punctata. 209*
sylvestris. 208*
viscosissima. 206*
vulgaris. 209*

SENACIA.
Maytenus. 75*

SERRATULA.
amara. 126*

SICELIUM. 253*

SISYRINCHIUM. 251
anceps. 324
Bermudiana. 324
collinum. 322. 325
convolutum. 324
elegans. 301. 323*
iridifolium. 324
luteum. 324
palmifolium. 302*. 324*
paniculatum. 325*

SISYRINCHIUM. pag.
pulchellum. . 325*
spicatum. . . 323
striatum. . . 324
tenuifolium. . . 324

SONERILA. . . . 249
angustifolia. . . 270
emaculata. . . 270
maculata. . . . 270
moluccana. . . 270
squarrosa. . . 270

SOPHRONIA. . . 251

SPARAXIS. . . . 286*
lacera. . . . 285*
pendula. . . . 283*
tricolor. . . 285*

SPERMAXYRUM.
Phyllanthus. . 349*

STACHYTARPHA seu
STACHYTARPHETA.
angustifolia. . . 172
cajanensis. 173*. 174. 248d
canescens. . . 175
crassifolia. . . 175. 248d
dichotoma. . 174. 248d
elatior. . . . 172
hirsutissima. . . 176
hirta. . . . 174
hispida. . . 248d
jamaicensis. . 173. 173*
indica. . . . 172
mutabilis. . . . 175
orubica. . . 175
pilosiuscula. 173. 173*
prismatica. . 176. 248d
quadrangula. . 248d
trispicata. . . 248d
umbrosa. . . 174
urticifolia. . . 173

SYENA.
fluviatilis. . . 343
Nutalliana. . . 343

SYRINGA.
persica. . . . 84
vulgaris. . . . 84

THALIA. . . . 1
cannaeformis. 10*
dealbata. . 9. 10*
dichotoma. . . 10*
geniculata. . . 9
latifolia. . . . 10
nemorosa. . . 10
pubescens. . . . 10
racemosa. . . 9*
sylvestris. . . 10

THECANTHES. . . 68
Cornucopiae. . . 225
punicea. . . . 225

THOUINIA.
flavicans. . . . 218*

THRELKELDIA. . . 252
diffusa. . . . 335

THYMUS. . . . 68*

TIGRIDIA. . . . 251

TONSELLA. . . . 253
decussata. . . 248*
laevigata. . . 347
malpighiaefolia. 346*

TONTELEA. . . . 253*

TRADESCANTIA
malabarica. . . 339*

TREWIA.
nodiflora. . . 119

TRICHASTEROPHYLLUM.
hyssopifolium. . . 350

TRICHONEMA.
caulescens . 277*. 280*
pudicum . . 280*
roseum . . 277*
speciosum. . . 279*

TRIPTERELLA
caerulea. . . 271
capitata. . . . 271

TRISTANIA.

TRITONIA. . . . 285
capensis. . . 297
crispa. . . . 286*
crocata. . 286*. 286*
deusta. . 286*. 287*
flava. . . . 286*
longiflora. 285*. 286*. 397*

pag.

TRITONIA.
pectinata. 286*
refracta. 286*
rochensis. 298*
rosea. 297*
securigera. 286*. 297*
squalida. 285*. 286*
tenuiflora. 286*
viridis. 294*

TSJANA.
speciosa. 30

VALERIANA.
alpestris. 258*
alpina. 258*
alypifolia. 260
aretioides. 260
Cardamine. 257
capitata. 257
ceratophylla. 256
Clematitis. 262
crassifolia. 263
dioica. 254
elongata. 259
exaltata. 257
Hardwickiana. 259
heterophylla. 258. 259*
hirtella. 262
hyalinorhiza. 234
Jatamansi 259*
intermedia. 258
laevigata. 265
laurifolia. 265
Locusta. 266*
longifolia. 263
microphylla. 261
monorhiza. 259
montana. 258
obovata. 265
officinalis. 257
pauciflora. 256
Phu 254
pilosa. 263
plantaginea. 264
polemonioides. 255
procera. 264
pubescens. 268*
pyramidalis. 255
quadrangularis. 261
rigida. 265
rotundifolia. 258*
sambucifolia. 257

pag.

VALERIANA.
saxatilis. 260
scandens. 74*. 257
sisymbrifolia. 257
sorbifolia. 256
spathulata. 260
spica. 259
supina. 258*
tomentosa. 262
triphylla. 261
tripteris. 258
tuberosa. 259
urticifolia. 264
vaginata. 254
veronicaefolia. 265

VALERIANELLA.
campanulata. 267*
exscapa. 269
rugulosa. 268*
turgida. 266*

VERBENA.
decurrens. 172*
lancifolia. 173*

VERONICA.
acinifolia. 115
acuminata. 100
acuta. 97*
acutiflora. 108
agrestis. 114. 115
alpina. 103
altaica. 117
alternifolia. 116
ambigua. 99*
amethystina. 95*. 97
amoena. 114
Anagallis. 106
angustifolia. 94*. 109
aphylla. 103. 105
arguta. 97. 98*
arvensis. 112. 115
australis. 98
austriaca. 107
azurea. 96
Barrelieri. 100*. 101*
Beccabunga. 105
Bellardi. 112
biloba. 114
Bonarota. 155*
brachyphylla. 94. 96
bracteata. 116
brevifolia. 94*. 96*

VERONICA. pag.

Buxbaumi. . . 116*
canescens. . . 99*
carnea. . . . 116
capitulata. . 95*
caucasica. . . 107
Chaixi. . . . 108
Chamaedrys. . 108. 110
chamaepityoides. 112*
chamaepitys. . 112
chilensis. . . 115
Clusii. . . . 100
complicata. . . 96
crassifolia. . 100. 101*
crenulata. . 94. 102
cretica. . . . 103
crinita. . . . 109
Crista galli. . . 114
cuspidata. . . 117
cymbalariae. . . 112
cymbalariaefolia. 112*. 112
dentata. . . 94. 109
digitata. . . 112
divaricata. . . 111
diversifolia. . . 117
dubia. . . 107. 108*
elatior. . . . 97
elegans. . . . 99
euphrasiaefolia. . 106
falcata. . . 97*. 98*
filiformis. . 114. 116*
flexuosa. . . 95*
florida. . . . 110
foliosa. . . . 94
fontana. . . 104
Gebhardiana. . . 104
gentianoides. . 102
glabra. . . 94. 96
Gouani. . . 101*
grandiflora. . . 105
grandifolia. . . 103
grandis. . . . 101
grossa. . . 99*
hederifolia. . . 112
herniarioides. . 104
hirsuta. . . . 104
hortensis. . . 99
Horti. . . . 95
humifusa. . . 98*
hybrida. 98*. 100*. 106. 101*
Jacquini. . . 106. 107
incana. . . . 99

VERONICA. pag.

incisa. . . . 102
intermedia. . . 110
Kamtschatica. . . 105
labiata. . . . 112
laciniata . 95. 102 107
lamiifolia. 110* 111*
latifolia. . 108*. 109*
leucantha. . . 117
linariaefolia. . . 94
longebracteata. 98* 98.
101
longifolia. 95. 96. 97. 98.
99. 99*
lutetiana. . . 109
maritima. 94. 95*. 97*. 99*
maxima. . . . 111
media. 97*. 98*. 98. 101
melincolica. . . 117
melissaefolia. . . 111
menthaefolia. . 100
micrantha. . . 109
mollis. . 96*. 109*
mollissima. . . 117
monstrosa. . . 100
montana. . . . 112
Mülleriana. . . 107
multifida. . . 107
muscosa. . . 117
neglecta. . . . 99
nemorum. . . 110
nitens. . . . 97
nitida. . 98*. 109*
officinalis. . . 107
olympica. . . 102
orchidea. . 100. 101
orientalis. 106. 107
ossetica. . . . 107
pallida. . . 102
paludosa. . . 117
paniculata. 94. 95
pannonica. . . 117
Parmularia. . 106*
pauciflora. . . 106
pedunncularis. 107. 109. 110.
peregrina. . . 113
perfoliata. . . 112
persica. . 114. 116
persicifolia. . 98
peruviana. . . 115
petiolaris. . . 99
petraea. . . . 110

	pag.
VERONICA.	
pilocarpa.	106
pilosa.	108
pinnata.	102
pinnatifida.	117
plicata.	108
poliocaulis.	98*
polymorpha.	107*. 112*
polystachya.	101
Ponae.	101. 155
praecox.	115
prostrata.	108
pubescens.	103
pulchella.	115. 116*
pumila.	101*
quadrifolia.	99
ramosa.	99
rigens.	99*
rubella.	95
ruderalis.	103. 105
Rudolphiana.	110*
ruthenica.	101
saxatilis.	103
Schmidti.	108. 109
Schreberi.	99*
scutellata.	106
serpyllifolia.	103. 104. 105*
serrulata.	95
sibirica.	94
spadana.	117
spicata.	100 101
spuria.	94. 95* 95. 97. 98*
Stelleri.	102
Stephaniana.	96
Sternbergi.	100
taurica.	106
tenella.	103. 104
tenuifolia.	107
Teucrium.	108*. 109*. 109
thymifolia.	106*
Tourneforti.	107. 108
trichocarpa.	106
triphylla.	115
triquetra.	94*
umbrosa.	110
undulata.	105
upsaliensis.	95
urticifolia.	112
Verbenae.	95
verna.	112
Vestiana.	111

	pag.
VERONICA.	
villosa.	94*. 102
virgata.	95*
virginica.	93
viscosa.	100
Waldsteiniana.	117
xalapensis.	115
VERONICASTRUM.	
album.	94*
diversifolium.	117*
incisum.	102*
laciniatum.	102*
rubellum.	94*
VIRGSEUXIA.	251
aristata.	321
edulis.	321
fugax.	321
Glaucopis.	321. 322
iridioides.	303*
martinicensis.	315*
pavonia.	301*. 321
spiralis.	322
tenuis.	322
unguicularis.	322*. 322*
VOCHY et VOCHYSIA.	
citrifolia.	52
gujanensis.	51
UDORA.	69*
ULUXIA.	68*
USTERIA.	
guianensis.	53*
UTRICULARIA.	
alba.	172
angulosa.	171
biflora.	169* 170
bipartita.	172
ceratophylla.	169
cornuta.	171
diantha.	169
fasciculata.	168
fibrosa.	169
fimbriata.	172
fissa.	172
gibba.	172
gracilis.	170

	pag.
UTRICULARIA.	
hirta.	172
inflexa.	168
intermedia.	169
juncea.	171
longirostris.	170
media.	169*
minor.	169. 169*
nivea.	171
personata.	170
purpurea.	171
saccata.	171
setacea.	170
stellaris.	168
striata.	170
stricta.	171
vulgaris.	169
WACHENDORFIA	353
brevifolia.	320. 320*
Breyniana.	320
orinocensis.	320
thyrsiflora.	320
WATSONIA.	
aletroides.	294*
marginata.	294*
plantaginea.	294*
recurva.	291*
rosea.	296*
spicata.	289*
stricta.	296*
strictiflora.	295*
WITSENIA.	251
WULFENIA.	
carinthiaca.	155
XIPHIDIUM.	
angustifolium.	320
floribundum.	320
laevigatum.	320*
XIPHIUM.	
persicum.	313*
XYRIS.	
Balduiniana.	351
bracteata.	352
bracteolata.	352
brasiliensis.	351
caroliniana.	351
ciliata.	351
compressa.	352
elongata.	351
fimbriata.	351
flexuosa.	351*
gracilis.	352
indica.	350
juncea.	351*
Jupicai.	351*
pubescens.	350
ZAPPANIA.	
urticifolia.	173*
ZERUMBET.	
speciosum.	19*
ZINGIBER.	
capitatum.	29
Cassumunar.	26
Cliffordia.	26*
elatum.	30
Ensal.	30
ligulatum.	27
marginatum.	30
officinale.	25
panduratum.	29
purpureum.	26*. 29*
roscum.	27
rubens.	28
spurium.	26*
squarrosum.	28
xanthorrhiza.	26*
Zerumbet.	26. 41
ZIZIPHORA.	
acinoides.	178
alpina.	178
bracteolata.	179
capitata.	178
clinopodioides.	177. 177*
	178
dasyantha.	177*. 178
glabella.	178
hispida.	179
mariana.	177
media.	177
odoratissima.	178*

	pag.
ZIZIPHORA.	
pulegioides. . 68*.	178
serpyllacea. 177*.	178
taurica. . . .	178
tenuior. . .	178
thymoides. . .	68*
verticillata. . .	177

	pag.
ZOSTERA.	
bullata.	60
marina.	60
mediterranea. . . .	60
nodosa.	60

Corrigenda.

Pag.	7	lin.	8	partius *lege*: partitus.
—	8	—	6	ab infra, *allonia* lege: *Allouya.*
—	9	—	25	suporiore *lege:* superiore.
—	10	—	17	ab infra, *Hortas* lege: *Hortul.*
—	11	—	26	chamatum *lege:* hamatum.
—	12	—	9	*Cardarmomo* lege: *Cardamomo.*
—	13	—	3	ab infra, pilosa *lege*: pilosis.
—	15	—	2	fesciculis *lege*: fasciculis.
		—	11	ab infra, HEDYCHIUM lege: HEDYCHIUM.
—	17	—	22	*Salanga* lege: *Galanga.*
—	20	—	8	ab infra, *Linnaeum* lege: *Linnaeus.*
—	21	—	28	*calceratae* lege: *calcaratae.*
—	22	—	17	sulnaviculare *lege:* subnaviculare.
—	27	—	9	ab infra, ZINSIBERI lege: ZINGIBERI.
—	32	—	14	ab infra, laciniarium *lege:* laciniarum.
—	35	—	20	ab infra, tenuiora *lege:* tenuiore.
—	36	—	14	adscentibus *lege:* adscendentibus.
—	45	—	13	bulbis *lege:* bulbi.
—	46	—	18	*ammomoides* lege: *amomoides.*
		—		penultimâ: caulis annuus *lege:* caules annui.
—	53	—	5	ab infra, indagare *lege:* indagari.
—	55	—	12	procumpentibus *lege*: procumbentibus.
—	57	—	19	loco:. pinge::
—	63	—	6	*hyssopifolia* lege: *hyssopifolio.*
—	64	—	23	ab infra, *Poli* lege: *Poll.*
		—	4	ab infra, Varistas *lege:* Varietas.
—	66	—	2	*chenopodioidis* lege: *chenopodioides.*
—	67	—	15	ab infra, OLIGARCHENA lege: OLIGARRHENA.
—	—	—	14	ab infra, RAPUTIUM lege: RAPUTIAM.
—	—	—		ultimâ: *falsoloides* lege: *salsoloides.*
—	69	—	23	*Schred.* lege: *Schrad.*
—	74	—	1	*plumpaginea* lege: *plumbaginea.*
—	75	—	12	ab infra, nove *lege:* novo.
—	83	—	19	— emarginatae *lege:* emarginata.
		—	21	— sevinis *lege*: seminis.
—	85	—	5	— certo *lege*: certi:
—	103	—	16	— sub *serpyllifolia* dele:.
		—	8	— subcemo *lege:* subcernuo.
—	104	—	10	— *dele* t *post* lin.
—	107	—	24	— post *austriacam* pinge:.
—	108	—	5	brebiores *lege:* breviores
		—		penultimâ, aitamen *lege:* attamen.
—	110	—	16	ascendente *lege:* ascendendo.
		—	15	habitur *lege:* habetur.
—	113	—	22	solitarrii *lege:* solitarii.
—	114	—	17	ab infra, laetescentibus *lege:* latescentibus.

Pag. 116 lin. 17 *Tinore* lege: *Tenore.*
— 119 — 21 ab infra, missa *lege:* missu.
— — — 8 — Braateae *lege:* Bracteae.
— 128 — 12 — *dele:*, post integerrima.
— — 4 — bit *lege:* bi-
— 133 — 19 — quadrifidae *lege*: quadrifida.
ultimâ, hermesini *lege:* kermesini.
— 140 — 10 deflexae *lege*: deflexa.
— 141 — 20 ab infra, Adatur *lege*: Addatur.
— 142 — 19 — hac *lege*: haec.
— 145 — 8 — lenti *lege*: lente.
— 146 — 3 — varietas *lege:* varietates.
— 147 — 9 — *post*: que *pinge;*
— 149 — 9 — clandesteni *lege*: clandestini.
— 152 — 18 — *Celebr.* lege: *Colebr.*
— 153 — 7 *post:* 3. *scribe*: sub.
— 157 — 15 panitiem *lege:* planitiem.
— 172 — 3 *Elliot.* lege: *Elliott.*
— 174 — 15 bractcis *lege:* bracteis.
— 176 — 9 *Seven.* lege: *Seren.*
— 177 — 9 inferius *lege*: superius.
— 15 ab infra, ZIZIPOORA lege: ZIZIPHORA.
— 184 — 10 antiquorem *lege*: antiquiorem.
— 192 — 24 spatulis *lege*: patulis.
— 199 — 24 ab infra, labiv *lege:* labio.
— 209 — 13 — dendatis *lege:* dentatis.
— 215 — 22 — *clandestinae* lege: *clandestina.*
— — — ultimâ: tnferius *lege*: inferius.
— 217 — 14 *phillyraeoides* lege: *philyraeoides.*
— 218 — 22 ab infra, toidentata *lege*: tridentata.
— 221 — 7 — *panciflora* lege: *serpyllifolia.*
— 224 — 18 — aggreguti *lege*: aggregati.
— 225 — 19 — *Theoprasti* lege: *Theophrasti.*
— 229 — ultimâ: *diandra* lege: *americana.*
— 231 — 12 *Avunna* lege: *Acunna.*
— — — 15 ab infra, Port *lege*: Post.
— 235 — 13 protubescentibus *lege*: protuberescentibus.
— — — 22 *post* fert *scribe*: a.
— 237 — 17 ab infra, glabri" *lege*: glabri,.
— 240 — 3 cuum *lege:* cum.
— — — 23 Cautes *lege:* caules.
— 249 — 8 A STREPHIAM lege: ASTREPHIAM.
— 253 — 8 ANTHODENTE lege: ANTHODONTE.
— 257 — 7 plumosi *lege:* plumosis.
— — — 13 *sampucifolia* lege: *sambucifolia.*
— 259 — 24 ab infra, *Roxbourgh* lege: *Roxburgh.*
— 261 — 10 Folia approximata *lege*: foliis approximatis.
— — — 11 petiolatis *lege:* alatis.
— 262 — 21 cananiculati *lege:* canaliculati.
— 273 — 10 ab infra, *marsiaco* lege: *maesiaco.*
— 276 — 16 — *post* minus *pinge*:).
— 277 — 5 *ante:* sejungatur *pinge*: ;.
— 280 — 9 ab infra, tirvalv. *lege*: trivalv.

Pag. 306 lin. ultimâ, *Amoena* lege: *amoena.*
— 308 — 19 *Bigelors borton* lege: *Bigelow's boston.*
— 310 — 18 ;deflexis *lege:* deflexis.
— — — 25 frequentiore *lege*: frequentiorem.
— — — 19 ab infra, quales *lege*: qualia.
— 311 — 15 *Panorni* lege: *Panormi.*
— 312 — 20 describi *lege:* describit.
— 314 — 21 *sibiriae* lege: *sibiricae.*
— 316 — penultimâ, se, *lege:* si.
— 318 — 7 aetatae *lege:* aetate.
— — — 15 ;*ante* erectae *pone post* caeruleae.
— 327 — 14 ab infra, Fetiolus *lege*: Petiolus.
— 330 — 10 addisset *lege*: addidisset.
— — — 10 ab infra, *Caoutchoue* lege: *Caontchone.*
— 334 — 25 ORTEHIA lege: ORTEGIA.
— — — 8 ab infra, POLXCNEMUM lege: POLYCNEMUM.
— 337 — 7 dieelli *lege*: dicelli.